ΔΙΚ. *Πάσαις ἡ Ἀκαδημία κρατεῖ, πλὴν μιᾶς.*

ΕΡΜ. *Παράδοξον οὐδέν, εἶναί τινα καὶ k) τῇ Μέθῃ*
19 *τεθέμενον. Καθίσατε o) οἱ τῇ Στοᾷ πρὸς τὴν Ἡδονὴν λα-*
χόντες περὶ τοῦ ἐραστοῦ δικάζειν. ἐγκέχυται τὸ ὕδωρ· ἡ
κατάγραφος, ἡ τὰ ποικίλα, σὺ ἤδη λέγε.

20 *ΣΤΟΑ.* *Οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὡς πρὸς*
εὐπρόσωπόν μοι τὴν ἀντίδικον ὁ λόγος ἔσται, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν
τοὺς πολλοὺς ὁρῶ πρὸς μὲν ἐκείνην ἀποβλέποντας, καὶ
μειδιῶντας πρὸς αὐτὴν, ἐμοῦ δὲ καταφρονοῦντας, ὅτι ἐν
χρῷ κέκαρμαι, καὶ ἀῤῥενωπὸν βλέπω, καὶ σκυθρωπὴ δοκῶ·
ὅμως δὲ, ἢν ἐθελήσητε ἀκοῦσαί μου λεγούσης, θαῤῥῶ πολὺ
δικαιότερα ταύτης ἐρεῖν. τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ παρὸν ἔγκλη-
p. 815. *μά ἐστιν, ὅτι οὕτως ἑταιρικῶς ἐσκευασμένη τῷ ἐπαγωγῷ*
τῆς ὄψεως, ἐραστὴν ἐμὸν ἄνδρα τότε σώφρονα p) τὸν Διω-

quod e B. 3. restituit *Reitz.* k) *Ἄγε δὴ*] „ἄγετε *Fl.* sine *δή.* Vulgata vero est in P. " l) *ἀνάστητε*] „deficit in *Fl.*" m) *ἄλλοις*] „Sic *Fl. ἄλλους* cett." n) *καὶ*] „abest a *Fl.*" o) *Καθίσατε*] Sic emendavi vulgatum errorem *καθήσατε*, pro quo etiam scriptum potuit *κάθησθε*, ut supra c. 13. pr. *καθήσθωσαν.* Sed cf. Asin. c. 10. ubi pro eodem vitio vulgato *κάθησον.* Codex 2955. suppeditavit *κάθισον.* Ceterum notat *Schmied.* in Gorl. aliam personam haec loqui usque ad *τὸ ὕδωρ.* p) *σώφρονα*] „*σώφρονα* male *Fl.*"

Merc. Age sane, nolite cunctari, ferte suffragia, surgite. Judicare oportet etiam alios.

Just. Omnibus, una excepta, vincit Academia.

Merc. Mirum non est, esse aliquem, qui suum Ebrietati calculum adjecerit. Sedete jam, quibus sortito obvenit judicare caussam Porticus contra Voluptatem de amatore. Infusa jam est aqua. Tu jam, varie picta, [*Poecile*] dicito.

Port. Non ignoro equidem, Judices, quam speciosam contra adversariam mihi dicendum sit, quin vestrûm etiam plerosque video conjectis in istam oculis ei arridere, me autem despicere, quod in cute sum tonsa, virili vultu, et tristis atque severa videor. Tamen si volueritis audire me dicentem, confido, multo me justiora prae ista dicturam. Nimirum hoc ipsum etiam praesens crimen est, quod meretricie ita ornata, illo vultu illice, meum amatorem, virum tunc tempe-

νύσιον φενακίσασα, πρὸς ἑαυτὴν περιέσπασε, καὶ ἦν γε οἱ p. 815.
πρὸ ὑμῶν q) δίκην ἐδίκασαν τῇ Ἀκαδημίᾳ, καὶ τῇ Μέθῃ, ἀδελφῇ τῆς παρούσης δίκης ἐστίν· ἐξετάζετε γὰρ ἐν τῷ παρόντι, πότερα χοίρων δίκην νενευκότας κάτω, ἡδομένους χορὴ βοσῦν, μηδὲν σεμνὸν μηδὲ r) μεγαλόφρον ἐπινοοῦντας, ἢ ἐν δευτέρῳ τοῦ καλῶς ἔχοντος ἡγησαμένους τὸ τερπνὸν, ἐλευθέρους ἐλευθέρως φιλοσοφεῖν· μήτε τὸ ἀλγεινὸν ὡς ἄμαχον δεδιότας, μήτε τὸ ἡδὺ ἀνδραποδωδῶς προαιρουμένους, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ζητοῦντας ἐν τῷ μέλιτι, καὶ ταῖς ἰσχάσι. τοιαῦτα γὰρ αὕτη δελέατα τοῖς ἀνοήτοις προτείνουσα, καὶ μορμολυττομένη τῷ πόνῳ, προσάγεται αὐτῶνs) τοὺς πολλοὺς, ἐν οἷς καὶ τὸν δείλαιον ἐκεῖνον ἀφηνιάσαι t). ἡμῶν πεποίηκε u), νοσοῦντα τηρήσασα. οὐ γὰρ ἂν ὑγιαίνων ποτὲ προσήκατο τοὺς παρὰ ταύτης λόγους. καίτοι τί ἂν ἐγὼ ἀγανακτοίην κατ' αὐτῆς, ὅπου μηδὲ τῶν θεῶν φείδεται,

q) ὑμῶν] „correxit *Solan.* et marg. A. 1. ἡμῶν enim Edd. omnes male.“ Sed ἐμοῦ Codd. 3011. et Gorl. r) χορὴ βοσῦν, μηδὲν σεμνὸν μηδὲ] Pro his vulgo haec sola legebantur: δεῖ ζῆν, μηδὲν, omissis σεμνὸν μηδὲ. Explevi et mutavi locum auctore Cod. Gorl., praeterquam quod minus recte in illo legitur οὐδὲν et οὐδὲ. s) αὐτῶν] „deest in *Fl.*“ t) ἀφηνιάσαι] ἀφηνιᾶσαι minus recte B. 1. et 3. ἀφηνιάζειν enim, non ἀφηνιᾷν, Lucianeum est, ut Deorum Diall. XXV, 1. e. a. u) πεποίηκε] ἐποίησε Gorl.

rantem, Dionysium, deceptum ad se traduxit: quamque ante vos modo caussam judicarunt judices inter Academiam atque Ebrietatem, ea praesenti caussae gemina est. Dispicite enim nunc, utrum porcorum instar humum spectantes in voluptate vivere deceat, nihil grave nec magnanimum cogitantes; an post honestatem collocato, quod delectat, liberos liberaliter philosophari, neque dolorem, ut invictum quiddam, metuentes, neque suave quod est mancipiorum more sequentes, quaerentesque felicitatem in melle et ficubus? Tales enim escas imprudentibus ista proponens, et laborem velut terriculamentum quoddam ostentans, plerosque ad se allicit: in quibus etiam miseram istum, nostras ut habenas excuteret, adduxit, cum observasset aegrotantem: neque enim sanus unquam orationem illius admissurus erat. Verum quid ego isti indigner, quae ne Dis quidem

p. 816. ἀλλὰ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν διαβάλλει; ὥςτε εἰ σωφρονεῖτε, καὶ ἀσεβείας ἂν δίκην λάβοιτε παρ' αὐτῆς. ἤκουον x) δὲ ἔγωγε ὡς οὐδὲ αὐτὴ παρεσκεύασται ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἀλλὰ τὸν Ἐπίκουρον ἀναβιβάσεται συναγορεύσοντα· οὕτως ἐντρυφᾷ τῷ δικαστηρίῳ. πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνά γε αὐτὴν ἐρωτᾶτε y), οἵους ἂν οἴεται γενέσθαι τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν ὑμέτερον z) Θησέα, εἰ πεισθέντες a) τῇ ἡδονῇ, ἔφυγον τοὺς πόνους; οὐδὲν γὰρ ἂν b) ἐκώλυε μεστὴν ἀδικίας εἶναι τὴν γῆν, ἐκείνων μὴ πονησάντων. ταῦτα εἶπον, οὐ πάνυ τοῖς μακροῖς τῶν λόγων χαίρουσα. εἰ δέ γε ἐθελήσειε κατὰ μικρὸν ἀποκρίνασθαί μοι συνερωτωμένη, τάχιστα ἂν γνωσθείη τὸ μηδὲν οὖσα. πλὴν ἀλλὰ ὑμεῖς γε τοῦ ὅρκου c) ἀνημονεύσαντες, ψηφίσασθε ἤδη τὰ εὔορκα, μὴ πιστεύσαντες Ἐπικούρῳ λέγοντι μηδὲν ἐπιμελεῖσθαι τῶν παρ' ἡμῖν γιγνομένων τοὺς θεούς.

ΕΡΜ. Μετάστηθι. Ὁ Ἐπίκουρος, ὑπὲρ τῆς Ἡδονῆς λέγε.

x) ἤκουον] „ἀκούω *Fl.*“ neque hoc male. y) ἐρωτᾶτε] „πρότερον ἐρωτᾶτε G.“ ἐρωτῶ 3011. sed Gorl. αὐτὸν ἐρωτῶ, ποτέρους. vitiose. z) ὑμέτερον] Sic *Schol.* et versiones *Gesn.* et *Wiel.* pro vulg. ἡμέτερον. a) πεισθέντες] „restitui ex Angl. G. P. et marg. A. 1. προσθέντες Edd. male.“ b) ἄν] „omittit *Fl.*“ c) γε τοῦ ὅρκου] τε τῶν ὅρκων Gorl.

parcat, sed eorum calumnietur providentiam? Itaque si sanum sequi judicium volueritis, impietatis etiam poenam ab ista sumseritis. Audivi equidem, neque ipsam ad dicendum se comparasse, sed Epicurum adducturam esse patronum: adeo tribunalis majestatem per delicias conculcat. Verum illud certe istam interrogate, quales putet futuros fuisse Herculem et vestrum Theseum, si, voluptatis castra secuti, fugissent labores. Nihil enim impediebat, quo minus justitiae plena esset terra, illis detrectantibus laborem. Haec dixi, non vehementer gaudens longis orationibus. Si vero voluerit in brevi altercatione mihi respondere, celerrime, quam nihil sit, intelligatur. Verum vos jurisjurandi memores, religiose jam ite in suffragia, nec Epicuro credite dicenti, nihil inspicere eorum, quae apud nos fiunt, Deos.

Merc. Transi. Tu, Epicure, pro Voluptate dicito.

ΕΠΙΚ. Οὐ μακρὰ, ὦ a) ἄνδρες δικασταὶ, πρὸς ὑμᾶς p. 817.
ἐρῶ. δεῖ γὰρ οὐδὲ πολλῶν μοι τῶν λόγων· ἀλλ' εἰ μὲν ἐπῳ- 21
δαῖς τισιν, ἢ φαρμάκοις, οὓς φησιν ἐραστὴν ἑαυτῆς ἡ Στοὰ
τὸν Διονύσιον κατηνάγκασε, ταύτης μὲν ἀπέχεσθαι, πρὸς
ἑαυτὴν δὲ ἀποβλέπειν c) ἡ Ἡδονὴ, φαρμακὶς ἂν εἰκότως
ἔδοξε, καὶ ἀδικεῖν ἐπῆρτο, ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἐραστὰς
μαγγανεύουσα. εἰ δέ τις ἐλεύθερος, ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει,
μὴ ἀπαγορευόντων τῶν νόμων, τὴν παρὰ ταύτης ἀηδίαν
μυσαχθεὶς f), καὶ ἣν φησιν ἐπὶ κεφαλαίῳ g) τῶν πόνων
τὴν εὐδαιμονίαν παραψίγγεσθαι h) λῆρον οἰηθεὶς, τοὺς μὲν
ἀγκύλους i) ἐκείνους λόγους, καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους k)
ἀπέφυγε· πρὸς δὲ τὴν ἡδονὴν ἅσμενος ἐδραπέτευσεν, ὥσπερ
δεσμά τινα διακόψας l) τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας, ἀν-
θρώπινα καὶ οὐ βλακώδη φρονήσας· καὶ τὸν μὲν πόνον,
ὅπερ ἐστὶ, πονηρὸν, ἡδεῖαν δὲ τὴν ἡδονὴν οἰηθεὶς, ἀπο- p. 818.
πλεῖσθαι ἐχρῆν αὐτὸν, ὥσπερ ἐκ ναυαγίου λιμένι προσνέον-

d) ὦ] „non habet *Fl.*“ e) ἀποβλέπειν] Sic Gorl. pro vulg. βλέπειν. f) μυσαχθεὶς] „Recte sic *Fl. Par.* V. 2. *Salm.* (et B. 3.) *Μυσαχθὴς* J. *Fr.* H. B. 1. nec non A. 1. et 2. g) φησιν ἐπὶ κεφαλαίῳ] Sic Codd. G. P. et Gorl. pro φησι κεφάλαιον, quod omnes exhibent Edd. h) παραγίγνεσθαι] ejici voluit *Guyet.* i) ἀγκύλους] „ἀγγύλους J. H. 1. et 2. male.“ Sic etiam A. 1. et 2. k) λαβυρίνθοις ὁμοίους] „λαβυρίνθους ὁμοίως *Fl.* Nil mutat P.“ l) διακόψας] „restitutum P. L. Ἀποκόψας Angl. Ἀποῤῥίψας Edd. absurde.“

Epic. Non longa apud vos oratione utar, Judices: neque enim multis mihi argumentis opus est. Sed si quidem incantationibus quibusdam aut venenis, quem amatorem suum dicit Porticus, Dionysium, adegit Voluptas, ab ista ut segregatus ad se respiceret; venefica videatur merito, et damnetur injuriarum, usa nimirum veneficiis in amatores alienos. Si quis vero liber in civitate libera, legibus non prohibentibus, exosus istius insuavitatem, et quam pro summa laborum venire tandem ait felicitatem, nugas esse ratus, evitatis tortuosis illis argumentationibus et labyrinthorum similibus, ad voluptatem transfugit lubens, rescissis velut vinculis quibusdam illis argumentorum cirris, hominem sapiens, non stipitem, et laborem, id quod est, malum, suavem autem voluptatem arbitratus: huncne excludere oportebat, tanquam ex naufragio adnatantem ad portum, et

p. 818. τα m), καὶ γαλήνης ἐπιθυμοῦντα, συνωθοῦντας ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸν πόνον n), καὶ ἕκδοτον τὸν ἄθλιον παρέχειν ταῖς ἀπορίαις, καὶ ταῦτα, ὥςπερ ἱκέτην o) ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου p) βωμὸν ἐπὶ q) τὴν ἡδονὴν καταφυγόντα r); ἵνα τὴν πολυθρύλλητον ἀρετὴν δηλαδὴ ἐπὶ τὸ ὄρθιον ἰδρῶτι πολλῷ ἀνελθὼν ἴδῃ, κἄτα δι' ὅλου πονήσας τοῦ βίου, εὐδαιμο-
p. 819. νήσῃ μετὰ τὸν βίον; καίτοι τίς ἂν κριτὴς δικαιότερος δόξειεν αὐτοῦ ἐκείνου, ὃς καὶ τὰ παρὰ τῆς Στοᾶς εἰδὼς, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ μόνον τέως τὸ καλὸν ἀγαθὸν οἰόμενος εἶναι, μεταμαθὼν ὡς κακὸν ὁ πόνος ἦν, τὸ βέλτιον ἐξ ἀμφοῖν δοκιμασθὲν s) εἵλετο. ἑώρα γὰρ, οἶμαι, τοὺς περὶ τοῦ καρτερεῖν καὶ ἀνέχεσθαι πόνους t) πολλὰ διεξιόντας,
p. 820. ἰδίᾳ δὲ u) τὴν ἡδονὴν θεραπεύοντας, καὶ μέχρι μὲν τοῦ λόγου x) νεανιευομένους, οἴκοι δὲ κατὰ τοὺς τῆς ἡδονῆς νόμους βιοῦντας, αἰσχυνομένους μὲν, εἰ φανοῦνται χαλῶντες

m) προςιέντα] „προςίοντα (sic) L. προςιεύοντα *Fl.* Ceterae quod edidimus.“ n) πόνον] „πόντον, melius respondet allegoriae, *Pell.*“ Sic etiam *Gesnero* visum. o) ἱκέτην] „receptum ex G. Οἰκέτην Edd.“ p) ἐλέου] „ἑλαίου *Fl.* male.“ q) ἐπὶ] mallet abesse *Schm.* r) καταφυγόντα] Sic G. et Gorl. pro vulg. καταφεύγοντα. s) δοκιμασθὲν] Sic Codd. Gorl. et Soli. cum Edd. *Par.* et *Amst.* probante *Belino* pro vulg. δοκιμάσας. t) τούς — πόνους] „τούτους — τοὺς πόνους *Fl.* sola.“ u) δὲ] offendit *Solanum* adeo, ut abesse mallet. x) μέχρι μὲν τοῦ λόγου] „Secutus sum *Par.* P. et marg. A. L. Μέχρι τούτου νεαν. enim Edd. cett. Μέχρι τοῦ λόγου etiam Codd. B. L.“

tranquillitatis cupidum, praecipitemque impellere ad laborem, et *velut* dediticium tradere infelicem hominem desperationi, idque cum velut supplex ad misericordiae aram, *sic* ad voluptatem confugerit: ut nimirum celebratissimam illam Virtutem, per ardua multo sudore enisus, videat, ac deinde tota vita in aerumnis consumta, beatus sit post vitam? Ecquis vero justior judex hoc ipso videri potest? qui etiam eorum, quae a Porticu docentur, gnarus, si quis alius, et solum, quod honestum est, idem bonum ad eum diem arbitratus, cum deinde didicisset malum esse laborem, quod ex duobus melius probaverat, illud elegerit. Videbat nempe, arbitror, eos, qui de tolerantia et patientia doloris multa disputant, privatim colere Voluptatem: et quantum ad disputationem gerere se fortiter, domi vero ad Volu-

τοῦ τόνου, καὶ προδιδόντες τὸ δόγμα, πεπονθότας δὲ p. 820.
ἀθλίως *y*) τὸ τοῦ Ταντάλου· καὶ ἔνθα ἂν λήσειν καὶ
ἀσφαλῶς παρανομήσειν ἐλπίσωσι *z*), χανδὸν ἐμπιπλαμένους *a*)
τοῦ ἡδέος. εἰ γοῦν τις αὐτοῖς τὸν τοῦ Γύγου δακτύλιον
ἔδωκεν, ὡς περιθεμένους μὴ ὁρᾶσθαι *b*), ἢ τὴν τοῦ Ἅϊδος *c*)
κυνέην, εὖ οἶδ' ὅτι μακρὰ *d*) χαίρειν τοῖς πόνοις *e*) φρά-
σαντες, ἐπὶ τὴν ἡδονὴν ὠθοῦντο ἄν, καὶ ἐμιμοῦντο ἅπαντες
τὸν Διονύσιον, ὃς μέχρι μὲν τῆς νόσου, ἤλπιζεν ὠφελήσειν
τι αὐτὸν τοὺς περὶ τῆς καρτερίας λόγους· ἐπεὶ *f*) δὲ ἤλ-
γησε καὶ ἐνόσησε, καὶ ὁ πόνος ἀληθέστερον *g*) αὐτοῦ καθί-
κετο, ἰδὼν τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἀντιφιλοσοφοῦν τῇ Στοᾷ,
καὶ τἀναντία δογματίζον, αὐτῷ μᾶλλον ἢ τούτοις ἐπίστευσε,
καὶ ἔγνω ἄνθρωπος ὤν, καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἔχων· καὶ
διετέλεσεν οὐχ ὡς ἀνδριάντι αὐτῷ χρώμενος, εἰδὼς ὅτι, ὃς
ἂν [ἄλλως λέγῃ, καὶ ἡδονῆς κατηγορῇ, [λόγοισι χαίρει, τὸν Parod.
Eurip.

y) ἀθλίως] „ἀθλίους marg. A. 1. W." *z*) ἐλπίσωσι] ἐλπί- Phoen.
σουσι Boii. *a*) ἐμπιπλαμένους] ἐμπιμπλ. B. 1. et 3. *b*) v. 359.
ὡς — ὁρᾶσθαι] Ejici haec verba ut scholion cupit *Bel.* *c*) Ἅϊδος] Sic A. 1. 2. cum *Homero*. Vulg. transposito accentu Ἀΐδος. *d*) μακρὰ] „recepi ex J. et Cod. P. *Μακρὰν Fl. Par. Salm. Hag. Fr.* B. 1. etc." Vid. Adnot. *e*) πόνοις] „νόμοις *Fl.* Prius recte cett. et P." *f*) ἐπεὶ] Sic Gorl. *Schm.* pro vulg. ἐπειδὴ. *g*) ἀληθέστερον] „ἀληθέστερος marg. A. 1."

ptatis leges vivere: atque erubescere quidem, si appareat, eos de contentione remittere, et sua prodere decreta: verum miserum in modum Tantali illud supplicium sustinere; et ubi latendi spem habeant, et secure leges violandi, pleno se haustu ingurgitare suavibus. Si quis igitur Gygis anulum det istis, quo induti non videantur, aut Orci galeam; bene novi, futurum, ut, longum valere jussis laboribus, ad Voluptatem trudentes alter alterum feran-

tur, imitati omnes Dionysium: qui ad morbum usque sperabat, profuturas sibi aliquid illas de tolerantia disputationes: cum vero doleret atque aegrotaret, serioque penetraret ad ipsum dolor; videns, disputare contra Porticum corpus suum, et contrarias sententias ponere; illi potius, quam istis credidit, seque hominem esse, et hominis habere corpus, agnovit, atque perrexit illo non tanquam statua uti, bene gnarus, qui aliter dicat, et voluptatem

p. 820. δὲ νοῦν ἐκεῖσε ἔχει.] εἴρηκα· ὑμεῖς h) δ' ἐπὶ τούτοις ψηφοφορήσατε.

22 ΣΤΟΑ. Μηδαμῶς. ἀλλ' ὀλίγα μοι συνερωτῆσαι ἐπι-
p. 821. τρέψατε.

ΕΠΙΚ. Ἐρώτησον. ἀποκρινοῦμαι γάρ.

ΣΤΟΑ. Κακὸν ἡγῇ τὸν πόνον;

ΕΠΙΚ. Ναί.

ΣΤΟΑ. Τὴν ἡδονὴν δὲ ἀγαθόν;

ΕΠΙΚ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΤΟΑ. Τί δέ ἐ); οἶσθα τι k) διάφορον καὶ ἀδιάφορον, καὶ προηγμένον καὶ ἀποπροηγμένον l);

ΕΠΙΚ. Μάλιστα.

ΕΡΜ. Οὔ φασιν, ὦ Στοά, συνιέναι οἱ δικασταὶ τὰ δισύλλαβα ταῦτα ἐρωτήματα· ὥστε ἡσυχίαν ἄγετε. ψηφοφορήσουσι m) γάρ.

ΣΤΟΑ. Καὶ μὴν ἐκράτησα ἄν, εἰ συνηρώτησα ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἀναποδείκτων σχήματι.

ΔΙΚ. Τίς ὑπερέσχεν;

h) ὑμεῖς] „ἡμεῖς male V. 2. (A. 2.) Recte aliae.“ i) δέ] δαὶ Soli. *Bel. Schm.* k) τί] Sic *Solan.* e Cod. P. pro vulg. ὅ, τι, pro quo in nonnullis Edd. vett. reperitur ὅτι. l) προηγμένον καὶ ἀποπροηγμένον] „προηγούμενον καὶ ἀποπροηγούμενον P. et marg. A. 1.“ m) ψηφοφορήσουσι] „ψηφοφοροῦσι *Fl.*

accuset, *gaudere verbis, mentem habere ibi tamen.* Dixi. Vos autem de his ferte suffragia.

Port. Nequaquam. Sed pauca interrogare mihi permittite.

Epic. Interroga: respondebo enim.

Port. Malum putas laborem?

Epic. Nempe.

Port. Voluptatem autem bonum?

Epic. Omnino equidem.

Port. Quid vero? nosti quid *differens et indifferens, productum et rejectum?*

Epic. Omnino.

Merc. Negant Judices, intelligere se dissyllabas illas interrogatiunculas. Itaque quiescite. Ferent enim suffragia.

Port. Verum viceram, si peregissem interrogationes in tertia figura indemonstrabilium.

Just. Quis superavit?

ΕΡΜ. Πάσαις ἡ Ἡδονή. p. 821.

ΣΤΟΑ. Ἐφίημι ἐπὶ τὸν Δία.

ΔΙΚ. Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. σὺ δὲ ἄλλους κάλει.

ΕΡΜ. Περὶ Ἀριστίππου Ἀρετὴ n) καὶ Τρυφὴ, καὶ 23
Ἀρίστιππος δὲ αὐτὸς παρέστω.

ΑΡΕΤ. Προτέραν ἐμὲ χρὴ λέγειν τὴν Ἀρετὴν, ἐμὸς γὰρ ἐστιν Ἀρίστιππος, ὡς δηλοῦσιν οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἔργα.

ΤΡΥΦ. Οὔμενουν, ἀλλ' ἐμὲ τὴν Τρυφήν· ἐμὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ, ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων, καὶ τῆς πορφυρίδος, καὶ τῶν μύρων.

ΔΙΚ. Μὴ φιλονεικεῖτε o), ὑπερκείσεται γὰρ καὶ αὕτη p. 822.
ἡ δίκη ἕξτ' ἂν ὁ Ζεὺς διπάσῃ περὶ τοῦ Διονυσίου p), παραπλήσιαν γάρ τι q) καὶ τοῦτο ἔοικεν εἶναι, ὥστ' ἐὰν r) μὲν ἡ Ἡδονὴ κρατήσῃ, καὶ τὸν Ἀρίστιππον ἕξει ἡ Τρυφή· νικώσης δὲ αὖ τῆς s) Στοᾶς, καὶ οὗτος ἔσται τῆς Ἀρετῆς κεκριμένος. ὥςτε ἄλλοι παρέστωσαν. τὸ δεῖνα μέντοι t),

n) *Ἀρετὴ*] *Ἀρετῇ* etc. conj. *Solan.* citra necessitatem. o) *φιλονεικεῖτε*] Sic O. A. 2. et *Fl.* (in qua postrema tamen *φιλονικεῖτε*) In cett. vulgo *φιλονεικῆτε*. p) *Διονυσίου*] „*Διονύσου* male O. Prius recte *Fl. Fr.* J. etc.“ q) *τι*] „abest a *Fl.*“ r) *ὥςτ' ἐὰν*] Sic scripsi, quum vulgo legeretur *ὥςτε ἄν*, pro quo in 3011. est *ὥςτε ἐάν*. s) *αὖ τῆς*] „*αὐτῆς* male *Par.* Recte aliae. *Αὖ* abest ab O.“ nec non Gorl. Dubitavi tamen abjicere vel ob locum Charon. c. 16. *τοῦτον μὲν ἐκείνου — ἐκεῖνον δὲ αὖ τούτου.* t) *τὸ δεῖνα μέντοι*] etc.] Totum locum sic vulgo distinctum: *τὸ δεῖνα μέντοι μὴ λαμβανέτωσαν οὗτοι, τὸ δικαστικὸν, ἀδ.* etc. et hinc male intellectum, ad *Seageri* normam

Merc. Omnibus *calculis* Voluptas.

Port. Provoco ad Jovem.

Just. Quod bene vertat! Tu vero voca alios.

Merc. De Aristippo Virtus et Luxuria. Aristippus autem ipse quoque adsit.

Virt. Priorem me oportet dicere, Virtutem. Meus enim est Aristippus, ut sermones illius indicant et opera.

Lux. Nequaquam; sed me, Luxuriam. Meus enim vir est, ut videre licet e coronis, et purpura, et unguentis.

Just. Nolite contendere. Differetur enim haec quoque caussa, usque dum Jupiter pronunciet de Dionysio. Vicinum enim quiddam etiam hoc esse videtur. Igitur si vicerit Voluptas, etiam Aristippum habebit Luxuria: vincente contra Porticu, etiam hic Virtuti adjudicatus erit. Quare alii jam adsunto. Verum quid *ais*?

p. 822. μὴ λαμβανέτωσαν οὗτοι τὸ δικαστικόν, ἀδίκαστος *) γὰρ ἡ δίκη μεμένηκεν αὐτοῖς.

ΕΡΜ. Μάτην οὖν ἀνεληλυθότες ὧσι γέροντες ἄνδρες οὕτω μακρὰν τὴν ἀνάβασιν u);

ΔΙΚ. Ἱκανὸν, εἰ τριτημόριον λάβοιεν. ἄπιτε, μὴ ἀγανακτεῖτε, αὖθις δικάσετε x).

24 *ΕΡΜ.* Διογένη Σινωπέα παρεῖναι καιρὸς, καὶ σὺ τοίνυν y) ἡ Ἀργυραμοιβικὴ λέγε.

ΔΙΟΓ. Καὶ μὴν ἄν γε μὴ παύσηται ἐνοχλοῦσα, ὦ Δίκη, οὐκ ἔτι δρασμοῦ δικάσεταί μοι, ἀλλὰ πολλῶν καὶ βαθέων τραυμάτων, ἐγὼ γὰρ αὐτίκα μάλα πατάξω τῷ ξύλῳ.

ΔΙΚ. Τί τοῦτο; πέφευγεν z) ἡ Ἀργυραμοιβικὴ, ὁ δὲ διώκει ἐπηρμένος τὸ βάκτρον· οὐ μέτριόν τι κακὸν ἡ ἀθλία ἔοικε λήψεσθαι. τὸν Πύῤῥωνα κήρυττε.

p. 823. 25 *ΕΡΜ.* Ἀλλ' ἡ μὲν Γραφικὴ πάρεστιν, ὦ Δίκη, ὁ Πύῤῥων δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀνελήλυθε· καὶ ἐῴκει τοῦτο πράξειν.

polivi et interpretatus sum. Vid. Adnot. *) ἄδίκαστος] „ἄδικος male O." u) ἀνάβασιν] Post hanc vocem interrogationis notam posui, quam in prioribus non invenio. Int. βούλει, unde pendeat Conjunctivus. De significatione vocis μάτην et omnino de hac orationis forma cf. Diall. Mortt. XXII, 1. ibique Adnot. Tom II. p. 618. x) δικάσετε] „restitui ex O. Δικάσατε Edd. priores." y) τοίνυν] „omittit *Fl.*" et Gorl. z) πέφευγεν] Sic O. 3011. et *Schol.* pro vulg. ἀπέφευγεν.

ne capiant hi sportulam. Neque enim judicarunt causam.

Merc. Nequidquam (*gratis*) ergo adscenderint viri senes viam tam longam?

Just. Satis fuerit, si tertiam partem accipiant. Abite. Nolite indignari: rursus judicabitis.

Merc. Diogenem Sinopensem adesse tempus est. Tu igitur, Mensaria, dic.

Diog. Verum, Justitia, si non desierit mihi molesta esse, non amplius fugae mihi litem intendet, sed multorum profundorumque vulnerum. Ego enim jam statim fuste illam percutiam.

Just. Quid hoc? Fugit Mensaria, ille vero sublato eam baculo persequitur: non leve malum misera nanciscetur, puto. Pyrrhonem praedica.

Merc. Verum Pictoria quidem adest, Justitia: Pyrrho autem ne venit quidem, et *olim* sic facturum putabam.

ΔΙΚ. Διὰ τί, ὦ Ἑρμῆ; p. 823.

ΕΡΜ. Ὅτι οὐδὲν ἡγεῖται κριτήριον ἀληθὲς εἶναι.

ΔΙΚ. Τοιγαροῦν ἐρήμην αὐτοῦ καταδικασάτωσαν. τὸν λογογράφον ἤδη κάλει τὸν Σύρον· καίτοι πρώην ἀπηνέχθησαν κατ' αὐτοῦ αἱ γραφαί, καὶ οὐδὲν ἤπειγεν ἤδη κεκρίσθαι· πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ ἔδοξε, προτέραν ἐξάγαγε a) τῆς Ῥητορικῆς τὴν δίκην. βαβαί, ὅσοι συνεληλύθασιν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν.

ΕΡΜ. Εἰκότως, ὦ Δίκη· τό, τε γὰρ μὴ ἔωλον εἶναι τὴν κρίσιν, ἀλλὰ καινὴν καὶ ξένην, χθές, ὥςπερ ἔφης, ἐπηγγελμένην b), καὶ τὸ ἐλπίζειν ἀκούσεσθαι Ῥητορικῆς μὲν καὶ Διαλόγου c) ἐν τῷ μέρει κατηγορούντων, ἀπολογουμένου d) δὲ πρὸς ἀμφοτέρους τοῦ Σύρου, τοῦτο πολλοὺς ἐπήγαγε τῷ δικαστηρίῳ. πλὴν ἀλλὰ ἄρξαι ποτέ, ὦ Ῥητορικὴ, τῶν λόγων.

ΡΗΤ. Πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς 26
εὔχομαι πᾶσι, καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχουσα διατελῶ τῇ τε πόλει, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' *Demosth. De Coron.* in.

a) ἐξάγαγε] Sic *Schm.* assentiente *Belino* e 3011. et Gorl. pro vulg. εἶσαγε. In Ox. est ἀπάγαγε. b) χθὲς — ἐπηγγελμένην] „Quatuor haec desunt in O." c) Διαλόγου] „Διαλόγων male *Fl.* Διαλογουμένου O. omissis quinque sequentibus verbis. Vulgata est in P." d) ἀπολογουμένου] „διαλογουμένου marg. A. 1."

Just. Quid ita, Mercuri?

Merc. Quia nullum verum putat esse judicium.

Just. Itaque desertae illum litis condemnent. Librorum auctorem Syrum jam voca: quamquam nuper demum nomen ipsius delatum est, nec quidquam urgebat, eas caussas nunc judicari. Verum quando ita visum est, primam agi jube caussam Rhetorices. Vah quot convenerunt ad audiendum!

Merc. Nec immerito, Justitia. Quod enim non obsoleta est caussa, sed nova et insolens, heri demum, ut dicebas, delata; et quod sperant, se audituros Rhetoricen et Dialogum per vices accusantes, caussam vero adversus ambo dicentem Syrum: ea res multos allexit ad judicium. Verum incipe tandem orationem, Rhetorice.

Rhet. Primum quidem, Athenienses, Deos Deasque precor universos, ut quanta est semperque fuit mea adversus urbem et vos omnes

p. 824. ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. ἔπειθ' e) ὅπερ ἐστὶ f) μάλιστα δίκαιον, τοῦτο παρασκῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν g), τὸν μὲν ἀντίδικον σιωπᾷν κελεύειν· ἐμὲ δέ, ὡς προῄρημαι καὶ βεβούλημαι h), τὴν κατηγορίαν ἐᾶσαι ποιήσασθαι. οὐχὶ δὲ ταὐτὰ παρίσταταί μοι i) γιγνώσκειν, ὅταν τε εἰς k) ἃ πέπονθα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. τοὺς μὲν γὰρ λόγους ὡς ὁμοιοτάτους τοῖς ἐμοῖς οὔτος l) ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς· τὰ δὲ πράγματα, εἰς τοῦτο προήκοντα ὅψεσθε m), ὥστε n), ὅπως μὴ χεῖρόν τι πείσωμαι o) πρὸς αὐτοῦ, σκέψασθαι δέον p). ἀλλὰ γὰρ, ἵνα μὴ μακρὰ προοιμιάζωμαι, τοῦ ὕδατος πάλαι εἰκῇ q) ῥέοντος, ἄρξομαι τῆς κατηγορίας. Ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ r), τουτονὶ s) κομιδῇ μειράκιον ὄντα, βάρβαρον ἔτι τὴν φωνὴν, καὶ μονονουχὶ πάνδυν ἐνδεδυκότα ἐς τὸν Ἀσσύριον τρόπον, περὶ τὴν Ἰω-

Demosth. Olynth. III. in.

27

e) ἔπειθ'] Sic O. et Gorl. cum *Demosth.* pro vulg. εἶθ'. f) ὅπερ ἐστὶ] rescripsi e vett. Edd. et ipso *Demosth.* pro eo quod *Reitz.* et recentt. habent ὅπερ ἐστὶν. g) ὑμῖν] „Sic bene O. *Fl. Fr.* J. *Par.*" h) καὶ βεβούλημαι] „non habet *Fl.*" i) οὐχὶ δὲ ταὐτὰ παρίσταταί μοι] Vulgo legebatur: οὐχὶ ταὐτὰ (*Reitz.* et recentt. τ' αὐτὰ. sed *Fl.* τὰ αὐτὰ, in cett. vett. ut editum) δέ μοι παρ. γ. Sed παρίσταταί μοι, omisso δὲ, O. Nos secuti sumus *Demosthenem*, cum quo consentit Cod. Gorl. k) εἰς] ἐς 3011. *Schm.* et mox iterum. l) οὗτος] „οὗς αὐτὸς P. Nil mutat *Fl.*" m) ὄψεσθε] „ὄψεσθαι male O." n) ὥστε] „non habet O." o) πείσωμαι] πείσομαι B. 1. et 3. p) δέον] δεῖν conj. *Seager.* in Diar Class. N. 36. a. 1818. p. 318. q) εἰκῇ] εἰκεῖ A. 2. r) δικασταὶ] „omisit *Fl.*" s) τουτονὶ] Sic *Schm.* ex Ox. pro vulg. τοῦτον. Perperam *Par.* τοῦτο.

benevolentia, talis a vobis mihi in praesenti certamine tribuatur. Deinde, quod justissimum est, eam vobis mentem dare Deos, ut adversarium tacere jubeatis, meque, ut in animum induxi atque deliberavi, accusationem peragere patiamini. Non idem autem mihi sentiendum videtur, cum ad ea, quae acciderunt mihi, respicio, et cum ad verba, quae audio. Verba enim quam similima meis hic apud vos faciet: actiones autem eo pertinere videbitis, ut omnino, ne quod majus detrimentum ab eo capiam, prospiciendum sit. Verum enimvero, ne longo utar exordio, aqua olim temere fluente, accusationem aggrediar. Ego enim, Judices, istum admodum adolescentem, lingua adhuc barbarum, et tantum non Candye Assyrio more indutum, circa Joniam ober-

γλαν εὑροῦσα πλαζόμενον ἔτι, καὶ ὅ, τι χρήσαιτο t) ἑαυτῷ p. 824.
οὐκ εἰδότα, παραλαβοῦσα ἐπαίδευσα· καὶ ἐπεὶ u) ἐδόκει μοι
εὐμαθὴς εἶναι, καὶ ἀτενὲς ὁρᾷν εἰς x) ἐμέ, ὑπέπτησσέ y) τε p. 825.
γὰρ ἔτι τότε καὶ ἐθεράπευε, καὶ μόνην ἐθαύμαζεν, ἀπολι-
ποῦσα τοὺς ἄλλους, ὁπόσοι ἐμνήστευόν z) με πλούσιοι, καὶ
καλοὶ, καὶ λαμπροὶ τὰ προγονικὰ, τῷ ἀχαρίστῳ τούτῳ a)
ἐμαυτὴν ἐνεγγύησα πένητι, καὶ ἀφανεῖ, καὶ νέῳ, προῖκα οὐ
μικρὰν ἐπεσενεγκαμένη b), πολλοὺς καὶ θαυμασίους λόγους.
εἶτα ἀγαγοῦσα αὐτὸν εἰς τοὺς φυλέτας τοὺς ἐμοὺς, παρε-
νέγραψα c), καὶ ἀστὸν ἀπέφηνα· ὥστε τοὺς διαμαρτόντας d)
τῆς ἐγγύης ἀποπνίγεσθαι. δόξαν δὲ αὐτῷ περινοστεῖν ἐπι-
δειξομένῳ τοῦ γάμου τὴν εὐποτμίαν e), οὐδὲ τότε περιε-
λείφθην f)· ἀλλὰ παντοχοῦ ἑπομένη, ἄνω καὶ κάτω περιη-
γόμην g), καὶ κλεινὸν αὐτὸν καὶ ἀοίδιμον ἐποίουν, κατα-

t) ὅ, τι χρήσαιτο] ὅ, τι ἂν χρήσαιτο more suo mallet *Bel.* Ceterum in vett. Edd. scriptum ὅτι. u) ἐπεὶ] Sic Codd. P. O. Gorl. et *Thom. M* v. ἀτενές. Vulgo erat ἐπειδὴ, in nonnullis etiam ἐπειδὰν, testante quidem *Reitzio.* x) εἰς] ἐς 3011. *Schm. Lang.* y) ὑπέπτησσε] „ὑπέπτησε male J." Sic tamen etiam *Lang.* forsan incuria. z) ἐμνήστευον] ἐμνηστεύοντο Gorl. ad legitimam normam, quam alibi observavit noster; ut Tox. c. 37. H. l. videtur hoc interpretamentum esse. Cf. infra c. 29. τοσούτων μνηστευόντων. *Eurip.* Alcest. v. 730. Herm. a) τούτῳ] „deest in O." b) ἐπεσενεγκαμένη] „ἐπεισενεγκ. O. ἐπενεγκ. *Fl.*" c) παρενέγραψα] „παρέγγραψα *Fl.*" d) διαμαρτόντας] „ἁμαρτάνοντας *Fl.* Nil mutat P." *Διαμαρτάνοντας Lang.* audaciore consilio. e) εὐποτμίαν] Sic *Schm.* suadente *Belino* ex O. 3011. et Gorl. pro vulg. εὐπορίαν. f) περιελείφθην] ἀπελείφθην 3011. et Gorl. in quo posteriore etiam οὐδέποτε pro οὐδὲ τότε. g) ἄνω καὶ κάτω

rantem adhuc, et quid se faceret dubium, assumsi, atque institui. Et cum docilis mihi videretur, et intentis me oculis respicere, (tum nempe reverebatur me adhuc, et colebat, et solam admirabatur) relictis aliis, quicunque me petebant, divites, et honesti, et claris majoribus, ingrato me isti desponsavi, pauperi, ignobili, juveni, dotem afferens non parvam, multas admirabilesque orationes: deinde ad tribules illum meos deductum, adventitium hominem tabulis adscripsi, et civem feci: adeo ut qui spe nuptiarum mearum exciderant, angerentur. Cum vero illi visum esset circumire ad nuptiarum felicitatem ostentandam, neque tum destitui (*relicta sum*); sed ubicunque illum secuta, sursum deor-

p. 825. κοσμοῦσα καὶ περιστέλλουσα. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, καὶ τῆς Ἰωνίας, μέτρια· ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν ἀποδημῆσαι ἐθελήσαντι h) αὐτῷ, τὸν Ἰόνιον ἐ) συνδιέπλευσα, καὶ τὰ τελευταῖα, μέχρι τῆς Κελτικῆς συναπάρασα, εὐπορεῖσθαι ἐποίησα. καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ πάντα μοι ἐπειθέτο, καὶ συνῆν ἀεὶ k), μηδεμίαν νύκτα ἀπόκοιτος γιγνόμενος παρ'
p. 826. ἡμῶν. Ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἐπεσκίσατο, καὶ τὰ πρὸς τὴν l) εὐ-
28 δοξίαν εὖ ἔχειν αὐτῷ ὑπέλαβε, τὰς ὀφρῦς m) ἐπάρας, καὶ μέγα φρονήσας n), ἐμοῦ μὲν ἠμέλησε, μᾶλλον δὲ, τέλεον o) εἴασεν· αὐτὸς p) δὲ τὸν γενειήτην ἐκεῖνον, τὸν ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὸν Διάλογον, Φιλοσοφίας υἱὸν εἶναι λεγόμενον, ὑπεραγαπήσας μάλα ἐρωτικῶς πρεσβύτερον αὐτοῦ ὄντα, τούτῳ σύνεστι· καὶ οὐκ αἰσχύνεται, τὴν μὲν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ ἄνετον τῶν ἐν q) ἐμοὶ λόγων συντεμών· εἰς μικρὰ

περιηγόμην] „καὶ κάτω περαγομένη O. omisso ἄνω.“ *Περιηγομένη* 3011. vitiose, rectius *περιαγομένη* Gorl. ut Ox. quos secutus est *Schm.* quod quo minus et ego facerem, impedivit proxime sequens καὶ, quod plane necesse est copulative sumi. h) ἐθελήσαντι] „θελήσ. O.“ et Gorl. i) Ἰόνιον] „Ἰώνιον Edd. priores. Vid. Adnot. k) ἀεὶ] Sic *Schm.* ex O. 3011. et Gorl. pro vulg. μοι, probantibus *Belino* et *Jacobo* Quaestst. Lucian. Spec. I. cap. 3. l) τὴν] „Consentit O.“ m) ὀφρῦς] ὀφρὺς A. 2. sola, ut et alibi. n) μέγα φρονήσας] Sic O. P. 3011. Gorl. *Bel. Schm.* pro vulg. μεγαλοφρονήσας. o) τέλεον] „καὶ τέλεον O.“ p) αὐτὸς] „reposuit *Solan.* ex G. P. O. et marg. A. 1. *Αὐτὸν* editum ante.“ *Αὐτὸς* etiam *Schol.* q) ἐν] „abest ab O.“

sum circumduci me passa, sibi jam viaticatus esse, et celebrem illum et nobilem ornando et componendo reddidi. Mediocria sunt, quae per Graeciam atque Joniam feci. Cum vero per Italiam peregrinari vellet, Jonium cum eo sinum trajeci: et denique in Celticam usque cum illo solvens, ibi eum locupletavi. Ac diu quidem per omnia mihi obsequebatur, semperque mecum consuerat, ut ne semel quidem abnoctaret. Cum vero satis satis gloriae habere videretur: sublatis superciliis, et sumta superbia, me neglexit, vel potius plane deseruit; istum vero barbatum, istum habitu *noscendum facile*, qui Philosophiae dicitur filius, supra modum et amatoris instar, se licet seniorem, diligere coepit, cum hoc habet consuetudinem: nec erubescit, libertatem, et illud meis in verbis solutum, concidere, atque in parvas, et

δὲ καὶ κωμικὰ r) ἐρωτήματα κατακλείσας ἑαυτὸν, καὶ ἀντὶ p. 826.
τοῦ λέγειν ὅ, τι βούλεται μεγάλῃ τῇ φωνῇ, βραχεῖς τινας p. 827.
λόγους ἀναπλέκων, καὶ συλλαβίζων· ἀφ' ὧν ἀθρόος μὲν
ἔπαινος, ἢ κρότος πολὺς, οὐκ ἂν ἀπαντήσειεν αὐτῷ, μει-
δίαμα δὲ παρὰ τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα
ἐντὸς τῶν ὅρων, καὶ μικρὰ s) ἐπινεῦσαι τῇ κεφαλῇ, καὶ
ἐπιστενάξαι τοῖς λεγομένοις. τοιούτων ἠράσθη ὁ γενναῖος,
ἐμοῦ καταφρονήσας. φασὶ δὲ αὐτὸν μηδὲ πρὸς τὸν ἐρώμενον
τοῦτον εἰρήνην ἄγειν, ἀλλ', οἶμαι, καὶ t) εἰς ἐκεῖνον ὑβρί-
ζειν u). Πῶς οὖν οὐκ ἀχάριστος οὗτος, καὶ ἔνοχος τοῖς 29
περὶ τῆς κακώσεως x) νόμοις, ὃς τὴν μὲν νόμῳ γαμετὴν, p. 828.
παρ' ἧς τοσαῦτα εἴληφε, καὶ δι' ἣν ἔνδοξός ἐστιν, οὕτως
ἀτίμως ἀπέλιπε, καινῶν δὲ y) ὠρέχθη πραγμάτων· καὶ
ταῦτα νῦν, ὁπότε μόνην ἐμὲ θαυμάζουσι, καὶ ἐπιγράφονται
ἅπαντες προστάτιν z) ἑαυτῶν a); ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀντέχω,

r) κωμικὰ] Sic O. Gorl. et marg. A. i. Vulgo erat κομματικὰ, unde *Solan.* conj. κωμωτικά. s) μικρὰ] Sic L. et *Fl.* probantibus *Reitzio* et *Belino* pro vulg. μακρά. t) ἀλλ', οἶμαι, καὶ] Sic O. et 3011. (in quo posteriore etiam ἐς ἐκ. quod imitati sunt *Schm.* et *Lang.*) pro vulg. ἀλλὰ καὶ εἰς ἐκεῖνον, οἶμαι, ὑβ. u) ὑβρίζειν] „ὑβρίζει *Fl.*" x) τῆς κακώσεως] Sic cum articulo O. 3011. Gorl. *Schol. Bel. Schm.* Sine articulo Edd. vulgo. y) καινῶν δὲ] Sic O. pro vulg. καὶ καινῶν. z) προστάτιν] „Sic recte *Fl.* J. *Par.* etc. Προστάτην *Salm.*" In eundem errorem incidit *Bip.* simul cum B. 1. et 5. a) ἑαυτῶν] „*Amst.* sola male ἑαυτόν."

comicas, interrogatiunculas se ipsum concludere, ac pro eo, quod dicere debebat, si quid vellet, magna voce, breves quosdam sermones contexere, et tanquam colligere syllabas: a quibus conferta quidem laus, aut plausus multus, illi non redierit; sed illud forte, ut leniter arrideant auditores, aut manum, intra terminos tamen, moveant, aut parum capite annuant, aut ad ea, quae dicuntur, ingemiscant. Ista adamavit generosus, me contemta. Ajunt autem, illum neque cum suo isto amasio pacem habere, sed in istum quoque, ut arbitror, contumeliosum esse. Quidni igitur ingratus sit iste, et legibus de mala tractatione teneatur? qui legitimam uxorem, a qua tanta *bona* acceperit, et per quam sit nobilis, ita ignominiose tamen deseruerit, et novas res appetierit: idque hoc ipso tempore, cum solam me admi-

p. 828. τοσούτων μνηστευόντων b), καὶ κόπτουσιν αὐτοῖς τὴν θύραν, καὶ τοὔνομα ἐπιβοωμένοις μεγάλῃ τῇ φωνῇ, οὔτε ἀνοίγειν, οὔτε ὑπακούειν βούλομαι· ὁρῶ γὰρ αὐτοὺς οὐδὲν πλέον τῆς βοῆς κομίζοντας. οὗτος δὲ οὐδὲ οὕτως ἐπιστρέφεται πρὸς ἐμέ, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐρώμενον βλέπει, τί, ὦ θεοί, χρηστὸν παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι προσδοκῶν; ὃν οἶδε τοῦ c) τρίβωνος οὐδὲν πλέον ἔχοντα. εἴρηκα, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὑμεῖς δέ, ἢν εἰς d) τὸν ἐμὸν τρόπον τῶν λόγων ἀπολογεῖσθαι θέλῃ, τοῦτο μὲν e) μὴ ἐπιτρέπετε f)· ἄγνωμον γὰρ ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐμὴν μάχαιραν ἀκονᾶν. κατὰ δὲ τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, τὸν Διάλογον, οὗτος g) ἀπολογείσθω, ἢν δύνηται.

p. 829. *EPM.* Τοῦτο μὲν ἀπίθανον· οὐ γὰρ οἷόν τε, ὦ Ῥητορική, μόνον αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι κατὰ τὸ σχῆμα h) τοῦ Διαλόγου, ἀλλὰ ῥῆσιν καὶ αὐτὸς εἰπάτω.

30 *ΣΥΡ.* Ἐπεὶ καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί i), ἡ ἀντίδικος ἠγανάκτησεν, εἰ μακρῷ χρήσομαι τῷ λόγῳ, καὶ αὐτὸ

b) μνηστευόντων] „μνημονευόντων male O.“ c) ὃν οἶδε τοῦ] Vulgo ὃν τοῦ et ὁρᾷ post οὐδέν. Sic, ut edidimus, O. et Gorl. d) εἰς] ἐς 3011. *Schm. Lang.* e) μὲν] „ex O. insertum; aberat ab Edd.“ f) ἐπιτρέπετε] ἐπιτρέπητε Gorl. et 3011. probante *Bel.* g) οὗτος] οὕτως verterat *Gesner.* imprudenter, ut omnem hunc locum, quem nunc castigatum habes. h) τὸ σχῆμα] Articulum, qui vulgo deerat, restitui ex O. et Gorl. i) δικασταὶ] „recepi ex O. aberat ab Edd.“

rantur homines, patronamque suam profitentur. Ego vero tot procis adhuc renitor, et fores pulsantibus, nomenque meum magna voce inclamantibus neque aperire volo, ne audire quidem. Video quippe, nihil praeter clamorem illos afferre. Iste autem ne sic quidem ad me convertitur, sed ad amasium suum respicit, quid tandem, Dii boni, bonum recepturum se ab illo exspectans? quem sciat praeter pallium nihil habere. Dixi, Judices. Vos autem, si mea ratione in caussa dicenda uti voluerit, hoc nolite concedere. Ingrati enim animi est, meum in me gladium acuere. Imo secundum amasii sui, Dialogi, rationem iste caussam dicat, si possit.

Merc. Hoc quidem probari non potest, Rhetorica. Neque enim fieri potest, ut solus ipse caussam dicat dialogi habitu, sed perpetua oratione ipse quoque utatur.

Syr. Quandoquidem hoc etiam, Judices, indigne tulit adversaria, si longa oratione utar, qui ipsam hanc dicendi

τὸ k) δύνασθαι λέγειν παρ' ἐκείνης λαβών; πολλὰ μὲν οὖν p. 829.
ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, τὰ κεφάλαια δὲ αὐτὰ l) ἐπιλυσάμενος τῶν
κατηγορηθέντων, ὑμῖν ἀπολείψω σκοπεῖν περὶ ἁπάντων.
πάντα γὰρ ὅπόσα διηγήσατο περὶ ἐμοῦ, ἀληθῆ ὄντα διηγή-
σατο· καὶ γὰρ ἐπαίδευσε, καὶ συναπεδήμησε, καὶ εἰς m) τοὺς
Ἕλληνας ἐνέγραψε, καὶ κατά γε τοῦτο χάριν ἂν εἰδείην
τῷ γάμῳ· δι' ἃς δὲ αἰτίας ἀπολιπὼν αὐτὴν ἐπὶ τουτονὶ n)
τὸν Διάλογον ἐτραπόμην, ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες δικασταί,
καί με μηδὲν τοῦ χρησίμου ἕνεκα ψεύδεσθαι ὑπολάβοιτε o).
Ἐγὼ γὰρ ὁρῶν ταύτην οὐκ ἔτι σωφρονοῦσαν, οὐδὲ μένου- 31
σαν p) ἐπὶ τοῦ κοσμίου σχήματος, οἷόν ποτε ἐσχηματισμέ- p. 830.
νην αὐτὴν ὁ Παιανιεὺς ἐκεῖνος ἠγάγετο, κοσμουμένην δὲ,
καὶ τὰς τρίχας εὐθετίζουσαν εἰς q) τὸ ἑταιρικὸν, καὶ φυ-
κίον ἐντριβομένην, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ὑπογραφομένην, ὑπώ-
πτευον εὐθὺς, καὶ παρεφύλαττον ὅποι r) τὸν ὀφθαλμὸν
φέροι s). καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ· καθ' ἑκάστην δὲ τὴν νύκτα
ὁ μὲν στενωπὸς ἡμῶν ἐνεπίμπλατο μεθυόντων ἐραστῶν,

k) αὐτὸ τὸ] „ταῦτα *Fl.*“ l) αὐτὰ] „αὐτὸς *Fl.* male. Vulgatum firmant P. L.“ m) εἰς] ἐς Bois. *Schm. Lang.* n) τουτονὶ] „τοῦτον O.“ o) ὑπολάβοιτε] „ὑπολίβειτε O.“ p) μένουσαν] Sic O. et Gorl. pro vulg. ἐμμένουσαν. q) εἰς] ἐς Bois. *Schm. Lang.* r) ὅποι] „ὅπου O.“ s) φέροι] „φέρει *Fl.*“ Accedunt Bois. et Gorl. probante *Belino*, aut vult ἴφερε, modo Optativus summoveatur.

facultatem a se habeam: multa quidem apud vos non dicam. Capitibus vero ipsis eorum, quae crimini mihi dedit, dissolutis, permittam vobis videre de omnibus. Quaecunque nimirum de me narravit, vere narravit. Etenim instituit me, peregrinata est mecum, Graecis me adscripsit, et harum rerum nomine gratissimum mihi fuerit illius conjugium. Quas vero ob caussas, relicta illa, ad hunc me Dialogum convertorim, audite, Judices: neque quidquam utilitatis me meae caussa mentiri cogitaveritis. Ego namque videns istam non amplius temperantem esse, neque in decenti illo habitu permanere, quo usam olim Paeaniensis ille Rhetor duxerat; sed ornare se, et capillos meretricio more disponere, et infucare faciem, et genas pingere: statim suspicabar aliquid, et, quo oculum ferret, observabam. Ac reliqua praetermitto. Singulis vero noctibus impleba-

p. 830. κωμαζόντων ἐπ᾽ αὐτὴν, καὶ κοπτόντων τὴν θύραν, ἐνίων δὲ, καὶ εἰσβιάζεσθαι ε) δὴν οὐδενὶ κόσμῳ τολμώντων ι). αὕτη δὲ ἐγέλα, καὶ ἥδετο τοῖς δρωμένοις, καὶ τὰ πολλὰ ἢ x) παρέκυπτεν ἀπὸ τοῦ τέγους, φθόντων γ) ἀκούουσα z) τραχείᾳ τῇ φωνῇ ᾠδάς τινας ἐρωτικὰς a), ἢ καὶ παρανοίγουσα τὰς θύρας b), ἐμὲ οἰομένῃ λανθάνειν c), ἠσέλγαινε d), καὶ ἐμοιχεύετο πρὸς αὐτῶν, ὅπερ ἐγὼ μὴ φέρων, γράψασθαι e) μὲν αὐτὴν μοιχείας οὐκ ἐδοκίμαζον f)· ἐν γειτόνων δὲ οἰκοῦντι τῷ Διαλόγῳ προελθὼν ἠξίουν κατασχεθῆναι
32 ὑπ᾽ αὐτοῦ. Ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ τὴν Ῥητορικὴν μεγάλα ἠδίκησα· καίτοι εἰ καὶ μηδὲν αὐτῇ τοιοῦτο ἐπέπρακτο, καλῶς εἶχέ μοι ἀνδρὶ ἤδη τετταράκοντα ἔτη σχεδὸν γεγονότι,
p. 831. θορύβων μὲν ἐκείνων, καὶ δικῶν, ἀπηλλάχθαι, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς δικασταὶς ἀτρεμεῖν ἐᾶν, καὶ τυράννων κατηγορίας, καὶ ἀριστέων g) ἐπαίνους ἐκφυγόντα h)· ἐς δὲ τὴν

t) εἰσβιάζεσθαι] ἐσβιαζ. 3011. *Schm. Lang.* u) τολμώντων] τολμόντων *Akd.* 1. 2. mendose. x) ἢ] „omittit *Fl.*“ y) ἀπὸ τοῦ τέγους, φθόντων] „Quatuor haec desunt in O.“ Itidem in Gorl. Et idem narrat *Bel.* de tribus prioribus vocibus. z) ἀκούουσα] „ἀκοῦσαι *Fl.* Vulgatum est in P.“ a) ἐρωτικὰς] ἑταιρικὰς Gorl. b) θύρας] „Sic O. et marg. *A.* 1. Θυρίδας Edd.“ c) λανθάνειν] Sic O. 3011. et Gorl. pro vulg. λαθεῖν. d) ἠσέλγαινε] „Bene sic O. P. B. 1. (et 3.) *Salm.* Ἡσέλγενε male J. *Fl. Hag. Fr.*“ e) γράψασθαι] „γράφεσθαι O. Γράψαι *Th. Mag.*“ f) οὐκ ἐδοκίμαζον] „Haec et sequentia male desunt in O.“ g) ἀριστέων] „Sic etiam *Fl.*“ h) ἐκφυγόντα] Sic *Schm.* e conj. *Gesneri* et

tur vicus noster ebriis amatoribus, ad illam comissatum euntibus, pulsantibusque fores, quibusdam etiam vi irrumpere sine more modoque audentibus. At illa ridere, et his, quae fierent, delectari: ac saepe aut de tecto despicere, et audire aspera voce canentes amatoria quaedam cantica; aut etiam apertis clanculum foribus, me, ut putabat, ignaro, lascivire, et cum illis adulterari: quod ego non ferens, nomen illius de adulterio deferendum non putavi; sed accedens ad habitantem in vicinia Dialogum, recipi ab eo petii. Hae sunt magnae illae, quibus affeci Rhetoricen, injuriae. Quamquam si vel nihil ejusmodi ab ea actum esset, concedendum mihi erat, homini quadraginta fere annos nato, a tumultibus illis et litibus discedere, et quiescere pati judices: evitatisque tyrannorum accusationibus et lau-

Ἀκαδημίαν, ἢ ἐς τὸ Λύκειον ἐλθόντα, τῷ βελτίστῳ τρύτῳ p. 831.
Διαλόγῳ συμπεριπατεῖν, ῥᾳδίᾳ συνδιαλεγομένους, τῶν ἐπαίνων, καὶ κρότων οὐ δεομένους i). πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἤδη παύσομαι. ὑμεῖς δὲ εὔορκον τὴν ψῆφον ἐνέγκατε.

ΔΙΚ. Τίς κρατεῖ;

ΕΡΜ. Πάσαις ὁ Σύρος, πλὴν μιᾶς.

ΔΙΚ. Ῥήτωρ τις ἔοικεν εἶναι ὁ τὴν ἐναντίαν θέμενος. Ὁ Διάλογος ἐπὶ τῶν αὐτῶν λέγε. ὑμεῖς δὲ περιμείνατε, 33
διπλασίονα ἀποισόμενοι k) τὸν μισθὸν ἑπ' ἀμφοτέραις ταῖς δίκαις

ΔΙΑΛ. Ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ l), μακροὺς μὲν ἀποτείνειν τοὺς λόγους οὐκ ἂν ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς m), ἀλλὰ κατὰ μικρὸν, ὥςπερ εἴωθα n). ὅμως δὲ, ὡς νόμος ἐν τοῖς δικασηρίοις, οὕτω ποιήσομαι τὴν κατηγορίαν, ἰδιώτης παντάπασι καὶ ἄτεχνος τῶν τοιούτων ὤν. καί μοι τοῦτο ἔστω πρὸς ὑμᾶς τὸ o) προοίμιον. ἃ δὲ ἠδίκημαι, καὶ

Cod. Gorl. pro vulg. *ἐκφυγόντι.* i) *συνδιαλεγομένους — δεομένους*] Sic scripsi e Codd. G. P. 3011. et Gorl. Vulgo legebatur *συνδιαλεγόμενον*, omissis plane, quae jam inserta habes. *Κρότου* vulgatum, quod etiam in G. et P. est, rectius, opinor, *κρότων* legitur in Gorl. et 3011. k) *διπλασίονα ἀποισόμενοι*] „*διπλάσιον οἰσόμενοι Fl.*“ *Ἀποισόμενοι* Gorl. pro *ἀποισόμενοι.* l) *δικασταὶ*] „non habet *Fl*“ m) *πρὸς ὑμᾶς*] absunt a Gorl. n) *ὥςπερ εἴωθα*] „*ὥςπερ δὲ νόμος Fl.* omissis reliquis.“ o) *τὸ*] „sine articulo *Fl.*“

dibus virorum fortium, in Academiam aut Lyceum ingredi, *ibique* cum optimo hoc Dialogo inambulare, placide disputantes, laudes ac plausum non desiderantes. Multa cum dicere habeam, jam desinam. Vos vero religiosum ferte suffragium.

Just. Quis vincit?

Merc. Omnibus Syrus, praeter unum.

Just. Rhetor videtur esse, qui contrarium tulit. Jam tu dic, Dialoge, iisdem judicibus. Vos autem manete, duplicem laturi mercedem utriusque caussae.

Dial. Ego vero, Judices, longam extendere apud vos orationem nolim, sed breviter more meo *agere*. Tamen ut in judiciis fert consuetudo, sic accusationem instituam, ignarus licet undique sim talium et rudis. Et hoc mihi sit apud vos exordium. Injuriae autem et contumeliae, quibus ab isto sum affectus, hae fere sunt: quod me gravem ad

p. 831. περιύβρισμαι πρὸς τούτου, ταῦτά ἐστιν· ὅτι με σεμνὸν τέως ὄντα, καὶ θεῶν τε p) πέρι, καὶ φύσεως, καὶ τῆς τῶν ὅλων περιόδου ακαπούμενον, ὑψηλὸν ἄνω που τῶν νεφῶν ἀεροβατοῦντα, ἔνθα ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φέρεται, κατασπάσας αὐτὸς ἤδη κατὰ τὴν ἀψῖδα q) πετόμενον, καὶ ἀναβαίνοντα ὑπὲρ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ r), καὶ τὰ πτερὰ συντρίψας, ἰσοδίαιτον τοῖς πολλοῖς ἐποίησε. καὶ τὸ μὲν τραγικὸν ἐκεῖνο καὶ σωφρονικὸν προσωπεῖον ἀφεῖλέ μου. κωμικὸν δὲ ἄλλο καὶ σατυρικὸν ἐπέθηκέ μοι, καὶ μικροῦ δεῖν γελοῖον. εἶτά μοι ἐς τὰ αὐτὸ φέρων συγκαθεῖρξε s) τὸ σκῶμμα t), καὶ τὸν ἴαμβον, καὶ κυνισμὸν, καὶ τὸν Εὔπολιν, καὶ τὸν Ἀριστοφάνην u), δεινοὺς ἄνδρας ἐπιχερτομῆσαι x) τὰ σεμνὰ, καὶ γλευάσαι τὰ καλῶς y) ἔχοντα. τελευταῖον δὲ, καὶ Μένιππόν τινα τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν, ὡς δοκεῖ, καὶ κάρχαρον ἀναρύξας, καὶ τοῦτον ἐπεισήγαγέ μοι φοβερόν τινα ὡς ἀληθῶς κύνα, καὶ τὸ

p) τε] „non habet *Fl.*“ nec B. 3. q) ἀψῖδα] Sic correxi vulgatum ὠψίδα ad praeceptum Grammaticorum veterum. *Spitzner.* Prosod. Gr. p. 36. r) ὑπὲρ τὰ νῶτα] Sic G. marg. A. 1. W. et Gorl. pro vulg. ὑπεράνω. s) συγκαθεῖρξε] μοι, quod vulgo addiderant, quum omittat Jo11., ejecerunt, monentibus *Solano, Gesnero, Reitzio, Belino, Schmiederus, Biponti nus Editor, Langius.* t) σκῶμμα] „σκομμα male *Par. Hag.* utraque. Recte *Fr. Fl. Salm.* etc.“ u) Ἀριστοφάνην] „Ἀριστοφάνη *Fl.*“ x) ἐπιχερτομῆσαι] ἐπὶ τὸ κερτομῆσαι Gorl. y) καλῶς] „ὀρθῶς marg. A. 1.

eum diem, atque de Dis, ac natura, et universi circuitu disputantem, sublimem, supra nubes incedentem per aëra, ubi *magnus in caelo Jupiter volucrem currum agens fertur*, detractum inde, cum ad ipsam jam absidem volarem, et supra caeli terga pararem escendere, confractisque alis, ad vulgi consuetudinem detrusit, et, tragica illa modestaque persona detracta, aliam comicam Satyricamque mihi, ac tantum non ridiculam, imposuit. Deinde in unum collata inclusit mecum, jocum mordacem, et Jambum, et Cynicam licentiam, cum Eupolide Aristophanem, homines idoneos ad traducendum, quae sunt maxime severa, ad irridendum, quae bene habent. Denique Menippum quendam de antiquis canibus, latrantem valde et mordacem, ut videtur, effossum ad me introduxit terribilem vere canem, et oc-

δῆγμα λαθραῖον z), ὅσῳ καὶ γελῶν ἅμα ἔδακνε. πῶς οὖν p. 833.
οὐ δεινὰ ὕβρισμαι μηκέτ' ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος a) διαμένων b), ἀλλὰ κωμῳδῶν, καὶ γελωτοποιῶν, καὶ ὑποθέσεις ἀλλοκότους ὑποκρινόμενος αὐτῷ; τὸ γὰρ πάντων ἀτοπώτατον, κρᾶσίν τινα παράδοξον κέκραμαι, καὶ οὔτε πεζός εἰμι, οὔτε ἐπὶ τῶν μέτρων c) βέβηκα· ἀλλὰ ἱπποκενταύρου δίκην; σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσι δοκῶ.

ΕΡΜ. Τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς, ὦ Σύρε; 34

ΣΥΡ. Ἀπροσδόκητον, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνίζομαι παρ' ὑμῖν. πάντα γοῦν μᾶλλον ἂν ἤλπισα, ἢ d) τὸν Διάλογον τοιαῦτα ἐρεῖν περὶ ἐμοῦ, ὃν παραλαβὼν ἐγὼ, σκυθρωπὸν ἔτι τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα, καὶ ὑπὸ τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατεσκληκότα, καὶ ταύτῃ e) αἰθέσιμον μὲν εἶναι δοκοῦντα, οὐ πάντῃ δὲ ἡδύν, οὐδὲ τοῖς πλήθεσι κεχαρισμένον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ γῆς βαίνειν p. 834.

z) λαθραῖον] „Sic *Fl. Par. Hag. Salm.* etc. *Λαδρίδιον* J.“ et Gorl. a) σχήματος] „omisit *Fl.*“ b) διαμένων] „restitutum ex P. *Διακείμενος* Edd.“ Recens collati Codd. videntur in *διαμένων* consentire, quum nihil ab iis, qui contulerunt, notatum sit varietatis. Cf. supra c. 31. in. c) μέτρων] „Sic dedit *Salanus* ex L. P. et Ms. Gr. *Μετεώρων* ante editum.“ d) ἢ] olim post *διάλογον* positum huc transposuerat *Schm.* e Codd. P. et G. Omnino omisit *Lang.* e) ταύτῃ] „*διὰ τοῦτο* L. et marg. A. 1. sed omisso *καί*.“ Sic etiam Gorl. et 3011.

cute mordacem, quatenus ridens etiam mordet. Quidni ergo gravi injuria affectus sim, qui non servem habitum proprium ac domesticum, sed comoedias isti, et ridicularia, et prodigiosa quaedam argumenta agere cogar? Quod enim omnium absurdissimum est, mirabili quadam permixtione temperatus sum, neque pedestris sum, neque per metra incedo: sed hippocentauri instar, compositum quoddam et peregrinum spectrum audientibus videor.

Merc. Quid igitur ad ista, Syre, dicis?

Syr. Nec opinatum, Judices, hoc certamen apud vos subeo. Quidvis enim potius de Dialogo sperabam, quam ista de me dicturum: quem ego talem cum accepissem, qui tristis adhuc vulgo videretur, et a perpetuis interrogationibus in ariditatem quandam contractus, eamque ipsam ob causam venerabilis ille quidem, sed non omnino suavis, neque gratiosus multitudini haberetur; primo quidem humi

p. 834. εἴθισα ἐς τὸν *f*) ἀνθρώπινον *g*) τοῦτον τρόπον. μετὰ δὲ *h*), τὸν αὐχμὸν τὸν πολὺν ἀποπλύνας, καὶ μειδιᾶν καταναγκάσας, ἡδίω τοῖς ὁρῶσι παρεσκεύασα. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν κωμῳδίαν αὐτῷ παρέζευξα, καὶ κατὰ τοῦτο *i*) πολλὴν οἱ μηχανώμενος τὴν εὔνοιαν παρὰ τῶν ἀκουόντων, οἳ τέως τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν αὐτῷ *k*) δεδιότες, ὥςπερ τὸν ἐχῖνον, λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐφυλάττοντο. ἀλλ' ἐγὼ οἶδ' ὅπερ *l*) μάλιστα λυπεῖ αὐτὸν, ὅτι μὴ τὰ γλίσχρα *m*) ἐκεῖνα καὶ λεπτὰ κἀθήμαι πρὸς αὐτὸν σμικρολογούμενος *n*), εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ πόσας κοτύλας ὁ θεὸς, ὁπότε τὸν κόσμον κατεσκευάζειο *o*), τῆς ἀμίγοῦς καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης οὐσίας ἐνέχεεν εἰς τὸν κρατῆρα, ἐν ᾧ τὰ πάντα *p*) ἐκεράννυτο, καὶ, εἰ Ῥητορικὴ πολιτικῆς μορίου εἴδωλον *q*), κολα-

sed ex glossemate credo. *f*) τὸν] „τὸ *Fl.*“ *g*) ἀνθρώπινον] „ἄνιτον marg. A. 1. W.“ Ceterum ordinem verborum clementiorem restituerunt e Cod. 3011. *Schm.* et *Lang.* Legebatur enim prius: ἐς τὸν ἀνθρώπινον εἴθισα τοῦτον τρόπον. *h*) μετὰ δὲ,] In prioribus pessime sic distinguebatur: μετὰ δὲ τὸν αὐχμὸν τὸν πολὺν, ἀποπλύνας, etc. *i*) τοῦτο] „τοῦ τὸ male *Fl.*“ *k*) τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν αὐτῷ] „Quinque haec desunt in *Fl* “ λόγους ἀκανθώδεις, i. e. dialogos philosophicos, vide Diall. Mort. X, 8. et eandem, quae h. l. cum echinis comparationem Pisc. c. 51. *l*) ὅπερ] ἅπερ Gorl. *m*) γλίσχρα] Sic L. G. P. marg. A. 1 et Gorl. pro vulg. ἰσχνά. *n*) κἀθήμαι — σμικρολογούμενος] Sic Codd. G. 3011. et Gorl. pro vulg. καθήμενος — ὁμικρολογοῦμαι. *o*) κατεσκευάζετο] Sic marg. A. 1. 3011. et Gorl. pro vulg. εἰργάσατο. *p*) τὰ πάντα] Vulgo omissum articulum e Codd. 3011. et Gorl. suadente *Belino* restituerunt *Bip.* et *Lang.* *q*) μορίου

incedere illum hoc humano more docuerim; deinde multo illo squalore purgatum, et subridere coactum, jucundiorem reddiderim videntibus. Super omnia vero comoediam illi conjunxi, ea quoque re multam ipsi machinatus ab audientibus benevolentiam: qui ante illum diem spinas, quae in illo sunt, veriti, tanquam erinaceum, in manus illum sumere cavebant. Sed novi ego, quid maxime illum male habeat: quod non subtilia ista atque tenuia, assideo, minutim cum illo disputans, Utrum immortalis sit anima? et, Quot sextarios Deus, cum mundum faceret, illius incommiscibilis, et quae semper unius modi suique similis erat, materiae in illam temperationem, in qua miscebatur universum, infuderit? et, Utrum Rhetorice civilitatis particulae simula-

κείας τὸ τέταρτον. χαίρει γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὰ τοιαῦτα p. 855.
λεπτολογῶν r), καθάπερ οἱ τὴν ψώραν ἡδέως κνώμενοι. καὶ
τὸ φρόντισμα ἡδὺ αὐτῷ δοκεῖ, καὶ μέγα φρονεῖ, ἢν λέγηται
ὡς οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστι συνιδεῖν ἃ περὶ τῶν ἰδεῶν ὀξυ-
δορκεῖ s). ταῦτα δηλαδὴ καὶ παρ' ἐμοῦ ἀπαιτεῖ, καὶ τὰ
πτερὰ ἐκεῖνα ζητεῖ, καὶ ἀποβλέπει t), τὰ u) πρὸ τοῖν πο-
δοῖν οὐχ ὁρῶν. ἐπεὶ τῶν γε ἄλλων ἕνεκα οὐκ ἄν, οἶμαι,
μεμψαιτό μοι, ὡς θοιμάτιον τοῦτο τὸ Ἑλληνικὸν περισπά-
σας αὐτοῦ, βαρβαρικὸν μετενέδυσα· καὶ ταῦτα, βάρβαρος
αὐτὸς εἶναι δοκῶν. ἠδίκουν γὰρ ἄν, τὰ τοιαῦτα εἰς αὐτὸν
παρανομῶν, καὶ τὴν πάτριον ἐσθῆτα λωποδυτῶν ἀπολελό-
γημαι ὡς δυνατὸν ἐμοί x)· ὑμεῖς δὲ ὁμοίαν τῇ πάλαι τὴν
ψῆφον ἐνέγκατε y).

EPM. Βαβαί, δέκα ὅλαις κρατεῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖ- 35
νος ὁ πάλαι οὐδὲ νῦν ὑμόψηφός ἐστι. ἀμέλει τοῦτο ἔθος
ἐστὶ, καὶ πᾶσι τὴν τετρυπημένην οὕτως φέρειν z). καὶ μὴ

εἴδωλον] „μηρίου male *Par. Mόριον ἢ ὅλον Pell.* r) λεπτο-
λογῶν] „λεπτολογεῖν *Fl.* (Cod. Coust.)" Sic etiam marg. A. 1.
s) ὀξυδορκεῖ] „ὀξυδερκεῖ *Fl. Salm.* et marg A. 1. Ceterae
sex ὀξυδορκεῖ." t) ἀποβλέπει conj. *Guyet* u) τὰ] „οὐ τὰ
marg. A. 1. W." x) ἐμοί.] „ἢν *Fl.* Vulgatum firmat P."
y) ἐνέγκατε] ἀνενέγκατε Gorl. z) οὕτως φέρειν] „οὕτος
φέρει] Nihil mutat *Fl.*" Scilicet corrupta haec putaverat *Mar-*

crum sit, et quarta pars adulationis? Gaudet enim, nescio quomodo, minutis id genus disputatiunculis, ut illi, qui libenter scalpunt scabiem: et illa cura jucunda illi videtur, et vehementer sibi placet, si dicatur, non cujusvis esse perspicere, quae ipse acute adeo de ideis cernat. Haec nempe a me etiam postulat, et alas illas quaerit, ac circumspicit, non videns interim, quae sunt ante pedes. Nam caeterarum rerum caussa nihil, puto, mihi objiciet, quasi hac veste Graeca detracta, Barbaricam sibi, ipse Barbarus cum videar, induerim. Injustus enim fuissem, si talia contra leges in ipsum designassem, et patria illum veste spoliassem. Caussam dixi, ut potui. Vos vero similem superiori ferte calculum.

Merc. Vah, ipsis decem vincis: idem enim ille, qui ante, ne nunc quidem ejusdem est sententiae. Nimirum haec consuetudo est, pertusum omnibus isto modo ferre calculum, nec desierit opti-

p. 856. παύσαιτο α) φθονῶν τοῖς ἀρίστοις. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἄπιτε ἀγαθῇ τύχῃ· αὔριον δὲ τὰς λοιπὰς δικάσομεν.

cilius, censneratque legendum οὕτως φέρειν, quod jam confirmatum Codice Gorl. probavit *Fritzsch.* Quaestst. Luciann. p. 195. qui idem etiam τούτῳ ἔθος, neque id improbabiliter, scribendum arbitratur. a) καὶ μὴ παύσαιτο] „μὴ παύσαιτο τούτου, sine καὶ P." Similiter Gorl. μὴ παύσαιτο τούτου. Laborat adhuc locus, cui sic mederi conatus *Marcil.* καὶ μὴ παῦσαι φθονεῖν τοῖς ἀρίστοις.

mis quibusque invidere. Sed feliciter. Cras judicabimus vos quidem discedite nunc reliquas.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ

p. 836.

ΗΤΟΙ ΟΤΙ ΤΕΧΝΗ Η ΠΑΡΑΣΙΤΙΚΗ.

ARGUMENTUM.

Dialogus hic est, in quo ad exemplum Socratis Platonici Simo parasitus satis festive demonstrat, artem, quam ipse profiteatur, parasiticam vere esse artem, i. e. systema perceptionum consentientium et coëxercitatarum ad finem vitae utilem; argumenta autem petit tum ex ipsa natura tum e fine parasiticae. Deinde ostendit hanc artem optimam esse ac praestantissimam omnium et singularum; idque efficitur potissimum comparatis aliis disciplinis, maxime philosophia et rhetorica. Denique probat honestam esse eandem, innoxiam aliisque vel maxime commodam et utilem.

ΤΥΧΙΑΔΗΣ ΚΑΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΣ.

ΤΥΧ. Τί ποτε ἄρα, ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ ἐλεύθεροι καὶ δοῦλοι, τέχνην ἕκαστός τινα ἐπίστανται, δι' ἧς αὐτοῖς α) τέ εἰσι καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι· σὺ δέ, ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχεις, δι' οὗ ἄν τι ἢ αὐτὸς ἀπόναιο, ἢ ἄλλῳ μεταδῴης b); 1

a) αὐτοῖς] Sic Gorl. pro vulg. ἑαυτοῖς. b) μεταδῴης] Sic *Schm.* e 3011. et Gorl. pro vulg. μεταδοίης. Vid. ad Hermot. c. 19. Tom. IV. p. 397.

DE PARASITO

SIVE ARTEM ESSE PARASITICAM.

TYCHIADES ET PARASITUS.

Tych. Quid tandem igitur est, Simo, quod alii homines, liberi pariter ac servi, artem unusquisque aliquam norunt, per quam et sibi et alii utiles; tu vero, ut videtur, opus habes nullum, unde vel ipse fructum capias, vel alii quidquam impertias?

p. 836. *ΠΑΡ. Πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς, ὦ Τυχιάδη, οὐδέπω οἶδα. πειρῶ δὴ σαφέστερον ἐρωτᾶν.*

ΤΥΧ. Ἔστιν ἣν τινα τυγχάνεις ἐπιστάμενος τέχνην, οἷον μουσικήν;

ΠΑΡ. Μὰ Δία.

ΤΥΧ. Τί δὲ, ἰατρικήν;

ΠΑΡ. Οὐδὲ c) ταύτην.

ΤΥΧ. Ἀλλὰ γεωμετρίαν;

ΠΑΡ. Οὐδαμῶς

ΤΥΧ. Τί δὲ, ῥητορικήν; φιλοσοφίας μὲν γὰρ τοσοῦτον ἀπέχεις, ὅσον καὶ ἡ κακία.

p. 837. *ΠΑΡ Ἐγὼ μὲν, εἰ οἷόν τε εἶναι d), καὶ πλεῖον. ὥστε μὴ δόκει e) ταῦτο καθάπερ ἀγνοοῦντι ὀνειδίσαι· φημὶ γὰρ κακὸς εἶναι, καὶ χείρων ἢ σὺ δοκεῖς.*

ΤΥΧ. Ναί. ἀλλὰ ταύτας μὲν ἴσως τὰς τέχνας οὐκ ἐξέμαθες διὰ μέγεθος αὐτῶν καὶ δυσκολίαν· τῶν δὲ δημοτικῶν τινα f), τεκτονικὴν, ἢ σκυτοτομικήν; καὶ γὰρ οὐδὲ

c) *οὐδὲ*] Olim *οὐδέπω*. Correxi e Gorl. d) *εἶναι*] plane inducendum putat *Fritzsch.* Quaest. p. 160. aut scribendum *εἴη*. Aliud sane est Catapl. c. 11. ubi vid. not. Tom. III. p. 608. e) *δόκει*] „*δοκεῖν* P. minus recte. Nil a vulgata abit *Fl.*“ *Δοκεῖ* B. ō. et *Schol.* in prioribus nostra Edd. f) *τινα*] Sic melius, spero, scripsi pro vulg. *τίνα*. Sonat sic etiam interpretatio Latina.

Par. Quid sibi haec tua, Tychiade, interrogatio velit, nondum intelligo. Stude ergo interrogare apertius.

Tych. Estne ars, quam tu forte noris? verbi caussa Musicam?

Par. Non, per Jovem.

Tych. Quid vero, Medicinam?

Par. Neque hanc.

Tych. Sed Geometriam?

Par. Nequaquam.

Tych. Quid igitur? Rhetoricen? A Philosophia enim tantundem abes, quantum abest pravitas.

Par. Equidem si fieri posset, longius etiam *abesse optem*. Itaque noli putare, te hoc mihi objicere tanquam ignoranti. Ajo enim malum me esse, et pejorem etiam, quam tu putes.

Tych. Sit ita. Verum has forte artes non didicisti propter magnitudinem illarum ac difficultatem; sed popularium unam, fabrilem, aut cerdoniam? Neque enim

τἄλλα οὕτως ἔχει σοι g), ὡς μὴ καὶ τοιαύτης ἂν δεηθῆναι τέχνης. p. 857.

ΠΑΡ. Ὀρθῶς λέγεις, ὦ Τυχιάδη· οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδεμιᾶς ἐπιστήμων εἰμί.

ΤΥΧ. Τίνος οὖν ἑτέρας;

ΠΑΡ. Τίνος; ὡς ἐγὼ οἶμαι, γενναίας· ἣν εἰ μάθοις, καὶ σὲ ἐπαινέσειν οἶμαι. ἔργῳ μὲν οὖν κατορθοῦν φημι ἤδη, εἰ δὲ καὶ h) λόγῳ, οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

ΤΥΧ. Τίνα ταύτην;

ΠΑΡ. Οὔπω μοι δοκῶ τοὺς περὶ ταύτην ἐκμεμελετηκέναι λόγους. ὥστε ὅτι τέχνην μέν τινα ἐπίσταμαι, ὑπάρχει ἤδη σοι γιγνώσκειν, καὶ μὴ διὰ τοῦτο χαλεπῶς μοι ἔχειν· ἣν τινα δὲ, αὖθις ἀκούσῃ.

ΤΥΧ. Ἀλλ' οὐκ ἀνέξομαι.

ΠΑΡ. Τό γε i) τῆς τέχνης παράδοξον k) ἴσως φανεῖταί σοι ἀκούσαντι.

g) ἔχει σοι] „ἔχοιμι *Par.* male. Ἔχωμι ὡς (i. e. idem quod in *Par.*) P. Ἔχει οοι recte Edd. *Fl* J. etc." h) ὅτε καὶ] Sic *Fl.* et Gorl. commate, nisi fallor, quod jam necessarium erat, post λόγῳ posito. Nam vulgo haec sic legebantur: εἰ καὶ σοὶ λόγῳ οὐκ ἴχω εἰπεῖν. Exercitationi et usui artis (τῷ ἔργῳ) opponitur disciplina ejusdem (λόγος) quae rationibus ac praeceptis (mox dicuntur οἱ λόγοι) continentur. In sequentibus correxi versionem verborum καὶ μὴ — ἔχειν, *nec eam ob causam in difficultate me versari*, quam eandem etiam a *Fritzschio* video castigari Quaestst Luciann. p. 132. qui optime explicat et illustrat hanc loquendi rationem. i) Τό γε] „τότε male *Fl.*" k) παράδοξον] „ὄνομα *Marcil.* Non comparet

alioquin res tuae ita habent, ut tali arte non indigeas.

Par. Recte istuc, Tychiade: neque enim harum ullius peritus sum.

Tych. Cujus igitur alterius?

Par. Cujus? Praeclare, ut ego puto: quam si didiceris, te quoque laudaturum arbitror. Re quidem ipsa recte in illa me jam versari ajo; an vero etiam cum ratione, non habeo dicere.

Tych. Quam ergo?

Par. Nondum videor mihi praecepta illius satis esse meditatus. Itaque artem me aliquam scire, nunc tibi licet cognoscere neque propterea mihi succensere. Quam vero *artem sciam*, alias audies.

Tych. Sed *moram* non sustinebo.

Par. Novum tibi et mirum forte quiddam videbitur, cum audies, ars ista.

p. 837. *ΤΥΧ.* *Καὶ μὴν διὰ τοῦτο σπουδάζω μαθεῖν.*

ΠΑΡ. *Εἰσαῦθις, ὦ Τυχιάδη.*

ΤΥΧ. *Μηδαμῶς, ἀλλ' ἤδη λέγε, εἰ μήπερ ἄρα αἰσχύνῃ.*

ΠΑΡ. *Ἡ Παρασιτική.*

2 *ΤΥΧ.* *Κἆτα εἰ μή μαίνοιτό τις, ὦ Σίμων, τέχνην ταύτην l) φαίη ἄν;*

ΠΑΡ. *Ἔγωγε· εἰ δέ σοι μαίνεσθαι δοκῶ, τοῦ μηδε-*
p. 838. *μίαν m) ἄλλην ἐπίστασθαι τέχνην αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι τὴν μανίαν n) δόκει, καὶ με τῶν ἐγκλημάτων ἤδη ἀφήσεις o). φασὶ γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην τὰ μὲν ἄλλα χαλεπὴν εἶναι τοῖς ἔχουσι, παραιτεῖσθαι δὲ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοὺς, ὥσπερ διδάσκαλον ἢ παιδαγωγὸν p) τούτων ἀναδεχομένην εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας.*

ΤΥΧ. *Οὐκοῦν, ὦ Σίμων, ἡ παρασιτικὴ τέχνη ἐστί;*

ΠΑΡ. *Τέχνη γάρ. κἀγὼ ταύτης δημιουργός.*

ΤΥΧ. *Καὶ σὺ ἄρα παράσιτος;*

in Edd. neque Codd." l) *ταύτην*] „abest a *Fl.*" m) *μηδεμίαν*] „Ita *Par. Μὴ δὲ μίαν* J. *Fl. Hag. Bas. Fr. Ald. Salm.*" n) *τὴν μανίαν*] „Nihil mutant Edd." Scilicet *Marcilius* voluerat *τῆς μανίας*. o) *ἀφήσεις*] Sic *Fl.* pro vulg. *ἀφίει*, quod etiam in Cod. P. esse traduut. Sed *ἀφίεις* marg. A. 1. quod proprius ad Florentinam lectionem, quam ad vulgatam, accedere videtur, p) *παιδαγωγὸν*] „*πατέρα* P."

Tych. Atqui eam ipsam ob caussam cupio discere.

Par. Alias, Tychiade.

Tych. Nequaquam; sed nunc dicito, nisi tamen pudore impediris.

Par. Parasitica.

Tych. Tum aliquis, qui non idem insaniat, hanc artem dixerit?

Par. Ego nimirum. Si vero insanire tibi videar, *at tu etiam* insaniam illam in caussa esse putato, quod aliam nullam artem novi, et criminibus me jam absolves. Ajunt enim, Deam illam, *Insaniam*, gravem caeteroquin esse habentibus, sed excusare illorum peccata, quorum caussas, magistri aut paedagogi instar, in se recipiat.

Tych. Igitur, Simon, Parasitica ars est?

Par. Ars quippe. Et ego illius auctor.

Tych. Et tu Parasitus ergo?

ΠΑΡ. Πάνυ ὠνείδισας q), *ὦ Τυχιάδη.* p. 838.

ΤΥΧ. Ἀλλ' οὐκ ἐρυθριᾷς, παράσιτον σαυτὸν ἀποκαλῶν r);

ΠΑΡ. Οὐδαμῶς, αἰσχυνοίμην γὰρ ἄν, εἰ μὴ λέγοιμι.

ΤΥΧ. Καὶ νὴ Δία, ὁπόταν σε βουλώμεθα γνωρίζειν τῶν οὐκ ἐπισταμένων τῳ s), *ἅτε χρήζοι μαθεῖν, ὁ παράσιτος δηλανότι φήσομεν;*

ΠΑΡ. Πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες t) *ἐμέ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν* u). *χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ οὐδέν τι ἧττον, ἢ Φειδίας ἔχαιρε τῷ Διΐ.* p. 839.

ΤΥΧ. Καὶ μὴν ἐκεῖνό μοι σκοπούμενοι πρόωσται x) *γέλως πάμπολυς* y).

ΠΑΡ. Τὸ ποῖον;

ΤΥΧ. Εἰ z) *ταῖς ἐπιστολαῖς ἄνωθεν, ὥςπερ ἔθος, ἐπιγράφοιμεν, Σίμωνι παρασίτῳ.*

q) *Πάνυ ὠνείδισας*] *Πάνυ ὀρθῶς ὠνόμασας* conj. *Seager.* Diar. Class. N. 36. a. 1818. p. 318. male, judice etiam *Fritzschio* Quaestat p. 87. qui recte cum Scholiaste facit, ironicumque vocis *πάνυ* usum satis bene illustrat. r) *ἀποκαλῶν*] Sic marg. A. 1. W. P. Gorl. 3011. probante *Belino* pro vulg. *καλῶν.* s) *τῳ*] „Sic dedi ex *Fl. Τῷ* cett." excepta tamen *Ald.* 1. Deinceps *εἴ τε* mallet *Bel.* et *ὅ, τε* perperam dedit *Schm.* In B. 1. et 3. autem est *χρῄζει.* t) *τοῦτο λέγοντες*] „*λέγοντες τοῦτο Fl.* u) *ἀγαλματοποιόν*] *χαρίσαισθε ἄν* addendum conj. *Jens. τιμήσετε*, aut simile, *Guyet.* At vid. Adnot. x) *πρόωσται*] Sic scripsi e conj. *Jacobsii* pro vulg. *προοῖσται.* y) *πάμπολυς*] *πολύς* 3011. z) *Εἰ*] *εἰξέσαι* 3011. et Gorl. quod *Belinus* mendose scriptum putat pro *εἴ γέ σοι*, ego, si liceat conjicere, potius pro: *Τί γὰρ, εἰ* etc. Sed nolo tamen

Par. Egregie vero maledixisti.

Tych. Sed non erubescis, cum Parasitum te vocas?

Par. Nequaquam: sed si non ita me vocarem, erubescerem.

Tych. Et, per Jovem, si designare te velimus eorum alicui, qui te non norunt, isque cupiat nosse; nempe dicemus, Parasitus?

Par. Multo magis *designaveritis* istuc dicentes, quam *si* Phidiam *vocetis* statuarium. Nec minus enim ego hac arte, quam suo ille Jove, gaudeo.

Tych. Atqui illud mihi consideranti multus erupit risus.

Par. Quid?

Tych. Si epistolis in summo, uti moris est, inscribamus, *Simoni Parasito.*

p. 839. *ΠΑΡ.* Καὶ μὴν ἂν ἐμοὶ μᾶλλον χαρίζοιο, ἢ Δίωνι *a*) ἐπιγράφων φιλοσόφῳ.

3 *ΤΥΧ.* Ἀλλὰ σὺ μὲν ὅπως χαίρεις καλούμενος, οὐδὲν ἢ μικρόν μοι μέλει· σκοπεῖν δὲ δεῖ καὶ τὴν ἄλλην ἀτοπίαν.

ΠΑΡ. Τίνα μήν;

ΤΥΧ. Εἰ καὶ ταύτην ταῖς ἄλλαις τέχναις ἐγκαταλέξομεν. ὥστε, ἐπειδὰν πυνθάκηταί τις, ὁποία *b*) τις αὕτη τέχνη ἐστί; λέγειν, (οἷον γραμματικὴ, ἰατρικὴ,) παρασιτική.

ΠΑΡ. Ἐγὼ μὲν, ὦ Τυχιάδη, πολὺ μᾶλλον ταύτην, ἤ τινα ἑτέραν τέχνην φαίην ἄν· εἰ δέ σοι φίλον ἀκούειν,

p. 840. καὶ ὅπως οἴομαι, λέγοιμι ἄν, καίπερ οὐ παντάπασιν ὢν *c*), ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἐπὶ τούτῳ παρεσκευασμένος.

ΤΥΧ. Οὐδὲν *d*), εἰ καὶ σμικρὰ λέγοις, ἀληθῆ δὲ, διοίσει.

hujus Sphingis haberi interpres, quae certe documento esse potest, maximum Codicis 3011. et Gorl. esse consensum, ut maxime sit probabile, vel unum ex altero, vel utrumque ex eodem fonte manasse. a) *Δίωνι*] *Διονυσίῳ* conj. *Solan.* b) *ὁποία*] Sic correxi vulgatum vitium *ὁποῖά*. ut saepius alibi. c) *ὢν*] „*ὅμως ὢν Fl.*“ d) *Οὐδὲν*] Sic *Solanus* rescripsit ex *Fr. Οὐθὲν* erat in cett. Personas *ΤΥΧ.* et *ΠΑΡ. Fl.* hic omisit, ab *οὐθὲν* novam periodum incipiens “. Omisit easdem personarum notas etiam Gorl. Tanto facilius *οὐδὲν*, quod vulgo cum antecedentibus jungebatur plane otiosa illud, vel potius inepta, ratione, ad sequentia, quo haud dubie pertinet, referri potuit. Verba autem Tychiadae, quae antea mutilata et corrupta sic legebantur: *Εἰ καὶ σμικρὰ δὲ τοῖς ἀληθέσι διοίσει*, cum *Jacobsio* Codicum ope ad maxime probabilem rationem revocavi. Pro vulg. enim *δὲ τοῖς* leguut *δέ τοι* 3011. et 2954. *δέοι* P. *δὲ* simpliciter Gorl. Pro *ἀληθέσι* autem *ἀληθῆ δὲ οὖ* P. *ἀληθῆ δὲ* Gorl. et *ἀληθῆ* Paris. *Gesnerus*, in vulgatis ac-

Par. Atqui gratius hoc modo mihi feceris, quam si *Dioni* inscribas, *Philosopho.*

Tych. Verum tu quomodo vocari gaudeas, nihil aut parum curo. Sed videnda etiam absurda reliqua.

Par. Quae ergo?

Tych. An hanc etiam in reliquarum artium numero ponemus? ut, cum interrogaverit aliquis, Qualis haec ars sit, respondeatur, (sicut Grammatica, Medicina,) Parasitica.

Par. Equidem, Tychiade, multo hanc magis, quam ullam aliam, artem dixerim. Si vero audire tibi placet, quomodo istud ita putem, dixero, licet non omnino, ut modo dicebam, ad hoc paratus.

Tych. Etsi pauca dicas, modo vera, nihil interierit.

ΠΑΡ. *Ἴθι* e) *δὴ πρῶτον περὶ τῆς τέχνης, εἴ σοι δο-* p. 840.
κεῖ, ἥτις ποτὲ f) *οὖσα τυγχάνει τῷ γένει, σκοπῶμεν. οὕτωσὶ γὰρ ἐπακολουθήσαιμεν ἂν καὶ ταῖς κατ' εἶδος τέχναις, εἴπερ ἄρα ὀρθῶς μετέχοιεν* g) *αὐτῆς.*

ΤΥΧ. *Τί ποτ' οὖν ἐστι τέχνη; ὡς ἐπίστασαι* h).

ΠΑΡ. *Πάνυ μὲν οὖν.*

ΤΥΧ. *Μὴ τοίνυν ὄκνει* i) *λέγειν αὐτὴν, εἴπερ οἶσθα.*

ΠΑΡ. *Τέχνη ἐστὶν, ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω, σοφοῦ τι-* 4
νος ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων k) *ἐγγεγυμνασμένων* p. 841.
πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.

ΤΥΧ. *Ὀρθῶς ἐκείνου γε εἰπόντος* l), *οὕτως ἀπεμνημόνευσας.*

ΠΑΡ. *Εἰ δὲ μετέχοι* m) *τούτων ἁπάντων ἡ παρασιτικὴ, τί ἂν ἄλλο ἢ καὶ αὐτὴ τέχνη εἴη* n);

quiescens, pro εἰ καὶ tamen εἰπὲ conj. et reddidit. *Solanus* conj. εἰ καὶ σμ. δὲ ἀληθῆ δὲ, οὐδὲν διοίσει. *Belinus*: εἰ καὶ σμ. δ' εἴποις, ἀληθῆ δὲ διοίσει. Huic assentitur *Schmiederus*, nisi quod οὐδὲν praefigendum censet. e) *Ἴθι*] „*Ἴσθι* male J." ποτὲ] δὲ Gorl. g) *μετέχοιεν*] Certissimam hanc *Gesneri* conjecturam pro vulg. *μετέχοιμεν*, quod ferri nullo modo poterat, non dubitavi recipere. h) *ὡς ἐπίστασαι*] „*Pell.* An σύ; Nil mutant *Fl. Fr* J. etc." *Εἰ* pro *ὡς* mallet *Solan.* In Gorl. legitur: *Τί ποτ' οὖν ἐστὶν ἡ τέχνη, λέγε πάνυ ὡς ἐπ.* in quibus vera lectio latere videtur. Nunc certe cum *Seagero* placuit distinctionem, sic olim positam: — *τέχνη, ὡς ἐπίστασαι;* ad eam rationem revocare, quam jam *Gesnerus* in versione secutus erat. i) *ὄκνει*] „*Ὤκνει* Edd. antea male." k) *ἐκ καταλήψεων*] „restitutum ex *Fl.* quae quidem junctim ἐκκαταλ. Discretim *Salm.* et marg. A. 1. W. *Ἐγκαταλήψεων* Edd vulgo male. *Ἐκ καταλήψεως συγγενομένων* G." l) *ἐκείνου γε εἰπόντος*] „*ἐκεῖνό γε εἰπὼν Fl.*" et Gorl. m) *μετέχοι*] *μετέχει* Soll. n) *εἴη*] *ἂν εἴη* Gorl.

Par. Age ergo, primum de arte, si tibi videtur, quae tandem sit genere, videamus. Sic enim assequamur forte etiam artes speciatim: si quidem recte illius participes sint.

Tych. Quid tandem ergo est ars? Nam scis *videlicet.*

Par. Omnino equidem *scio.*

Tych. Noli ergo cunctari eam dicere, si quidem nosti.

Par. *Ars*, ut memini ex homine docto audire, *constat ex perceptionibus consentientibus et coexercitatis ad finem vitae utilem.*

Tych. Ita, ut recte ille dixit, retulisti.

Par. Si vero omnia haec conveniant in Parasiticam; quid aliud ipsa quoque, quam ars, sit?

p. 841. *ΤΥΧ.* *Τέχνη γὰρ, εἴπερ οὕτως ἔχοι* o).

ΠΑΡ. *Φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς* p) *τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικὴν, εἰ συνάδει, σκοπῶμεν,*
p. 842. *καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος, ἀλλὰ μὴ* q) *καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι, μὴ σαθρὸν* r) *ἀποφθέγγηται* s). *δεῖ τοίνυν εἶναι καὶ ταύτην ὥςπερ* t) *καὶ πᾶσαν τέχνην, σύστημα ἐκ καταλήψεων* u). *πρῶτον μὲν τὸ δοκιμάζειν, καὶ διακρίνειν ὅστις ἂν ἐπιτήδειος γένοιτο τρέφειν αὐτόν* x. *καὶ ὅτῳ* y) *παρασιτεῖν ἀρξάμενος, οὐκ ἂν μεταγνοίη* z). *ἢ τὸν μὲν ἀργυρογνώμονα τέχνην τινὰ φήσομεν ἔχειν, εἴπερ* a) *ἐπίσταιτο διαγιγνώσκειν τά τε κίβδηλα τῶν νομισμάτων, καὶ τὰ μή· τοῦτον* b) *δὲ ἄνευ τέχνης διακρίνειν τούς τε κιβδήλους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ ταῦτα,*

o) *ἔχοι*] ἔχει 3011. p) *τῆς*] „abest a *Fl.*“ q) *ἀλλὰ μὴ*] desunt in *Fl.* et 3011. r) *σαθρὸν*] „σαπρὸν Edd. priores.“ Quod *Gesnerus* secutus est et *Reitzius* recentioresque. Edd. admiserunt, conjecerat sic *Casaubon.* ad *Pers.* III, 21. s) *ἀποφθέγγηται*] „ἀποφθέγγωται marg. A. 1. et *Fl.* male.“ Sic etiam 3011. Totum locum *Fritzschius* Quaestst. p. 154. sic suspicatur legendum: *λόγος, μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι σαπρὸν ἀποφθέγγονται.* t) *εἶναι καὶ ταύτην ὥςπερ*] desunt in 3011. u) *ἐκκαταλήψεων*] „Sic *Salm.* et *Amst.* Ἐγκαταλήψεων cett. et P. Ἐγκαταλήψεως *Fl.*“ x) *αὐτόν*] Sic B. 3. *Reitz.* et recentt. Αὐτόν A. 1. 2. B. 1. minus bene. y) *ὅτῳ*] „recepi ex P. L. Οὕτω cett. Sed mox ὅτῳ eadem recte.“ z) *μεταγνοίη*] *μεταγνοῖοι Reitz.* et pleraeque vett. Sed *μεταγνοίη* Codd. 3011. Gorl. et Edd. *Salm. Amst. Bip. Schm.* probante *Bel.* a) *εἴπερ*] „ἥπερ vult *Marcil.* Sed prius Edd.“ b) *τοῦτον*] „Nil mutant *Coll.* et *Fl.*“ *Olei, pensés-tu?* subaudit *Bel.* Rectius *φήσομεν* mente repetetur.

Tych. Ars enimvero, si quidem res ita se habeat.

Par. Age ergo singulatim artis formis applicantes Parasiticam, an conveniat ratio illius, videamus, nec, ut vitiosae cum pulsantur testae, maligne respondeat. Oportet ergo hanc, ut unamquamque artem, compagem esse rerum certo perceptarum. Primum quidem est explorare ac discernere, quis idoneus sit ad se nutriendum, quemque cum parasitus esse coeperit, non poeniteat. Nisi forte nummularium habere artem quandam dicemus, si dignoscere sciat adulterina numismata ab his, quae non sunt *talia;* hunc autem sine arte dignoscere fallaces homines a bonis: idque cum non, ve-

οὐχ ὥςπερ c) τῶν νομισμάτων, καὶ τῶν ἀνθρώπων μὴ d) p. 842.
φανερῶν εὐθὺς ὄντων; αὐτὰ μέντοι ταῦτα καὶ ὁ σοφὸς
Εὐριπίδης καταμέμφεται, λέγων·

Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι e), *Eurip.*
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι. *Med.*
v. 515.

ᾧ δὴ καὶ μείζων ἡ τοῦ παρασίτου τέχνη, ἤγε f) καὶ τὰ Matth.
οὕτως ἄδηλα καὶ ἀφανῆ, μᾶλλον τῆς μαντικῆς γνωρίζει τε p. 843.
καὶ οἶδε. Τὸ δέ γε ἐπίστασθαι λόγους λέγειν ἐπιτηδείους, 5
καὶ πράγματα πράττειν, δι' ὧν οἰκειώσεται, καὶ εὐνούστατον ἑαυτὸν τῷ τρέφοντι ἀποδείξει, ἆρ' οὐ συνέσεως καὶ καταλήψεως ἐρρωμένης εἶναί σοι δοκεῖ;

TYX. Καὶ μάλα.

ΠΑΡ. Τὸ δέ γε ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν αὐταῖς, ὅπως παντὸς g) ἀπέλθοι h) πλέον ἔχων, καὶ παρευδοκιμῶν τοὺς μὴ τὴν αὐτὴν αὐτῷ κεκτημένους τέχνην, ἄνευ τινὸς λόγου καὶ σοφίας πλάττεσθαι i) οἴει;

c) *οὐχ ὥςπερ*] Sic conj. *Marcil.* Vulgo aberat negatio, quam praeeunte *Solano* restituimus. Vid. Adnot. d) *μὴ*] „Hoc habent Ms. Angl. et *Par.* Abest in Edd. cett.“ e) *διειδέναι*] „*διειέναι* male *Fl.* Vulgatum tuetur P.“ f) *ἤγε*] Vulgo erat *τέχνη πέφυκεν, εἴ γε.* Sed Gorl. omittit *πέφυκεν*, quod haud dubie e superiore versu huc aberravit, et habet *ἤ γε* pro *εἴ γε.* g) *παντὸς*] „Nihil mutare *Fl.* adscripsit *Solanus.* h) *ἀπέλθοι*] Sic Gorl. et 3011. pro vulg. *ἀπέλθῃ.* i) *πλάττεσθαι*] „Nihil mutant Edd. *Πράττεσθαι* legit *Gesner.*“

lut nummi, sic homines aperti statim sint. Verum id ipsum accusat etiam vir sapiens Euripides, dicens:

In qua virum queas malum dignoscere,
Innata nulla corpori certa est nota.

Unde etiam natura major Parasiti ars est, quae quidem res quoque obscuras adeo, et minime manifestas, magis quam divinatio, intelligit ac novit. Scire vero dicere ac facere idonea, quibus in familiaritatem perveniat, et benevolentissimum se alenti ostendat, nonne intelligentiae, et robustae ad percipiendum facultatis esse tibi videtur?

Tych. Omnino.

Par. Ut vero in ipsis coenis meliori quam quisquam conditione discedat aliquis, et jucundior conviva habeatur illis, qui non eandem, quam ipse, artem habent, idne sine ratione ac sapientia putas effici?

p. 843. *ΤΥΧ.* Οὐδαμῶς.

ΠΑΡ. Τί *k)* δὲ, τὸ ἐπίστασθαι τὰς ἀρετὰς καὶ κακίας τῶν ὄψων καὶ τῶν σιτίων, πολυπραγμοσύνην *l)* ἀτέχνου τινὸς εἶναί σοι δοκεῖ; καὶ ταῦτα, τοῦ γενναιοτάτου *Plat.* Πλάτωνος οὕτωσὶ λέγοντος, Τοῦ μέλλοντος ἑστιάσεσθαι *m)* Theaet. μὴ μαγειρικοῦ ὄντος, ἀκεναζομένης θοίνης ἀκυροτέρα ἡ Ed. Stallb. κρίσις. Ὅτι γε μὴν οὐκ ἐκ καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ συν- Tom. I. γεγυμνασμένης ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μάθοις ἂν ἐνθένδε ῥα- p. 233. p. 814. δίως. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν καταλήψεις καὶ ἡμέ- 6 ρας, καὶ νύκτας, καὶ μῆνας, καὶ ἐνιαυτοὺς πολλάκις ἀσυγ- γύμναστοι μένουσι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπόλλυνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις *n)* αἱ τέχναι· αἱ δὲ τοῦ παρασίτου καταλή- ψεις, εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἶεν *o)* ἐν γυμνασίῳ, ἀπολλῦσιν *p)* οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν *q)* τέχνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνί- 7 την. Τό γε μὴν, πρὸς τὶ τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ, μὴ καὶ *r)*

k) *Τί*] Τὸ Gorl. l) *πολυπραγμοσύνην*] Hunc locum sic distinctum praebet B. 3. τὰς ἀρετὰς καὶ κακίας τῶν ὄψων, καὶ τῶν σιτίων πολυπραγμοσύνην, ἀτέχνου etc. errore manifesto. Vide tamen, an scripserit auctor: πολυπραγμοσύνης ἀτέχνου τινὸς etc. m) *ἑστιάσεσθαι*] „ἑστιᾶσθαι Exc. *Fl.* Sed prius cett. cum P. et *Plat.* l. d.“ n) *ταῖς κεκτημένοις*] „τοὺς κεκτημένους Exc. *Fl.* Sed reliquae cum P. prius praeferunt.“ o) *εἶεν*] Sic e conj. *Guyet.* quam confirmatam Codd. 3011. et Gorl. probante *Belino* recepit *Schm.* pro vulg. εἴη. p) *ἀπολλῦσιν*] Vulg. ἀπόλλυσιν. Conjecerant *Guyet.* ἀπολλύουσιν, *Bel.* ἀπόλλυνται inscite, unice vere *Reitz.* sic, uti cum *Schm.* et nos edidimus. q) *τὴν*] „Abest articulus a *Fl.* r) *καὶ*] *ἂν* mallet *Bel.* hoc necessarium ratus ad expellendum soloecismum, illud se capere negans.

Tych. Minime vero.

Par. Quid vero, nosse virtutes et vitia obsoniorum ciborumque, curiositatem inertis viri esse, tibi videtur? idque cum generosissimus Plato sic dicat: *Si is, qui epulaturus est, coquinariae non sit peritus, paratae coenae minus firmum judicium.* Esse autem non *ex perceptione* modo, sed *coëxercitatam* etiam Parasiticam, ex his facile discas. Nam aliarum perceptiones artium et dies, et noctes, et menses, et annos saepe sic durant, ut non simul exerceantur; et tamen non pereunt apud eos, qui ipsas habent: at Parasiti perceptiones, nisi quotidie sint in sua palaestra, perdunt non solum, puto, artem, sed ipsum etiam artificem. De illo vero, *ad finem vitae utilem*, nonne

μανίας εἴη ζητεῖν; ἐγὼ γὰρ τοῦ φαγεῖν καὶ τοῦ πιεῖν οὐ- p. 844.
δὲν εὐχρηστότερον εὑρίσκω ἐν τῷ βίῳ ὄν, οὐδὲ ζῆν γε ἄνευ τούτου ἐστί s).

TYX. Πάνυ μὲν οὖν.

ΠΑΡ. Καὶ μὴν οὐδὲ τοιοῦτόν τι ἐστὶν ἡ παρασιτι- 8
κὴ, ὁποῖον τὸ κάλλος, καὶ ἡ ἰσχὺς, ὥστε τέχνην μὲν μὴ
δοκεῖν αὐτὴν, δύναμιν δέ τινα τοιαύτην. p. 845.

TYX. Ἀληθῆ λέγεις.

ΠΑΡ. Ἀλλὰ μέντοι οὐδὲ ἀτεχνία ἐστίν. ἡ γὰρ ἀτε-
χνία οὐδέποτε οὐδὲν κατορθοῖ τῷ κεκτημένῳ. φέρε γὰρ, εἰ
ἐπιτρέψας τις ἑαυτῷ t) ναῦν ἐν θαλάττῃ καὶ χειμῶνι u),
μὴ ἐπισταμένος κυβερνᾶν, σωθείη ἄν;

TYX. Οὐχ οὕτω x).

ΠΑΡ. Τί δή ποτε, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἧς δυ-
νήσεται y) σώζειν ἑαυτόν;

TYX. Καὶ μάλα.

s) *οὐδὲ ζῆν γε ἄνευ τούτου ἐστί.*] „ὧν οὐδὲ ζῆν γε ἄνευ ἐστί. *Fl.* Pro *ὄν* etiam *ὧν* marg. A. 1. W.“ t) *τις ἑαυτῷ*] Vulgo *σὺ σεαυτῷ*, et mox *σωθείης ἄν*. Restitui locum auctore Gorl. cum quo etiam Codex 3011. facere videtur, qui teste *Belino* τις habent pro *σύ*. u) *χειμῶνι*] *χειμῶνος* 3011. x) *Οὐχ οὕτω*] „*Οὐδ' οὕτος* male *Fl.*“ *Οὐδ' οὕτω* 3011. Conjicias forsan secundum Florentinae lectionem scribendum: *Οὐχ οὕτως*. Sed vid. ad Hermot. c. 27. Tom. IV. p. 49. y) *δυνήσεται*] Emendaverat *Gesn.* quem *Reitzius* et recentt. secuti sunt, *δυνήσεται*. Nos vero servavimus, ut oportebat, veterem et unice probam lectionem, a qua sola *Junt.* paullulum recedit, exhibens per errorem *συνήσεται*.

insanum fuerit quaerere? Ego enim nihil in vita utilius invenio, quam edere et bibere: ac ne vivere quidem absque illo licet.

Tych. Sic est sane.

Par. Verum nec ex illo genere est Parasitica, qualis forma et robur, ut ars non videatur, sed talis facultas.

Tych. Vera dicis.

Par. Sed neque inertia est. Inertia enim nunquam quidquam recte peragit ei, qui illam habet. Age enim, si quis sibi committat in mari ac tempestate navim, gubernandi imperitus, sperasne illum servatum iri?

Tych. Non ita.

Par. Quare tandem, nisi quod non habeat artem, qua servare se possit?

Tych. Sic est.

p. 845. *ΠΑΡ.* Οὐκοῦν καὶ z) παράσιτος ὑπὸ τῆς παρασιτικῆς, εἴπερ ἦν ἀτεχνία, οὐκ ἂν ἐσώζετο;

ΤΥΧ. Καὶ.

ΠΑΡ. Οὐκοῦν τέχνῃ σώζεται, ἀτεχνίᾳ δὲ οὔ;

ΤΥΧ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΠΑΡ. Τέχνη ἄρα a) ἐστὶν ἡ παρασιτική.

ΤΥΧ. Τέχνη, ὡς ἔοικε.

ΠΑΡ. Καὶ μὴν κυβερνήτας μὲν ἀγαθοὺς, καὶ ἡνιόχους τεχνίτας ἐκπεσόντας τῶν δίφρων οἶδα ἐγὼ πολλάκις, καὶ τοὺς μὲν ξυντριβέντας, τοὺς δὲ καὶ πάμπαν διαφθαρέντας· παρασίτου δὲ ναυάγιον οὐδὲ εἷς ἔχει b) τοιοῦτον εἰ-
p. 846. πεῖν. οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μήτε δύναμις, σύστημα δέ τι, καὶ ἐκ καταλήψεων c) γεγυμνασμένων, τέχνη δηλονότι διωμολόγηταί ἡμῖν d) αὐτῆς.

9 *ΤΥΧ.* Ὅσον ἐκ τούτου εἰκάζω· ἀλλ' ἐκεῖνο, ὅπως e) καὶ ὅρον ἡμῖν τινα γενναῖον ἀποδῷς f) τῆς παρασιτικῆς·

z) Οὐκοῦν καὶ] Οὐκοῦν ἄρα παρ. 3011. narrante *Bel.* Sed quum mox, referente quidem *Schmiedero*, in Gorl. legatur: Οὐκοῦν ἄρα τέχνῃ etc. alterutrum suspicor falso retulisse; in utrum vero haec suspicio cadat, tanto minus nunc curo, quum in neutro loco ἄρα admitti posse videatur. a) ἄρα] οὖν ἄρα 3011. b) ἔχει] Sic Gorl. et 3011. pro vulg. ἔχοι, pro quo *Bel.* etiam maluisset ἂν ἔχοι. c) ἐκ καταλήψεων] ἐκκατακαλ. junctim *Ald.* utraque. d) ἡμῖν] καὶ 3011. e) ὅπως] ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει δή, ὅπως 2954. *Bel. Schm.* Inserit σκόπει etiam *Schol.* Sed merito *Fritzschius* Quaestst. p. 31. pro interpretatione habet. f) ἀποδῷς] Subscripsi iota, prioribus omissum. Cf. δῷς Hermot. c. 74. Pro Imagg. c. 24. e. a.

Par. Ergo etiam a Parasitica non servaretur Parasitus, si ea inertia esset?

Tych. Nempe.

Par. Ergo arte servatur, inertia autem non?

Tych. Scilicet.

Par. Ars igitur est Parasitica.

Tych. Ars, ut videtur.

Par. Atqui gubernatores quidem bonos, et aurigas artifices sedibus ego novi saepe excussos, et contusos alteros, alteros autem omnino pereuntes: Parasiti vero naufragium tale nemo dicere potest. Ergo si neque inertia est Parasitica, neque facultas, sed corpus quoddam concinnatum e comprehensionibus exercitatis, artem nempe esse, inter nos hodie convenit?

Tych. Quantum ex istis colligo. Verum illud *superest*, ut etiam finitionem nobis bonam reddas Parasiticae.

ΠΑΡ. Ὀρθῶς σύ γε g) λέγων. δοκεῖ γὰρ δή μοι οὕ- p. 846.
τως ἂν μάλιστα διωρίσθαι, παρασιτικὴ ἐστι τέχνη ποτέων,
καὶ βρωτέων, καὶ τῶν διὰ ταῦτα λεκτέων, τέλος δὲ αὐτῆς
τὸ ἡδύ.

ΤΥΧ. Ὑπέρευγέ h) μοι δοκεῖς ὁρίσασθαι τὴν σεαυτοῦ
τέχνην. ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς ἑνίους τῶν φιλοσόφων
μάχη σοι περὶ τοῦ τέλους ᾖ.

ΠΑΡ. Καὶ μὴν ἀπόχρη γε, εἴπερ ἔσται τὸ αὐτὸ τέλος
εὐδαιμονίας καὶ παρασιτικῆς. Φανεῖται δὲ οὕτως. ὁ γὰρ 10
σοφὸς Ὅμηρος τὸν τοῦ παρασίτου βίον θαυμάζων, ὡς
ἄρα i) μακάριος καὶ ζηλωτὸς εἴη μόνος,

Οὐ γάρ ἔγωγέ τι φημὶ k) τέλος χαριέστερον εἶναι l), Hom.
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη m) μὲν ἔχῃ κάτα n) δῆμον ἅπαντα, Od. IX, 5.
— — παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι p. 847.
Σίτου καὶ κρειῶν o), μέθυ δ' ἐκ p) κρητῆρος ἀφύσσων.

g) *σύ γε*] „σὺ *Pl.*“ h) *Ὑπέρευγέ*] „Sic Edd. *Ὑπερ εὖ* adlevit *Solanus* non addens conjectura an varia lectio sit.“ i) *ἄρα*] *ἂν* mallet *Bel.* k) *φημὶ*] „Sic *Homer.* l. d. item P. et *Par. Φησὶ* male *Fl. Ald. Hag.*“ l) *εἶναι*] „Sic *Hom.* L. *Fl.* V. 2. et *Par. Ἔμμεναι* male cett. *φησὶ χαριέστερον ἔμμεναι ἄλλο* marg. A. 1.“ m) *εὐφροσύνη*] „*εὐφροσύνην* male Edd. omnes.“ n) *ἔχῃ κάτα*] Vulgo *ἔχῃ κατὰ*, quod *Guyetus* e quibusdam Edd. *Homeri* in *ἔχει κάτα* mutandum censuit. In altera voce nos facile summus obsecuti. o) *κρειῶν*] „*κρεῶν* Edd. quod corrigendum esse etiam *Guyetus* monuit. p) *δ' ἐκ*] „restitutum ex *Hom. Δὲ* Edd. omissa praepositione.“ Eundem errorem etiam in *Maximo Tyrio* Dissert. VII, 3. correxit *Reiskius*, respiciens hunc quoque *Luciani* locum.

Par. Recte tu illud postulas. Videtur enim mihi recte ita finiri: *Parasitica est ars esculentorum et poculentorum, atque propter ista dicendorum, finis autem illius voluptas.*

Tych. Pulcherrime definiisse mihi tuam artem videris. Sed illud dispice, ne cum philosophorum quibusdam pugna tibi sit de fine.

Par. Quin sufficit, modo sit idem finis felicitatis et Parasiticae. Apparebit autem ita. Saepiens enim Homerus, admiratus Parasiti vitam, beatam nempe et invidendam esse solam,

Non equidem finem potiorem ullum arbitror esse,
Quam si laetitiae populum tenor occupet omnem.
— — Si mensa exstructa sit alte
Pane ac carne, merumque cavis crateribus haustum

p. 847. *Οἰνοχόος φορείσω, καὶ ἐγχείῃ q) δεπάεσσι.*
καὶ ὡς οὐχ ἱκανῶς ταῦτα θαυμάζων, μᾶλλον τὴν αὐτοῦ γνώμην πωεῖ φανερωτέραν, εὖ λέγων . . .

Τοῦτο τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι,
οὐχ ἕτερόν τι ἐξ ὧν φησιν, ἢ τὸ παρασιτεῖν, εὐδαιμον νομίζων. καὶ μὴν r). οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀνδρὶ περιτέθεικε τούτους τοὺς λόγους, ἀλλὰ τῷ σοφωτάτῳ s) τῶν Ἑλλήνων t), καίτοι γε εἴπερ ἐβούλετο Ὀδυσσεὺς τὸ κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἐπαινεῖν τέλος, ἐδύνατο ταυτὶ λέγειν, ὅτε τὸν Φιλοκτήτην ἀνήγαγεν ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε τὸ Ἴλιον ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς u) Ἕλληνας φεύγοντας κατέσχεν, ὅτε εἰς Τροίαν εἰςῆλθεν, ἑαυτὸν μαστιγώσας, καὶ κακὰ καὶ Στωϊκὰ
p. 848. *ῥάκη ἐνδύς· ἀλλὰ τότε οὐκ εἶπε τοῦτο τέλος χαριέστερον· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ τῶν Ἐπικουρείων βίῳ γενόμενος αὖθις παρὰ τῇ Καλυψοῖ, ὅτε αὐτῷ ὑπῆρχεν ἐν ἀργίᾳ τε βιοτεύειν, καὶ τρυφᾶν, καὶ βινεῖν τὴν Ἄτλαντος θυγατέρα, καὶ κινεῖν πάσας τὰς λείας x) κινήσεις, οὐδέποτε y) εἶπε τοῦτο*

q) ἐγχείῃ] „ἐγχέῃ P.“ Sic etiam 2954. et Edd. B. 1. 3. r) *εὔδαιμον νομίζων. καὶ μὴν*] εὐδαιμονίζων. καὶ οὐ μὴν Gorl. s) *σοφωτάτῳ*] „φιλοσοφωτάτῳ P.“ Sic etiam 2954. t) Ἑλλήνων] „Sic L. *Par. Hag.* Ὅλων cett. et P. *Λόγων Fl.* et marg. A. 1.“ u) τοὺς] „Articulo caret *Fl.*“ x) λείας] „τελείας marg. A. 1. et L. Nil mutant Edd.“ Τελείας etiam 2954. y) οὐδέποτε] οὐδὲ τότε conj. *Fritzsch.* Quaestst. p. 77. ad modum probabiliter.

Circum omnes pincerna ferat, cyathisque ministret.

Et quasi non satis illa admiratus esset, suam ipsius sententiam manifestiorem reddit, bene dicens:

Haec nostro nobis pulcherrima corde videntur:

nihil aliud, quantum dicit, beatum putans, quam parasitari. Ac non vulgari viro illos sermones tribuit, sed Graecorum sapientissimo. Atqui si voluisset Ulysses Stoicum illum finem laudare, poterat ea dicere, cum Philocteten reducit e Lemno, cum vastat Ilium, cum fugientes Graecos retinet, cum Trojam ingreditur, flagellis a se ipso sectus, malosque et Stoicos indutus pannos. Verum eo tempore non dixit hunc *potiorem finem*. Quin etiam in Epicureorum vivendi ratione constitutus rursus apud Calypsonem, cum liceret ipsi in otio vivere, et luxuriari, et Atlantis filiam subigere, et mollibus omnibus moveri

τὸ τέλος χαριέστερον, ἀλλὰ τὸν τῶν παρασίτων βίον. ἐκα- p. 848.
λοῦντο δὲ δαιτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε. πῶς οὖν λέγει; πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆναι τῶν ἐπῶν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκούειν z) αὐτῶν, μὴ πολλάκις λεγομένων·

Δαιτυμόνες καθήμενοι ἑξείης. καί·

Παραπλήθουσι a) τράπεζαι Σίτου καὶ κρεῶν b).

Ὁ γε μὴν Ἐπίκουρος σφόδρα ἀναισχύντως ὑφελόμενος τὸ 11
τῆς παρασιτικῆς τέλος, τῆς κατ' αὐτὸν c) εὐδαιμονίας, τέλος αὐτὸ ποιεῖ. καὶ ὅτι κλοπὴ τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ οὐδὲν Ἐπικούρῳ μέλει τὸ ἡδύ, ἀλλὰ τῷ παρασίτῳ, οὕτω μάθοις ἄν. ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ ἡδὺ πρῶτον μὲν τὸ τῆς σαρκὸς ἀόχλητον, ἔπειτα τὸ μὴ θορύβου καὶ ταραχῆς τὴν ψυχὴν ἐμπεπλῆσθαι. τούτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτος ἑκατέρων τυγχάνει· ὁ δὲ Ἐπικούρειος d) οὐδὲ θατέρου. ὁ γὰρ ζητῶν p. 849.
περὶ σχήματος γῆς, καὶ κόσμων ἀπειρίας, καὶ μεγέθους ἡλίου, καὶ ἀποσιημάτων, καὶ πρώτων στοιχείων, καὶ περὶ

z) ἀκούειν] „constans lectio.“ a) παραπλήθουσι] παραπλήθουσι *Fl.*“ Παρὰ δὲ πλήθωσι et mox κρειῶν edidit *Schm.* e Codd. 2954. et Gorl. convenienter cum *Hom.* At quidni tum etiam ἥμενοι pro καθήμενοι; imo vero ex memoria haec liberius et decerpta recitantur. b) κρεῶν] „Sic etiam *Fl. Fr.* J. *Par.*“ Vid. not. praecedentem. c) αὐτὸν] „αὐτῶν *Fl.*“ d) Ἐπικούρειος] Ἐπίκουρος mallet *Guyet.* cum *Obsopoea* interprete.

motibus, nunquam hunc dixit *finem potiorem*, sed vitam Parasitorum. Vocabantur autem eo tempore Parasiti *convivae*. Quomodo igitur dicit? Rursus enim versus ipsos memorare operae pretium est; neque enim satis intelligere licet, nisi saepius recitentur:

Convivaeque sedent deinceps. Et:

Mensa exstructa sit alte
Pane et carne.

Atque Epicurus valde impudenter suffuratus Parasiticae finem, felicitatis, quam ipse statuit, finem facit. Hoc autem esse furtum, neque curae esse voluptatem Epicuro, sed Parasito, sic discas. Equidem arbitror, voluptatem primo quidem inesse in corporis a molestia vacuitate: deinde in eo, si neque anima tumultus vel perturbationis plena sit. Utrumque horum consequitur Parasitus: at Epicureus neque alterutrum. Qui enim quaerit de figura terrae, de mundis infinitis, de magni-

p. 849. τῶν θεῶν, εἴτε εἰσὶν, εἴτε οὐκ εἰσὶ, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους ἀεὶ πολεμῶν, καὶ διαφερόμενος πρὸς τινὰς, οὐ μόνον ἐν ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ καὶ ἐν κοσμικαῖς ἐστιν ὀχλήσεσιν. ὁ δὲ παράσιτος, πάντα e) καλῶς ἔχειν οἰόμενος, καὶ πεπιστευκὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἄμεινον, ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς ἀβείας καὶ γαλήνης, οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου παρενοχλοῦντος, ἐσθίει, καὶ κοιμᾶται ὕπτιος, ἀφεικὼς τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας, ὥςπερ Ὀδυσσεὺς ἐπὶ τῆς σχεδίας f) ἀπο-
12 πλέων οἴκαδε. Καὶ μὴν οὐχὶ κατὰ ταῦτα μόνον οὐδὲν προσήκει τὸ ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνα. ὁ γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅςτις ποτέ ἐστιν ὁ σοφὸς, ἤτοι φαγεῖν ἔχει, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὐκ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται g), ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται· εἰ δὲ ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτοῦ, εἴτε παρὰ ἄλλου· εἰ μὲν οὖν παρ' ἄλλου τὸ φαγεῖν ἔχοι h), παράσιτός
p. 850. ἐστι, καὶ οὐχ ὡς i) λέγει· εἰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ, οὐχ ἡδέως ζήσεται.

ΤΥΧ. Πῶς οὐχ ἡδέως;

e) πάντα] πάνυ 2954. f) ἐπὶ τῆς σχεδίας] ἀπὸ τῆς Σχερίας vult *Solan.* quam ingeniosam solertiam facilius, quam oportuerat, secutus est *Wieland.* g) οὐ ζήσεται] „Et sic *Fl.* cum cett.“ h) ἔχοι] ἔχει *Schm.* e 2954. et Gorl. i) ὡς] Sic necessario corrigendum erat vulgatum ὡς, quod jam offenderat *Jacobsium* in *Person.* Adverss. p. 299. conjicientem εἰ καὶ ἄλλως λέγει. Mecum facere video *Fritzschium* Quaestst. p. 34. sq.

tudine solis, ac distantiis, de primis elementis, ac de Diis, sintne an non sint? qui de ipso bonorum fine semper pugnat, et ab aliis dissidet; ille non in humanis modo, sed in mundanis etiam est molestiis. At Parasitus, qui bene habere omnia putet, credatque, non meliori haec esse loco posse, quam sunt: cum securitate multa et tranquillitate, nulla re tali ipsum interpellante, edit et dormit supinus, pedibus manibusque remissis, ut Ulysses in rate domum navigans. Quin non hanc solum ob rationem nihil pertinet ad Epicurum voluptas; verum etiam ob ista. Epicurus enim iste, quicunque demum est ille sapiens, aut habet quod edat, aut non habet. Si non habet, tantum abest, ut suaviter vivat, ut ne vivat quidem. Si vero habet, aut a se habet, aut ab alio. Si ab alio habeat, Parasitus est, et non, ut ait, *Philosophus*: si vero a se, non vivet suaviter.

Tych. Quomodo non suaviter?

ΠΑΡ. Εἰ γὰρ ἔχοι k) τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ, πολλά p. 850.
τοι, ὦ Τυχιάδη, τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη· καὶ ἄθρει πόσα δεῖ τὸν μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν τὰς ἐγγινομένας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπληροῦν. ἢ τί φῄς;

ΤΥΧ. Κἀμοὶ δοκεῖ.

ΠΑΡ. Οὐκοῦν τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ ἴσως τοῦτο παρέχει l) τῷ δὲ ὀλίγα καὶ m) μηδέν, οὐκέτι· ὥςτε πένης οὐκ ἂν σοφὸς γένοιτο, οὐδὲ ἐφικνοῖτο τοῦ n) τέλους· λέγω δὲ o) τοῦ ἡδέος. ἀλλ' οὐδὲ μὴν p) ὁ πλούσιος, ὁ παρὰ τῆς οὐσίας ἀφθόνως ταῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τοῦδε ἐφικέσθαι. τί δήποτε; ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτοῦ πολλαῖς περιπίπτειν ἀηδίαις, τοῦτο μέν, τῷ μαγείρῳ κακῶς σκευάσαντι τὸ ὄψον μαχόμενον, ἢ, εἰ μὴ q) μάχοιτο, φαῦλα παρὰ τοῦτο r) ἐσθίοντα τὰ ὄψα, καὶ τοῦ ἡδέος ὑστερεῖν s)· τοῦτο δὲ, τῷ οἰκονομοῦντι τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοίη, μαχόμενον. ἢ οὐχ οὕτω; p. 851.

k) ἔχοι] ἔχει iterum, ut supra, 2951. Gorl. *Schm.* qua mutatione neutro loco opus erat. l) παρέχει] „Forsan *πάρεστι Pell.*“ Magis *ὑπάρχει* placeret *Fritzschio* Quaestst. p. 168. nisi sana ipsi videretur vulgata. m) καὶ] Mallem ἢ. n) τοῦ] „deest in *Fl.*“ o) δὲ] δὴ Gorl. p) μὴν] μὲν id. q) ἢ εἰ μὴ] „Sic B. 2. (et 3.) *Par.* ἢ μὴ omisso εἰ cett. Εἰ μὴ omisso ἢ L.“ r) τοῦτο] τούτου conj. *Gesner.* quem jure suo castigat *Fritzsch.* Quaestst. p. 125. s) ὑστερεῖν] ὑστεροῦντα conj. *Seager.* Diar. Class. N. 56. a. 1818. p. 318. Et sic sane

Par. Quia si cibum a se habeat, multa sane, Tychiade, hanc vitam consequi necesse est. Et vide, quot ac quanta? Oportet eum, qui suaviter vivere velit, cupiditates omnes explere. Aut aliquid *contra* dicis?

Tych. Etiam mihi sic videtur.

Par. Igitur ei, qui multa possidet, hoc forte suppeditaverit: illi vero, qui parum aut nihil, non item. Itaque pauper non fiat sapiens, neque ad finem perveniat, dico autem voluptatem. Sed neque dives, de suis opibus copiose ministrans cupiditatibus, poterit ad illum pervenire. Quid ita? quia necesse est, cum, qui sua impendat, in multas incidere injucunditates: cui nunc pugnandum sit cum coquo, si male paravit cibum, aut, si non pugnet, mali idcirco edendi cibi, et voluptate carendum: nunc cum dispensatore rei familiaris, si male dispenset, pugnandum. An non ita est?

p. 851. *TYX.* Νὴ Δία, κἀμοὶ δοκεῖ.

ΠΑΡ. Τῷ μὲν οὖν t) Ἐπικούρῳ πάντα ξυμβαίνειν εἰκὸς, ὥστε οὐδέποτε τεύξεται τοῦ τέλους· τῷ δὲ παρασίτῳ οὔτε μάγειρός ἐστιν, ᾧ χαλεπήνῃ, οὔτε ἀγρὸς, οὔτε οἰκονόμος u), οὔτε ἀργύρια, ὑπὲρ ὧν ἀπολλυμένων x) ἀχθεσθείηγ), καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φάγοι καὶ πίοι z), μόνος οὗτος ὑπὸ μηδενὸς, ὧν ἐκείνους ἀνάγκη a), ἐνοχλούμε-
13 νος. Ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, κἀκ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἱκανῶς δέδεικται. λοιπὸν, ὅτι καὶ ἀρίστη, δεικτέον, καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὅτι κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν· εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέρει. πάσης γὰρ τέχνης b) ἀνάγκη προσάγειν μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγὰς, ἅπερ οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀπεύξαιτο. ταύτην δὲ τὴν τέχνην,

exspectabatur; quamquam nolim anacoluthon sine auctoritate extrudi, in quo auctor paullo negligentior superioris Infinitivi περιπίπτειν recordatus esse videtur. t) οὖν] vulgo omissum invenerat *Schm.* e Gorl. Ita etiam *Seagero* visum. u) οἰκονόμος] οἰκίαι vel συνοικίαι conj. *Solan.* x) ἀπολλυμένων] „restitutum ex G. *Τῶν ἀπολλύμενος* L. et marg. A. 1. *Ἀπολογούμενος* Edd." y) ἀχθεσθείη] ἂν *Belinus*, ut solet, addendum putat. z) φάγοι καὶ πίοι] φάγῃ καὶ πίῃ 3011. Gorl. a) ὧν ἐκείνους ἀνάγκη] Vulgo legebatur ὧν ἐκεῖνος, ἀνάγκη, sed novissimum hoc vocabulum sine jota scriptum in Edd. vett. ἐκείνους autem in Edd. J. et B. 3. nec non in L. et marg. A. 1. Sic in promtu statim erat emendatio, in quam eandem incidit etiam *Fritzschius* Quaestt. p. 196. b) πάσης γὰρ τέχνης] πάσαις γὰρ τέχναις conj. *Guyet.* At vid. Adnot.

Tych. Per Jovem, mihi quoque videtur.

Par. Epicuro quidem evenire ista possunt omnia. Itaque nunquam consequetur finem. Sed Parasito neque coquus est, cui irascatur, neque ager, neque dispensator, neque vasa argentea, de quibus deperditis gravetur; et habet omnia, ut solus ipse edat ac bibat, carum, quibus isti necessario conflictantur, molestiarum a nulla interpellatus. Verum artem esse Parasiticam, tum ex his, tum ex reliquis satis demonstratum est. Superest, ut demonstremus, etiam esse optimam: idque non simpliciter; sed primo quidem, communiter artibus omnibus esse praestantiorem; deinde etiam singulatim unaquaque. Communiter ergo omnibus ita praestat, quod omnis artis disciplina necessario adhibet laborem, me-

ὡς ἔοικε, μόνην ἔξεστι μαθεῖν ἄνευ πόνου. τίς γὰρ ἀπὸ p. 851.
δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπέρ τινας ἀπὸ c) τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν; τίς δ' ἐπὶ δεῖπνον ἀπιὼν, ὤφθη σκυ- p. 852.
θρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; καὶ μὴν ὁ μὲν παράσιτος ἑκὼν αὐτὸς ἐπὶ δεῖπνον ἔρχεται, μάλιστα ἐπιθυμῶν τῆς τέχνης· οἱ δὲ τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες, μισοῦσιν αὐτὰς, ὥστε ἔνιοι δι' αὐτὰς d) ἀποδιδράσκουσι. τί δὲ, οὐ κἀκεῖνο ἐννοῆσαί σε δεῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις προκόπτοντας, οἱ πατέρες καὶ μητέρες τούτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ τὸν παράσιτον; Καλῶς, νὴ Δία, ἔγραψεν ὁ παῖς, λέγοντες, δότε αὐτῷ φαγεῖν· οὐκ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. οὕτω τὸ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον e), καὶ ἐν τιμωρίᾳ μέγα φαίνεται. Καὶ 14
μὴν αἱ ἄλλαι τέχναι τὸ f) ὕστερον τοῦτο ἔχουσι μετὰ τὸ μαθεῖν, καὶ τοὺς καρποὺς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι. πολλὴ g) Par.
γὰρ, [καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτό h).] ἡ δὲ [... καὶ —] πα- Hesiod. Ἐργ. v.
ρασιτικὴ μόνη τῶν ἄλλων εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν 290.

c) ἀπὸ] „recepi ex J. V. 2. B. 2. et MS. Gr. Ἐκ cett. Edd." Sic etiam Codd. 3011. et Gorl. Sed B. 3. ἀπὸ τῶν διδασκαλείων cum B. 2. d) δι' αὐτὰς] „Sic esse in omnibus Edd. notat *Solanus*." e) ἔντιμον] ἐν τιμῇ conj. *Seager.* quod sane concinnius foret. f) τὸ] „Delet articulum *Pellet*." g) πολλὴ] „Sic *Fl.* J. *Ald. Amst. Fr. Salm. Πολλοὶ Par. Hag.* B. 1. et 2." Πολλὸς conj. *Reitz.* quum μαχρὸς sit in *Hesiodo.* h) αὐτὸ] „Sic J. *Fr. Ald. Hag. Par. Αὐτοὺς Fl. Salm.* B. 1. et 2."

tum, plagas, quae nemo est, quin abominetur. Hanc vero solam, ut videtur, artem discere licet sine labore. Quis enim de coena unquam discessit plorans, ut quosdam de magistris videmus? Quis vero ad coenam iens visus est tristis, ut qui scholas frequentant? Quin Parasitus sponte sua ipse ad coenam venit, artis cupidissimus: qui vero artes discunt alias, odio eas habent, adeo ut quidam propter eas aufugiant. Quid vero? nonne illud etiam cogitandum est, quod illis in artibus proficientes his maxime rebus patres matresque munerantur, quibus Parasitum quotidie? *Pulchre per Jovem,* inquiunt, *scripsit puer; date illi cibum: non recte scripsit; ne date.* Adeo ea res et ad honorem gravis et ad poenam videtur. Verum aliae artes postremum hoc habent post disciplinam, et hunc fructum lubenter recipiunt: multa enim, et ardua ad illud via est. Parasitica

p. 852. αὐτῷ τῷ ι) μανθάνειν, καὶ ἅμα τε ἄρχεται, καὶ ἐν τῷ τέλει ἐστίν. αἱ κ) μέντοι τῶν ἄλλων τεχνῶν λ) οὐ τινές, ἀλλὰ πᾶσαι ἐπὶ μόνην τὴν τροφὴν γεγόνασιν· ὁ δὲ παράσιτος
p. 853. εὐθὺς ἔχει τὴν τροφὴν ἅμα τῷ μ) ἄρξασθαι τῆς τέχνης. ἢ οὐκ ἐννοεῖς ὅτι μὲν γεωργὸς γεωργεῖ, οὐ τοῦ γεωργεῖν ἕνεκα, καὶ ὁ τέκτων τεκταίνεται, οὐ τοῦ τεκταίνεσθαι ἕνεκα· ὁ δὲ παράσιτος, οὐχ ἕτερον μέν τι ν) διώκει, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ, καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται; Καὶ μὴν ἐκεῖνά γε οὐδεὶς ἔστιν ὅστις οὐκ ἐπίσταται, ὅτι οἱ μὲν τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ταλαιπωροῦσι, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἱερὰς ἄγουσι. καὶ αἱ πόλεις δὲ, τὰς μὲν δι' ἔτους, τὰς δὲ ἐμμήνους ἑορτὰς διατελοῦσι, καὶ εὐφραίνεσθαι λέγονται τότε. ὁ δὲ παράσιτος τοῦ μηνὸς τὰς τριάκονθ' ἡμέρας ἱερὰς ἄγει·

Ego quidem αὐτὸ inveni in B. 1. et 3. non αὐτούς. Sed αὐτὰς habent Gorl. et Coll. probante *Belino*. i) τῷ] „Sic B. 1. et 2. (et 3.) *Par.* P. recte. *Tὸ* male J. *Fl. Salm.* etc.“ k) αἱ] καὶ conj. *Seager.* valde improbabiliter. l) τεχνῶν] τέχναι legendum arbitratur *Fritzsch.* Quaestst. p. 51. At vero per totam hanc artium comparationem a parasitica non distinguuntur αἱ τῶν ἄλλων τέχναι, quod etiam vereor ut satis recte dici potuerit, sed semper, id est, plus decies, αἱ ἄλλαι τέχναι, vel αἱ λοιπαὶ τ. Si cui autem contractior loci natura fraudi fuerit, suaserim huic, ut fingat auctorem minus Lucianeum scripsisse: οὐ μέντοι τῶν ἄλλων τεχνῶν τινὲς, ἀλλὰ πᾶσαι αἱ (ἄλλαι τέχναι) etc. m) τῷ] „bene *Par.* B. 1. (et 3.) et G. *Tὸ* rursus male Edd. cett.“ n) μέν τι] Sic corrigendum videbatur vulg. μέντοι. Eandem suspicionem proponit et docte illustrat

vero sola reliquarum, statim ipso disciplinae tempore, sua arte fruitur; et simul, dum incipit; finem etiam suum consequitur. Ac non quaedam reliquarum artium, sed universae ad sola alimenta *paranda* natae sunt: Parasitus autem statim cum incipit artem, alimenta habet. An non cogitas, agrum coli ab agricola non agriculturae caussa: et struere fabrum domos non struendi caussa: sed Parasitum nihil sequi aliud; verum idem et opus ipsius esse, et illud, cujus caussa suscipitur? Etiam reliqua nemo est qui nesciat: *ut*, qui in reliquis artibus elaborant, reliquo tempore aerumnabili labore fungi, unum autem aut duo solos in mense dies festos habere; ipsasque civitates, alios annuos, alios autem menstruos dies festos obire, ac tum exhilarari dici: Parasitum vero

πᾶσαι γὰρ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶναι τῶν θεῶν. Ἔτι οἱ μὲν p. 853.
βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας κατορθοῦν, ὀλιγοσιτίαις καὶ 16
ὀλιγοποσίαις χρῶνται, καθάπερ οἱ νοσοῦντες. πολυποσίαις
δὲ καὶ πολυσιτίαις οὐκ ἔστιν εὐφραινόμενον μανθάνειν. Καὶ 17
αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι χωρὶς ὀργάνων οὐδαμῶς τῷ κεκτημένῳ
ὑπηρετεῖν δύνανται· οὔτε γὰρ αὐλεῖν ἔνι χωρὶς αὐλῶν, οὔτε
ψάλλειν ἄνευ λύρας, οὔτε ἱππεύειν χωρὶς ο) ἵππου. αὕτη p)
δὲ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὴ, καὶ οὐ βαρεῖα τῷ τεχνίτῃ, ὥστε καὶ p. 854.
ὑπάρχει μηδὲν ἔχοντι ὅπλον χρῆσθαι q) αὐτῇ. Καὶ, ὡς 18
ἔοικε, τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνομεν μισθὸν διδόντες, ταύ-
την δὲ, λαμβάνοντες. Ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν εἰσι δι- 19
δάσκαλοί τινες, τῆς δὲ παρασιτικῆς οὐδείς, ἀλλ' ὥσπερ ἡ
ποιητικὴ, κατὰ Σωκράτην r), καὶ αὕτη θείᾳ τινὶ s) μοίρᾳ
παραγίγνεται. Κἀκεῖνο δὲ σκόπει, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας 20
ὁδεύοντες, ἢ πλέοντες, οὐ δυνάμεθα διαπράττεσθαι· ταύ-
τῃ t) δὲ ἔστι χρῆσθαι καὶ ἐν ὁδῷ, καὶ πλέοντι.

TYX. Πάνυ μὲν οὖν.

Fritzsch. Quaestst. p. 21. sq. o) χωρὶς] ἄνευ Gorl. p) αὕτη] „αὐτὴ Edd. priores.“ Correxerunt *Jens.* et *Solan.* q) χρῆσθαι] χρᾶσθαι *Fl.*“ r) Σωκράτην] „Σωκράτη *Fl.*“ s) θείᾳ τινὶ] Sic Gorl. Sed vulgo θείᾳ omittebatur. t) ταύτῃ] αὐτῇ Jon.

triginta mensis dies festos agere. Omnes enim Deorum esse illi videntur. Porro qui in reliquis artibus recte versari volunt, ii pauco cibo et potu pauco utuntur, aegrotorum instar: qui enim copioso potu aut cibo gaudeat, ille non didicerit facile. Et reliquae artes sine instrumentis nullo modo ministrare possunt artifici: neque enim tibia canere licet sine tibia, neque psallere sine lyra, neque sine equo equitare. Haec vero ita commoda, ita non gravis artifici, ut etiam nihil armorum habens uti ea possit. Et, quod nec iniquum est, alias artes discimus mercede data; hanc accepta. Insuper aliarum artium quidam sunt magistri; Parasiticae autem nullus: sed quemadmodum poëtica, auctore Socrate, ita haec divina sorte contingit. Etiam illud mihi considera, quod reliquas artes, qui iter faciunt, aut navigant, exercere non possunt; hac in via etiam et naviganti licet uti.

Tych. Utique.

p. 854. ΠΑΡ. Καὶ μέντοι, ὦ Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι
21 δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν, αὐτὴ u) δὲ οὐδεμιᾶς ἑτέρας.

ΤΥΧ. Τί δέ, οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι;

ΠΑΡ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΤΥΧ. Πῶς οὖν ὁ παράσιτος τὰ ἀλλότρια λαμβάνων, οὐκ ἀδικεῖ μόνος;

22 ΠΑΡ. Οὐκ ἔχω λέγειν. Καὶ μὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρχαὶ φαῦλαί τινες καὶ εὐτελεῖς εἰσι, τῆς δὲ παρασιτικῆς ἡ ἀρχὴ πάνυ γενναία x) τις. τὸ γὰρ θρυλλούμενον τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα, οὐκ ἄλλο τι εὕροις y), ἢ ἀρχὴν παρασιτικῆς.

ΤΥΧ. Πῶς λέγεις;

ΠΑΡ. Ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν, ἢ ἀγνῶτα ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐδὲ συνήθη μετρίως, ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ, ἀλλὰ δεῖ z) πρότερον, οἶμαι, τοῦτον γενέσθαι φίλον, ἵνα κοινωνήσῃ σπον-
p. 855. δῶν, καὶ τραπέζης, καὶ τῶν τῆς τέχνης ταύτης μυστηρίων. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσά τινων λεγόντων, ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν;

u) αὐτὴ] „Nil mutant Edd.“ Nisi quod B. 3. habet αὐτῇ et *Schm.* αὕτη, *Jensio*, opinor, auctore. x) γενναία] Vulgatum scribendi vitium γενναΐα correxerat *Schm.* y) εὕροις] εὕρῃς 3011. quod temere probat *Bel.* aut scribi jubet οὐκ ἄν ἄλλο εὕροις. z) δεῖ] δὴ male *Fl.*“

Par. Verum etiam, Tychiade, videntur hanc appetere artes ceterae, ipsa vero alteram nullam.

Tych. Quid vero? nonne qui aliena sumunt, injuste agere tibi videntur?

Par. Quidni?

Tych. Quomodo igitur Parasitus, sumens aliena, solus non injuste agit?

Par. Non habeo, quod dicam. Verum aliarum artium prava quaedam ac vilia sunt initia: Parasiticae vero origo plane generosa. Illud enim tritum amicitiae nomen non aliud invenies, quam Parasiticae initium.

Tych. Quid ita?

Par. Quia nemo inimicum aut ignotum hominem, sed neque mediocriter familiarem ad coenam vocat: sed oportet, puto, hunc prius amicum fieri, ut particeps fiat libationum et mensae, et artis huius mysteriorum. Ego ergo saepe audivi dicentes, Qualis autem hic fit

ὡς δηλονότι τὸν συμπίνοντα καὶ συνεσθίοντα μόνον πιστὸν p. 855.
ἡγουμένων φίλον. Ὅτι γε μὴν ἡ βασιλικωτάτη τῶν τεχνῶν 23
ἐστιν αὕτη, μάθοις ἂν καὶ ἐκ τοῦδε οὐχ ἥκιστα. τὰς μὲν
γὰρ λοιπὰς τέχνας οὐ μόνον κακοπαθοῦντες a), καὶ ἱδροῦν-
τες, ἀλλὰ, νὴ Δία, καθήμενοι καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται,
ὥςπερ ἀμέλει δοῦλοι τῶν τεχνῶν. ὁ δὲ παράσιτος μεταχει-
ρίζεται τὴν αὑτοῦ b) τέχνην, ὡς βασιλεὺς κατακείμενος.
Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς εὐδαιμονίας αὐτοῦ, 24
ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν Ὅμηρον οὔτε φυτεύει χερσὶ Hom.
φυτὸν, οὔτε ἀροῖ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ ἀνήροτα c) Od. IX.
πάντα νέμεται; Καὶ μὴν ῥήτορά τε, καὶ γεωμέτρην, καὶ 25
χαλκέα οὐδὲν κωλύει τὴν ἑαυτοῦ τέχνην ἐργάζεσθαι, ἐάν τε
πονηρὸς, ἐάν τε καὶ μωρὸς ᾖ, παρασιτεῖν δὲ οὐδεὶς δύναται
ἢ μωρὸς ὢν, ἢ πονηρός.

TYX. Παπαί. οἷον χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν παρασιτικήν· ὥςτε καὶ αὐτὸς ἤδη βούλεσθαι δοκῶ μοι παράσιτος εἶναι ἀντὶ τούτου, ὅς εἰμι.

ΠΑΡ. Ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων διαφέρει, δεδεῖ- 26

a) κακοπαθοῦντες] „κακαπαθοῦντες *Hag.* 2. Correxerat *Gesn.* Et recte κακοπ. cett.“ b) αὑτοῦ] αὐτοῦ Edd. vett. et *Schm.* Recte ediderant *Reitz.* et *Bip.* c) ἀνήροτα] „recte B. 1. et 2. (et 3.) *Par. Salm.* Ἀνήρωτα male J. *Fl. Fr. Ald. Hag.* utraque.“

amicus, qui neque comedit neque bibit nobiscum, ut qui putarent videlicet solum, qui una bibat atque cibum capiat, fidelem amicum. Hanc vero maxime regiam esse artium, etiam hinc non minimum intelligas. Reliquas artes enim non cum molestia tantum et sudore exercent, sed, per Jovem, sedentes atque stantes, nempe velut servi artium: at Parasitus suam artem tractat accumbens, velut rex. Illa enim quid dicere attinet de illius felicitate, quod solus, ut docti Homeri verbis utar, nec plantat manibus plantam, nec arat; sed sine semine et aratro depascitur omnia? Porro Rhetorem et Geometram et fabrum nihil prohibet artem exercere suam, etsi malus sit vel stultus: parasitari autem nemo potest, qui vel stultus sit, vel malus.

Tych. Vah, quantam rem ostendis esse Parasiticam! Itaque ipse mihi velle videor Parasitus fieri, pro eo, qui sum.

Par. Quantum ergo communiter omnibus praestet

p. 855. χθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει, σκοπῶμεν. τὸ μὲν δὴ ταῖς βαναύσοις τέχναις παραβάλλειν αὐτὴν, ἀνόητόν ἐστι· καὶ μᾶλλόν πως d) καθαι-
p. 856. ροῦντος τὸ ἀξίωμα τῆς τέχνης. ὅτι γε μὴν τῶν μεγίστων καὶ καλλίστων τεχνῶν διαφέρει, δεικτέον. ὡμολόγηται γὰρ δὴ πρὸς πάντων, τήν τε ῥητορικὴν, καὶ τὴν φιλοσοφίαν e), ἃς διὰ γενναιότητα καὶ ἐπιστήμας ἀποφαίνονταί f) τινες. ἐπειδὰν γοῦν καὶ τούτων ἀποδείξαιμι g) τὴν παρασιτικὴν πολὺ κρατοῦσαν, (σχολῇ) h) δηλονότι τῶν ἄλλων τεχνῶν δόξει προφερεστάτη, καθάπερ ἡ Ναυσικάα τῶν θεραπαι-
27 νίδων. Κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοῖν διαφέρει, καὶ τῆς ῥητορικῆς, καὶ τῆς φιλοσοφίας, πρῶτον κατὰ τὴν ὑπόστασιν. ἡ μὲν γὰρ ὑφέστηκεν, αἱ δὲ οὔ i). οὔτε γὰρ καὶ τὴν ῥητορι-

d) πως] πῶς male *Schm.* cum nonnullis vett. Edd. e) τὴν φιλοσοφίαν] „Articulum omittit *Fl.*" Inserit autem *Marcill.* μεγίστας τε καὶ καλλίστας εἶναι, ἃς etc. Certe tale quid sane desideratur, vere, opinor, ab auctore scriptum. f) ἀποφαίνονται] „ἀποφαίνουσι *Fl.*" g) ἀποδείξαιμι] ἀπέδειξα mallet *Bel.* minus vitium majoris ope corrigere conatus. „Vitium enim h. l. et mihi sane videtur esse ἐπειδὰν cum Opt. ubi necessario Conjunctivus requirebatur. In illis enim locis Amor. c. 16. Asin. c. 21. et similibus, ubi ἐπειδὰν cum Opt. reperitur junctum, ἐπειδὰν est *quoties fere*, quod quam parum h. l. conveniat, facile perspicitur. Malui tamen nunc timidioris religionis, quam nimiae audaciae, crimine argui. h) σχολῇ] Deest in Gorl. unde mihi admodum suspectum est, ut nota lectoris cujuspiam censoria, qui de veritate hujus rationis dubitasset. *Seagerus* aut ironiam dicit inesse, quam equidem ab h. l. alienissimam puto, aut reponendum πολύ. i) οὔ] „male omissum in *Fl.*"

artibus, ostendisse mihi videor. Age vero etiam, quantum singulatim unaquaque sit praestantior, considerемus. Ac sellulariis quidem artibus illam conferre, imprudens fuerit, et potius illius, qui destruere dignitatem artis velit. Sed quantum maximis pulcherrimisque praestet artibus, ostendendum. In confesso est enim apud omnes, Rhetoricam et Philosophiam *esse principes:* quas propter praestantiam etiam scientias quidam dicunt. Si igitur his quoque longe potiorem esse Parasiticam ostendero; sine dubio nimirum reliquarum quoque artium princeps, ut inter famulas Nausicaa, videbitur. Ergo communiter quidem ambabus praestat, et Rhetorica et Philosophia, primo ob id ipsum, quod in

κὴν ἔν τι καὶ τὸ αὐτὸ νομίζομεν, ἀλλ' οἱ μὲν τέχνην, οἱ p. 856.
δὲ τοὐναντίον, ἀτεχνίαν, ἄλλοι δὲ κακοτεχνίαν, ἄλλοι δὲ
ἄλλο τι. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ
ὡσαύτως ἔχουσαν. ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πρά- p. 857.
γματα ἔχειν, ἑτέρως δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἑτέρως δὲ
τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, ἑτέρως δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ Περιπά-
του, καὶ ἁπλῶς, ἄλλος ἄλλην ἀξιοῖ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι.
καὶ μέχρι γε νῦν, οὔτε οἱ αὐτοὶ γνώμης k) *κρατοῦσιν, οὔτε*
αὐτῶν ἡ τέχνη μία φαίνεται. ἐξ ὧν δῆλον ὅ,τι l) *τεκμαίρε-*
σθαι καταλείπεται. ἀρχὴν γάρ φημι μήτε εἶναι τέχνην m),
ἧς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἐπεὶ τί n) *δή ποτε; ἀριθμητικὴ*
Ead. l. 15. Ἐν *γειτόνων*) Intellige *οἴκοις.* GUYET. Adscripserat margini *Bas.* vir quidam doctus *ἐκ γειτόνων*, male. Conf. cap. 16. Et Bis Accus. c. 10. pr. et 31. f. Recte cepit ellipsin *Guyet.* et eodem redit, *χώρᾳ* an *οἴκῳ*, aut simile quid intelligas. Ita *ἐς Κλοπιδῶν* vidimus supra in Asini pr. ad verba *ἐς τὰ Ὕπατα.* Atque alibi ex *Homer.* Il. Z, 47. *ἐν ἀφνειοῦ πατρός.* Quod hic eo repetimus, ne quis tironum hinc inferat, *ἐν* vel *εἰς* hic genitivum regere. REITZ. Cf. Conviv. s. Lapith. c. 22. Philops. c. 25. Omnino vid. *L. Bos* Ellipss. p. 342. *Schäf.* LEHM.

Pag. 11. l. 1. *Καὶ τῶν ὡς περὶ ἑνὸς αὐτῶν διαλεγομένων κατεγίγνωσκον*) Interpres: *eos damnantes, qui de hoc veluti uno quopiam disputarent. Αὐτῶν* delendum videtur, si Graece locutus est *Lucianus*, uti semper accurate et emendate locutus est. In Ms. est *αὐτόν*· quod nec ipsum hic locum habere potest. GRAEV. Apparet prorsus, *Erasmum*, quem sequitur *Benedictus*, legisse *αὐτοῦ*, quod omnino requiritur. GRON.

Ibid. Αὐτοῦ) Quando virorum doctorum conjectura vel uno librorum testimonio firmatur, id saepe indicium veritatis est; maxime hic: quare cum *Gronov.* recte sensisse animadverterem, non dubitavi, aliis testibus accedentibus, ita emendare vulgatum *αὐτῶν*. Quid enim prodesset veram lectionem invenire, et falsam interim semper retinere? REITZ.

Ead. l. 3. *Πόλεμον*) De hoc fusius ad Quom. Hist. Conscr. c. 2. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ὅπου*) Pro *cum, quandoquidem*, Nostro maxime familiare. Vid. *Solan.* ad Amor. c. 20. f. Tim. §. 2. Deor. Dial. XVIII, 2. Infra Bis Accus. c. 20. Adde *Herodian.* II, 10, 13. Ut alios omittam. Et sic Latini, *ubi* pro *quandoquidem. Horat.* 2. Od. XIII, 33. *Quid mirum? UBI illis carminibue stupens demittit atras bellua centiceps aures.* Et ap. *Terent.* crebro. REITZ.

Eadem. l. 5. *Κυνῶν*) Socrates; vide Vit. Auct. c. 16. et quae ibi annotata sunt. SOLAN.

Ead. l. 6. *Ἐπόμνυντο*) Conf. Vit. Auct. c. 16. REITZ.

Ead. l. 15. *Οἱ τῆς συμπάσης*) Sic optime L. et *B.* 2. In reliquis *οἳ* prave legitur. SOLAN.

Pag. 12. l. 2. *Οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ τοῖς κωμικοῖς δορυφορήμασι ἐοικότας* etc.) Sic etiam infra Quom. Hist. Conscr. (c. 4.) *μηδ' ὥςπερ κωμικὸν δορυφόρημα σιωπῇ παραφερόμην.* In quo genere loquendi durum mihi videtur, quod *κωμικὸν* dixerit, non vero *τραγικόν*. Nam *δορυφόροι* sunt Regum, Dynastarum, et Tyrannorum, qui in scenam tragicam semper inducuntur, nunquam vero in comicam. Nam comoedia circa communem vitam civilem versatur, et cives Athenienses, aut aliunde mediocris fortunae viros libertos, servos, mulierculas inducit loquentes, et ideo *Plautus* in Amphitryone Mercurium sic induxit loquentem in prologo:

Nam me perpetuo facere, ut sit comoedia,
Reges quo veniant et Dii, non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic servos quoque partes habet,
Faciam, ut commixta sit tragicomoedia.

Utitur igitur, vel potius abutitur comoediae nomine, et illud *καταχρηστικῶς* Latine sumit etiam pro tragoedia, in qua saepe

inducebatur satellitium Regis vel Tyranni mutum, solo Rege loquente. Sic etiam nos vernacule dicimus, *je viens de la comédie*, licet tragoedia fuerit in scenam inducta. PALM. Bene monuit *Hemsterh.* in marg. adeundum *L. Bos* Obs. Crit. p. 67. Hujus igitur verba subjungam: „*Palmerius* durum sibi videri ait, dixisse *Lucianum* κωμικὸν, non vero τραγικὸν, quia δορυφόροι sunt Regum, Tyrannorum etc. qui in scenam tragicam semper inducuntur, nunquam vero in comicam, et tandem censet, *Lucianum* hic potius καταχρηστικῶς *comoediam* pro *tragoedia* dixisse. At sciendum est, δορυφόρους non semper de Regum satellitibus dici, verum etiam saepe abusive de quibusvis comitibus, qui alios comitantur: unde δορυφορεῖν simpliciter pro comitari. Exempla sunt apud *Ael.* Hist. An. aliosque. Unde etiam commode in comoedia δορυφορήματα dicuntur illae personae, quae alias personas comitantur, iisque adstant in scena, nihil loquentes, nihil agentes, quae alio nomine κωφὰ πρόσωπα, *personae mutae* vocantur. Et hasce intelligit auctor per κωμικὰ δορυφορήματα. Optime ergo Scholiastes ad hunc locum. — Elegantur autem dicit *Lucianus*, philosophos quosdam assimilare Deos *personis mutis*, qui censent, Deos non curare res humanas, nihil in mundo agere, sed quietos se tenere, audientes et videntes omnia, quae ab hominibus peragantur.“ Haec ille. Sed habuimus κωμικὸν δορυφόρημα etiam supra in Quom. Hist. c. 4. ibique ad *Spanh.* remisimus, qui ad *Aristoph.* Ran. 944. multis id agit. REITZ.

Ead. l. 8. Ἠϋγενείοις) Alibi εὐγένειος scribitur, ut Jov. Trag. c. 26. quod et hic reponendum censeo; nisi forsan apud Comicum ita exstiterit. SOLAN. Licet supra Jov. Conf. (imo Trag.) c. 26. m. aliter scribatur, hic tamen ἠϋγ. servo, quia Homericum aeque ac ὑψιβρ. V. Il. Σ, 318. REITZ.

Ead. l. 12. Ἕτερος δέ με θυμὸς) *Homer.* Od. I, 302. SOLAN.

Ead. l. 17. Αἴσωπος) Hinc liquido patet, ignotam *Luciano* fabulam de aëriis Aesopi conditoribus, quam in ejus vita a *Planude* conficta habemus: ea enim potius usus fuisset, quam istis. Fabula aquilae et scarabaei, quam tangit, adhuc exstat apud *Aesopum* nostrum secunda. Ubi autem camelus coelum ipsum petat, nulla hodie apud *Aesopum*, qui circumfertur, exstat; sed tum ex hoc *Luciani* loco, tum ex *Avieno* et *Babria* exstitisse satis constat. Vid. *Avieni* Fab. 8. *Babriae* 34. Add et *Scholiastae* testimonium eandem laudantis. SOLAN. Adpinxerat orae *Hemsterh.* videndum *Aristophan.* Pac. 128. et *Kusteri* not. Ms. Apud *Aristoph.* quidem lego fabulam Aesopi de cantharo in coelum evolante; sed notis illas *Kusteri* non possideo, (licet nonnullas *Solanus* notis suis

inseruerit, *Kusteri* nomine addito) nec alia de meo addere in re haud magni momenti, et linguam non spectante, volo. REITZ.

Ibid. *Κανθάροις ἐνίοτε*) Illam de scarabaeo, aquilae ova e Jovis gremio excutiente, fabellam inter antiquissimas Aesopicasque vere referendam, patet ex *Aristoph. Eiq.* v. 128. seqq. ubi Trygaeus eo vectus inducitur. De camelo quod mentionem facit, est forte illa, ubi cornua sibi petenti aures etiam adimit Jupiter. GENS. Quod vulgatam scribendi rationem *ἀετοῖς καὶ καινθάροις ἐνίοτε, καὶ καμήλοις*, commate modo transposito, sic refingere placuit: *ἀετοῖς καὶ καινθάροις, ἐνίοτε καὶ καμήλοις*· nemo id temere moleste feret, qui contulerit, quae ad Charon. c. 15. monui Tom. III. p. 461. Vult Icaromenippus noster: *aquilis et scarabaeis, et,* (quod magis etiam mireris) *nonnunquam etiam camelis.* Et sic fere verterunt *Belinus* et *Wielandius*, sive sensu quodam suo ducti, sive *Erasmi* interpretationem, quae et ipsa veram sententiam reddiderat, secuti. LEHM.

Pag. 13. l. 10. *Ὑπηρετῶν*) Etsi vulgata tolerabilis, tanta tamen veri specie se mihi commendat conjectura *Pelleti, ὑπερέττων subremigans* exhibentis, ut doleam a Codd. non confirmari. Nam nihil hic aptius, quam *remigium* manuum, uti *remigium alarum.* Sed non laboro novandi prurigine. REITZ. Dignus, qui cum toto hoc loco conferatur, est ille *Xenophontis* Anab. I, 5, 3. LEHM.

Ead. l. 11. *Χαμαιπετῶς*) Vid. supra Hermot. c. 5. A. SOLAN.

Ead. l. 15. *Κατεπτόμην*) Ed. Basil. *κατεπτώμην.* Infra (cap. 13. vers. fin.) *καταπτῶμαι.* Et c. 19. f. *ἀνεπτώμην.* Sed legendum videtur *κατεπτόμην* a *κατάπτομαι*, et infra *ἀνεπτόμην* ab *ἀνάπτομαι*, unde *ἀνάπτοιτο* apud *Plat.* legitur. *Πέτομαι, πτόμαι, ἀνάπτομαι, κατάπτομαι* etc. GUYET. *Κατεπτόμην*) Sed et *κατεπτώμην.* Vid. quae noto ad c. 13. Hic servavi vulgatum, et illic, etsi diverse scriptum; quia nescio, quid *Lucianus* praetulerit, an utrumque usurparit. REITZ. Consule *Graevium* ad Soloecist. c. 8. *Struv.* Lectt. Luciann. in *Friedemanni* et *Seebodii* Miscell. Crit. Vol. II. Part. II. p. 235. denique *Lobeck.* ad *Phryn.* p. 581. LEHM.

Pag. 14. l. 6. *Ἐπισιτισάμενος*) Vertebatur *cibo pastus.* Recte emendavit *Gesnerus viatico sumto.* Vid. de hoc verbo, in quo saepiuscule aberrarunt interpretes, ad Dial. proxime praemissum Galli c. 16. REITZ.

Ead. l. 9. *Πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας*) Vertit *Erasmus: plurimum nubium emensus.* Sed *ἀποσπᾶν* est avellere

avertere. Forte legendum *ἀναπτὰς*, hoc est, quod volebat *Erasmus*: *cum supra plures nubes evolassem.* Inferius in hoc catalogo: *διάσεισας ἐμαυτὸν ἀνεπτόμην δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς, me ipsum movens evolavi ad Jovis Aegiochi domum.* GRAEV. Quomodo aut hae voces Latine reddi possint *plurimum nubium emensus*, aut si possent, quid huc facerent, nullus unquam potui capere. Itaque putavi fabulatorem innuere: *cum plurimum e nubibus attraxissem*, atque nimia uviditate gravarer. GRON. *Πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας*) Hanc lectionem satis tuetur ipse *Lucianus*, apud quem in Dearum judicio XX. c. 5. Mercurius, *Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων.* Ad eum locum *Graevius* hunc ex Icaromenippo, et alium ex Dialog. Marin. XX. Thetidis et Doridis c. 1. opportune adfert, ubi dicitur, *Ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλατταν.* Est ergo, ut ex his verbis liquet, ellipsis *τοῦ ἀπὸ*, in Icaromenippo, *πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας*, et in Dearum judicio *πολὺ ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων*, pro *ἀπὸ τῶν νεφῶν*, et *ἀπὸ τῶν ἀστέρων*. Integram iterum hanc dictionem eodem sensu habet *Noster* in de Domo c. 12. *καὶ περιπλεῦσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι.* Caeterum non recte cepit hanc locutionem interpres, vertendo hic in Icaromenippo *πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας*, *plurimum nubium emensus*, cum debuerit, *plurimum spatii praeter*, sive *ultra nubes emensus*; vel, *longo intervallo nubibus post me relictis*; vel, *cum jam plurimum a nubibus recesseram.* Jam enim haud dubie superaverat nubes Menippus, quippe qui jam ad Lunam ipsam pervenerat. Ita enim capiendam hanc locutionem, patet ex adductis locis, ubi *πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσάσας* est omnino, *jam multum a terra recessisse*, *terram post se longo intervallo reliquisse.* Sed et locus in Dearum judicio male vulgo dispungitur, *ἤδη πολὺ προϊόντες, ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων.* Delendum istud comma: *πολὺ* pertinet ad *ἀπεσπάσαμεν*. Et hic quoque *ἀποσπάσαι πολὺ τῶν ἀστέρων* (pro *ἀπὸ τῶν ἀστέρων*) est, *jam emensum esse astra* (nam ea versio ibi tolerari potest) et *longe ea esse praetergressum.* Ita namque intelligendum esse, Mercurium cum Deabus iter per astra jam confecisse, liquet ex verbis continuo subsequentibus, *καὶ σχεδόν γε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐσμὲν, et prope jam ad Phrygiam pervenimus.* Sicut ergo *ἀποσπάσασθαι*, sive passive, sive active per ellipsin *τοῦ se*, h. e. *ἑαυτὸν*, usurpatur de itineribus; ita et *abstrahere* sumit *Cicero* III. de Or. 36. *Repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra* abripuit, *atque in altum a conspectu paene omnium* abstraxit. JENS.

Ibid. Ἀποσπάσας) Vid. quae de hoc verbo, quod frustra suspectum fuit *Steph.* in Thes. hac significatione notatu digna attulit *Hemsterh.* ad Deor. Dial. XX. (Vol. II. p. 556. sq. h. Ed.) ubi *Graevium* notat eorum hic oblitum, quae supra rectius ad Deor. Dial. notarat. Optime rem hic tetigit *Jensius*, et versio *Gesneri* verum sensum *Luciani* est adsecuta. *Solan.* adscripserat, conferendum infra De Dom. c. 12. Ibi similiter est, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι. Item Dial. Marin. XII. Et Contempll. cap. 21. REITZ.

Ead. l. 14. Τὴν τῶν ἱπποπόλων) Hic Dialogus est Homericus cento. Τὴν τῶν ἱπποπώλων. Ex Iliad. v. BOURD. Ἱπποπώλων) An ἱπποπόλων legendum, ut αἰπόλων; Placet. GUYET. Ἱπποπόλων Θρηκῶν) Ex Iliad. N. v. 4. non ἱπποπώλων, ut editur vulgo, quibus hic nullus est locus. GRAEV. Prave antea hic in omnibus impr. legebatur ἱπποπώλων. Nos ex *Homero*, et *Nostro* ipso Quom. Hist. Conscr. c. 49. veram scripturam restituimus. SOLAN. *Hom.* Il. N, 4. Νόσφιν ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν. Unde quantitatem penultimae in Edd. male productam, facile correxi. Quod miror *Bourdelotium* non vidisse, qui tamen *Homerum* consuluit. REITZ.

Ibid. Τὴν Θρηκῶν — τὴν Μυσῶν) Omisit αἶαν, sive γῆν, quod *Homerus* l. d. addit. Sed nihil hac ellipsi frequentius. Sic *Long.* Past. L. 2. p. 63. (al. 47.) ἐλθόντες εἰς τὴν ἑαυτῶν. Adde *Wessel.* ad *Diod. Sic.* II, 3, 6. Et *L. Bos* de Ellipsi. REITZ.

Pag. 15. l. 12. Δόκει) Haud immerito *Fl.* contulit Noster. Nihil tamen mutavit; imperativus autem δόκει natus mihi videtur ex imperativis praemissis; forsan male: nam δοκῶ legendum arbitror, quod migravit in δοκεῖ, deinde in δόκει. Et Parisinae interpres *Erasmus* dedit *pusillam quandam terram mihi videre videbar;* unde conjicio, eum ἐδόκει legisse, quod aliquanto melius erat vulgato. Verum dum *Gesner.* servavit imperativum, comma in semicolon mutans, ego nihil quoque mutavi, qui sensum vulgatae facile quidem perspicio: neque imperativus ille est inusitatus, ut infra Parasit. c. 2. pr. αὐτὴν αἰτίαν εἶναι δόκει· et cap. 1. μὴ δόκει τοῦτο etc. alterum tamen praeferrem; nisi aliquantum me refrenaret illud ὥστε κατακύψας, quod postponitur, cum sic debuisset praemitti. Minus enim adcurate narraret, qui visa prius enumeret (- aret), dein oculos se ad objectum convertisse diceret. Sed si ὥστε pro *cum*, *quando*, accipias, recte postponitur κατακύψας, i. e. pusilla mihi adparebat terra, cum oculos demisissem. Verum tum ὡς pro ὥστε legendum, quod similiter mutare nolim. Ideoque maneat vulgata, donec meliora inve-

niantur. Reitz. In *Bas.* 4. pro *δόκει* legitur *ἐδόκουν*. Bip. Itidem in *Bas.* 3. Verum nec magna est harum per se solarum auctoritas, et facile quavis mutatione supersedetur. Lehm.

Pag. 16 l. 1. *Ῥοδίων κολοσσὸν*) Altus erat LXX. cubitis. *Strabonis* aetate fractis ex terrae motu genibus collapsum Rhodii ex causa quadam nondum restituerant, XIV. p. m. 449. B. Vide not. ad Quom. Hist. Conscr. c. 23. Ver. Hist. I. c. 18. et Jov. Trag. c. 11. Solan.

Ead. l. 5. *Ὑποστίλβων*) *Ἀποστίλβων* O. et Ed. *Fl.* ut Bis Acc. c. 1. Sed nihil muto. Solan. At seq. Dial. Bis Accus. c. 1. *τῶν ἀκτίνων ἀποστίλβων*. Et alibi non semel; unde conjicias, et hic ita legendum. Sed minime fas est; nam de Oceano substrato sermo est, qui cum inferne sursum remittere dicatur splendorem, optime *ὑπὸ* praefigitur. Interim philosophatur male, Oceanum esse id, quod resplendet: nam partes terrae solidas remittere lucem, dum aqua radios ejus absorbet, rectius norunt hodierni philosophi. Reitz.

Ead. l. 9. *Οἱ πολεμοῦντες, οἱ γεωργ.*) Jam aliquando sine interposito *καὶ* haec eleganter *ἀσυνδέτως* enunciat, ut mox, *τοὺς ἀνθρώπους, τὰ θηρία*. Et Asin. cap. 16. med. Conf. 2. Ver. Hist. c. 35. Adde *Eurip.* *Ἱκετ.* 700. et 722. Et *Long.* Past. II. p. 32. (Ed. *Moll.*) qui etiam repetitum *καὶ* amans, interdum tamen, licet parcius, sic loquitur: *ἐσκίρτων, ἐσύριττον, ᾖδον*. Alia ex eodem dedimus ad Ver. Hist. I. c. Sed haec non magni sunt momenti. Alioqui plura congerere liceret, si ad ostentationem tantum haec componere velimus. Reitz.

Ead. l. 10. *Ὁπόσα τρέφει ζείδωρος ἄρουρα*) Passim *Homerus.* Bourd. *Homer.* Od. *Λ*, 308. Solan.

Ead. l. 10. *Τρέφει ζείδωρος ἄρουρα*) Parodia Homerica. Frequentius est tamen apud *Homerum φέρει ζ. ἀ.* ut Od. (lib. IX.) 357. Solan.

Pag. 17. l. 9. *Σοφὸς*) *Φυσικὸς* O. etiam hic habet. De Empedocle vid. Diall. Mortt. XX. et notas. Solan.

Ead. l. 13. *Οὔτις τοι* etc.) *Homer.* Odyss. *Π*, 187. Solan.

Ead. l. 15. *Φέρων ἐνέβαλον*) Vide, quae de hac phrasi notavimus supra de Merc. cond. c. 24. Et potius, quae *Hemst.* ad Dial. Mort. VI. §. 3. quae nondum legeram, cum illa notarem; alioqui jam tum eo remisissem lectorem. Reitz.

Ead. l. 16. *Ἐν τῇ σελήνῃ κατοικῶ*) Repertus est, qui serio assereret, de luna delapsum Emped. Vid. *Diogen. Laërt.* p. 231. C. Solan.

Pag. 18. l. 2. *Ἀπολύσων τῆς παρούσης ἀπορίας*) Sic in Hercule Gallico. Bourd.

Ead. l. 5. *Καταπτῶμαι*) Vid. supra ad pr. c. 11. monentem *Guyetum*, et suspicabere etiam hic *κατάπτωμαι* cum *J.* legendum. Sed quia et *πετάομαι* — *ῶμαι* pro *volare* aeque dicitur ac *πέτομαι*, numerum Edd. potiorem sum secutus. Erunt, qui *πετῶμαι* et *πτῶμαι* poëticum potius dicant, et *πέτομαι* praeferant, ut eo facilius a *πετάω expando*, distinguatur; quibus non adversarer, si verum foret, solos poëtas *τῷ πετῶμαι* et *πετάομαι* uti. Apud eos certe frequentius, quam alios. Nec tamen alii abstinent, ut ex *Diod.* et *Ael.* de anim. probare possem, si tempus sineret. *Aristot. πετόμενοι* ait, non *πετώμενοι*, de Animal. incessu cap. 10. pr. iterum f. et c. praeced item *πέτεσθαι* ibid. ac *πέτανται*. Sed *πετῶμαι* in Novo Foedere non semel, ut *Apocal.* IV, 7. *ἀετῷ πετωμένῳ* et VIII, 13. *ἀγγέλου πετωμένου* etc. Reitz. Scribendum sane cum Ed. *Junt* et Cod. *Poli κατάπτωμαι*, i. e. forma syncopata pro *καταπέτωμαι*. Male infra cap. 19. vulgo *ἀνεπτώμην* scribebatur pro eo, quod Cod. 3011. suppeditat, *ἀνεπτόμην*. Cf. supra c. 11. in. *κατεπτόμην*, et quae ibi sunt dicta in Adnot. Lehm.

Ead. l. 6. *Καπνοδόχης*) *Καπνοδόκης Th. Mag.* male. Solan. At vide omnino *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 307. Lehm.

Ead. l. 10. *Μὰ Δί'*) Legendum videtur, *οὐ μὰ Δί'*. Guyet, *Jens.* ad Abdic. cap. 2. sub *μὰ Δί'* saepe negationem intelligi, *Bud.* vero, *μὰ* per se negare, contendit. Quod si verum est, hic nihil opus erit addito *οὐ*. Atqui et nos ad Gall. c. 11. (ubi exemplis, in quibus *μὰ* adfirmat, addere potuissem ejusdem Gall. cap. 29.) quoque generaliter idem adfirmare visi sumus cum *Berglero* ad *Alciphr.* Verum ita tamen id intelligi velim, ut *μὰ* neget praemissa interrogatione vel oratione negante, vel subsequente; et sic *οὐ* ex praemissis recte intelligitur, interdum de novo additur, *οὐ μὰ Δί'* jungendo; ut sedulo multisque contra *Budaeum* observat *Devarius* de part. p. 261. ad 269. quem ideo hic citasse non piget, quia diligentius in ea particula versatus est, quam in aliis. Nondum tamen cum *Guyeto οὐ* insero, etsi *οὐ* in interrogatione non praemittitur, quia ex oppositione sequente *ἦν μὴ* patet, sensu negandi interpretandum esse. Veluti *immo* apud *Terent.* crebro tacite negat, sive ironice adfirmat, ut: *ubi* (est) *domine?* IMMO *apud libertum Discum.* Eun. III, 5, 6. Reitz.

Ibid. Τὴν ἀχλὺν) *Serv.* ad finem 2. Aeneid. v. 604. de hac nebula. *Aeschylus* Sept. adv. Theb. p. 80. *Apul.* lib. 1. Flor. (locus est II. E, 127.) Bourd. Cf. etiam Charon. c. 7. ubi idem *Homeri* locus simili ratione perstringitur. Lehm.

Ead. l. 13. *Δεήσῃ*) Eodem redibit, utrum Florentinae *δεήσει* malis, idque pro tertia futuri a *δεῖ* habeas, vel pro secunda fut. a *δέομαι*· utrum autem *δεήσῃ* retineas. Supra de Salt. cap. 3. pr. *τῆς ἀπολογίας σοι δεήσει.* Infra Dial. Mer. 2. a. m. *οὐδὲν δεήσει.* Sed Tim. c. 48. *οὐδὲν δεήσῃ τῶν — λόγων.* Conf. ad Imag. c. 5. REITZ.

Pag. 19. l. 4. *Καὶ τοῦτό ἐστιν*) Forsan *καὶ τούτῳ.* GUYET. Non rejicerem *τούτῳ*, si in libris esset. Jam vero nihil muto, exponens *τοῦτο* per *διὰ τοῦτο*, prosus ita, ut est in 2. Ver. Hist. c. 19. *εἰσὶ τοῦτο μάλιστα Πλατωνικώτατοι. Alciphr.* III. pag. 392. *τὸ χρυσίον ἀποδρύπτεσθαι, propter aurum lancinari*, ubi tamen *Bergl. διὰ* malit insertum, quia, quod verum est, duriuscule procedit oratio. In hoc *Luciani* autem nihil asperitatis, si omittatur. Et saepe in aliis phrasibus omittitur. *Diod. Sic.* L. II. c. 55. 68. *καταπλαγέντες τὸ μῆκος τοῦ πελάγους. Eurip.* Androm. v. 211. — *ταῦτά σοι ἔχθει πόσις, ob haec te odit maritus.* Ibid. 217. *Ἔκτεινας ἂν τάδ'; an propter ea interficeres?* Sic enim vertendum, non ut vulgo factum, *an occideres istas?* Confer mox cap. 25. *στεφθῆναι τὰ Ὀλύμπια.* Alia similia vid. ap. *L. Bos* de Ellipsi, p. 266. Ed. *Franek.* REITZ.

Pag. 20. l. 4. *Τοὺς κανόνας ἀπευθύνοντας*) Verbum est translatum a tectonica ad scholam Stoicorum. De hoc verbo *Theod. Marcil.* ad *Pers.* BOURD.

Ead. l. 12. *Πτολεμαῖον*) Euergeten intelligit, quamquam is palam amorem professus sororem duxit uxorem. Vid. *Herodian.* I. SOLAN.

Ead. l. 12. *Ἀνσιμάχῳ*) Filium pater, sive quod sibi insidias ab eo fieri comperisset, seu insita crudelitate percitus, necavit. Tangi hanc tragoediam a *Nostro* olim credebam De Salt. c. 58. nominato illic genero Antipatro pro filio Agathocle. Sed quoniam Agathoclem filium Lysimachus novercae amoris insimulatum interemisse traditur, hoc nunc potius sequor; deque Agathocle hic sermonem esse, non de Antipatro, comperio. SOLAN.

Ead. l. 14. *Στρατονίκῃ*) Pessime hic, et Calumn. non esse Cred. c. 14. tum veritati rei gestae, tum personae Antiochi consulit *Lucianus.* Quid enim a persona juvenis illius longius abfuit, quam natus illi Ovidii discipulo convenientes, non ei, qui valetudine ex amore celato contracta, vitae discrimen summum adiit, periturus haud dubie, ni Medici callida sollertia rem pervestigatam in lucem edidisset? Neque hoc ignorabat *Lucianus*, qui alibi historiam illam fuse narrat. Nisi forte haec a juniore *Luciano* scripta putes. Vide, quae alia

occasione de incuria scriptorum varia, rem eandem narrantium, a me observata sunt ad Pisc. cap. 36. De quodam dictum memini, tantam ejus esse urbanitatem, ut bis eandem fabulam eodem modo narrare non potis esset. SOLAN.

Ibid. *Τῇ μητρυιᾷ*) In multis Codd. *τῇ μητρὶ*, mendose. Historia narratur infra de Dea Syr. c. 17. de Imag. et Conscrib. Hist. *Galen.* lib. de praecognit. *Plut. Julian.* Imper. *Val. Max.* Similem refert *Aristaenet.* Epist. 13. l. 1. BOURD.

Ead. l. 15. *Ἀλέξανδρον*) Polysperchontis, ut videtur, filius, qui a satellitibus trucidatus, cujusque uxor Cratesipolis imperium fortiter tenuit. Ad *Diodor.* XIX. amandor. SOLAN. Fuit Alexander Pheraeus Thessalorum tyrannus, ab uxore Thebe interfectus, Jasonis ex fratre nepos et gener. *Plut.* Pelopida extr. p. 297. — 8. *πρῶτον τύραννον ὑπὸ γυναικὸς ἰδίας ἀπολέσθαι.* Alexander vero Polysperch. non in Thessalia, sed Peloponneso regnavit. I. I. WETST. Adiri jubent *Wielandius Diodor. Sic.* XV, 80. *Belinus Photii* Bibl. Excerpt. Conon. narrat. 50. p. 456. Quod autem hic Alexander plus quinquaginta annis major fuerit iis, qui modo commemorabantur, tribus regibus, id *Wielandius* monet in tali fictione non magis offendere debere, quam quod in cubiculum Ptolemaei introspicere potuerit Menippus. Similia per egregiam illam, quam idem Noster in Charone pinxit, vitae humanae tabulam de rebus historicis et geographicis notarunt passim docti commentatores *Hemsterhusius, Palmerius, Solanus.* LEHM.

Ead. l. 16. *Καὶ Ἀντίγονον μοιχεύοντα — καὶ Ἀττάλῳ* etc.) Vellem nos docuisset *Lucianus*, qui fuerit ille Antigonus, qui nurum suam adulterio polluit, et Attalus ille a filio veneno sublatus. Nam cum fuerint plures Antigoni, et plures Attali, dubium est, de quibus loquatur noster auctor. Nullus enim, quod sciam, eorum, qui exstant, historicorum, ea facinora notavit. De Antigono certe Coclite egregia inter patrem et filium usque ad mortem concordia vetat nos intelligere. Tum Philam Antipatri jam provectam aetate duxerat, et ideo adulterii minus suspectam: Deidamiam vero, quam duxit Molossidis regis filiam, nunquam Antigonus vidit, eam enim Demetrius Athenis reliquerat, quando in Asiam patri laturus auxilium ivit. De Antigono Gonata dicta crederem magis. Sed ea debent iis annumerari, de quibus tacet historia. PALM. *Plut.* Demetrio p. 895. A. de Phila: *ταύτην κομιδῇ νέον ὄντα τὸν Δημήτριον ἔπειθεν ὁ πατὴρ, οὐκ οὖσαν αὐτῷ καθ' ὥραν, ἀλλὰ πρεσβυτέραν λαβεῖν· ἀπροθύμως δ' ἔχοντι* etc. quod *Luciano* suspicionem praebere potuit. Non obstat aetas potuit enim Antiocho jam cognita fuisse, cum esset ju-

nior: et quae Demetrio provectae aetatis erat, poterat Antiocho juvencula videri. I. I. WETST.

Ead. l. 16. *Ἀττάλῳ*) Philadelphum tangere videtur, qui a sororis filio, non a suo, veneno necatus est. *Strab.* XIII. *Appian.* SOLAN.

Pag. 21. l. 1. *Ἀρσάκην*) Quem Arsacem, aut a quo haec tradita afferat, nescio. SOLAN.

Ibid. Γύναιον) Uxorem, an pellicem? GUYET.

Ead. l. 3. *Σπαρτῖνος*) Hic mihi prorsus ignotus. SOLAN.

Ead. l. 11. *Ἐμμόδωρον*) Haec jam aevi recentioris, quod mille illae indicant drachmae; stipendium enim notant philosophis ab Antonio assignatum. Vid. Eunuch. cap. 3. et Notas. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ἀγαθοκλέα*) Diversus hic videtur ab ejusdem nominis duobus, tribusve a *Nostro* memoratis. Certe Peripateticus ille dicitur, qui memoratur Demonact. c. 29. SOLAN.

Ead. l. 14. *Κλεινίαν*) Ignotus hic mihi, uti et sequens *Herophilus*. SOLAN.

Pag. 22. l. 2. *Ἀπαιτοῦντας*) Forsan *ἀπατῶντας*, aut *ἐπαιτῶντας*. SOLAN. Voluit posteriore loco haud dubie *ἐπαιτοῦντας*· idque et mihi, ut cum loco Charonis c. 15. in. maxime conveniens, valde probaretur, si vel variarent h. l. in aliquam partem libri nostri, vel omnino necessitas corrigendi urgeret. Quod tamen non ita est. Nam bene apud Athenienses, qui per hunc librum potissimum respiciuntur, conjuncti fingi poterant *οἱ δανείζοντες*, *foeneratores*, et *οἱ ἀπαιτοῦντες*, *exactores locatarum pecuniarum*. Cf. Hermot. cap. 18. Non tamen hoc satisfecit *Fritzschio*, qui, omnino cum *Solano* faciens, e loco Charonis *προσαιτοῦντας* conjicit in Praefat. ad Ed. Alex. etc. p. XXX. LEHM.

Ead. l. 5. *Οὐ τὴν τυχοῦσαν*) Sic supra Eun. cap. 11: *οὐ τὴν τυχοῦσαν διατριβήν*. Et Pisc. cap. 17. *οὐ τοῖς τυχοῦσι θηρίοις*, ubi et alia addidimus. Addi etiam posset *Alciphr.* III. Epist. 59. *οὐχ ὁ τυχών*, *non vulgaris aliquis*. Sed pluribus nihil est opus. REITZ.

Ead. l. 10. *Οὐ μὲν γὰρ ἦσαν εἰλαπίναι*) *Erasmus*: *ubi erant convivia*: cum sit, *alibi erant convivia*. Sic *Aristoteles* in Oeconomico quater usus est *οὐ* pro *alibi*. GRAEV.

Ibid. Εἰλαπίναι) *Homer.* Il. *Σ*, 94. SOLAN. Imo est versus 491. LEHM.

Ead. l. 12. *Ἐν γειτόνων*) Hoc verum esse, vid. supra c. 8. pr. REITZ.

Pag. 23. l. 2. *Ὁ Λάκων ἐμαστιγοῦτο*) Vide Anachars. cap. 38. etc. et Demonact. c. 46. SOLAN.

Pag. 24. l. 1. *Ἄχρις ἂν*) *Th. Mag. Thucydidem* semper *ἄχρι*, non *ἄχρις* dicere notat. Improbat *ἄχρις* pro *donec* etiam *Phrynich.* Sed vid. quae contra illum notamus ad Tox. c. 13. Et anne mox *ἐπᾴδοντες* pro *ἀπ.* legendum? REITZ. Vix digna, quae respiciatur, conjectura. *Ἀπᾴδοντες* h. l. necessarium erat vel ob illam, quam modo legeramus, vitae humanae *ἀναρμοστίαν*, et ob ea quae deinceps sequebantur, *τὰ ἀπῳδά*. Eleganter etiam adhibitum verbum de iis, qui confusam et incompositam cantilenam decantant ita, ut voces inter se vel maxime dissonent. LEHM.

Ead. l. 2. *Τῆς σκηνῆς*) Intellige *τοῦ βίου*. GUYET.

Ead. l. 9. *Οἰνόην*) Ad Marathonem urbs. *Meurs.* SOLAN.

Ead. l. 10. *Ἢ Ἀχαρνῆσι πλέθρα κεκτῆσθαι*) Puerilem sane plagam merentur interpretes, licet viri doctissimi, tamen teterrime in omnibus Edd. hic de Acarnania somniantes: tanquam Acharnae, regio Attices, adeo carbonibus suis sit obscura, ut debuerit ab illis ignorari. GRON. Vide *Meurs.* de Pop. Att. Adde *Palmerio Thucyd.* IV, 56. V. etiam *Gron.* not. SOLAN.

Pag. 25. l. 1. *Εἶτα τὴν Κυνοσουρίαν* etc.) Prima verba interpretatur *Erasmus* supine et aliud agens, vel ut jam dixi, adhuc juvenis et nondum ad culmen eruditionis evectus, ad quod postea pervenit. Nam in proclivi erat emendare et legere *Κυνουρίαν*, quae fuit regio inter Argivos et Laconas semper controversa *Thucyd.* L. V. *καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι ἠξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι, ἢ ἐς πόλιν τινὰ, ἢ ἐς ἰδιώτην περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται μεθορίας οὔσης.* De ea pugna, in qua tantus Argivorum numerus et Laconum cecidit, historia nota est ex *Strabone* lib. VIII. ex *Herodoto* lib. I. *Plutarcho* in parallelis, et aliis. PALM. *Κυνουρίαν*) Recte emendasse *Palmerium Κυνουρίαν*, adfirmat *Duker.* ad *Thucyd.* IV, 56. Et sic quoque emendandum esse Scholiasten *Luciani*, monet. Ipseque jam recte in *Thucyd. Κυνουρίαν* edi curavit, cum alii haberent *Κυνουργίας*, alii *Κυνοσουρίας*, Quare et hic vulgatum ejeci. REITZ.

Ead. l. 3. *Μιᾶς ἡμέρας*) Mantineensem pugnam innuit, de qua *Thucyd.* V, 40. et seqq. V. etiam Charon. c. 24. SOLAN. Vide potius *Herodot.* I, 82. et quos alios hujus rei testes collegerunt Commentatores ad Charon. c. 24. Tom. III. p. 477. sq. Hoc *Thucydidis* loco leviuscule inspecto erravit graviter *Solanus* de Mantineensi pugna cogitans, siquidem eam volebat, in qua Epaminondas cecidit. Turpius etiam hunc errorem repetiit *Gehrichius.* LEHM.

Ead. l. 6. *Ἂν ἐγέλων*) Vertitur vulgo *ridebam*: mallem *risissem*. De indicativi hac potestate subjunctiva non semel ante dictum. Vid. saltem notata ad Tox. c. 34. Et hic quidem tres ob caussas: primo quia *ἄν* additur, tum quia optativus *εἴ τινα ἴδοιμι* praemittitur; denique quod mox adjungat, *vix grani magnitudine adparuisse totum Pangaeum cum ipsis metallis*. Cum igitur vix hoc visu distinguere potuerit, qui annulos cujusquam videre potuit? Immo *εἴ τινα ἴδοιμι* est, *si quem videre potuissem*. Adeoque neutrum vidit. Sed quia cogitatione vidisse dici poterit, et sic etiam risisse, versionem non attigi. Reitz. Hallucinatur *Reitzius*. *Ἂν ἐγέλων* — quae vera est lectio: cf. Somn. c. 2. Ver. Hist. II, 20. ibiq. not. — est, *ridebam* (notione repetitae actionis) et *εἴ τινα εἴποιμι*, *si quem videbam*, h. e. *quoties* videbam. Totusque locus, syntactice spectatus, simillimus est illi c. 16 *καὶ ὅτε μὲν εἰς τὴν Γετικὴν ἀποβλέψαιμι, πολεμοῦντας ἂν ἑώρων τοὺς Γέτας· ὅτε δὲ* etc. Cernere autem hos annulos, quin etiam numerare, potuit Menippus non minus certe, quam omnia ea, quae supra capp. 15. et 16. idem sibi visa tradidit. Nihil ineptius, quam talia ad amussim metiri. In Codicibus autem particulam *ἄν* facile nec raro cum sequente verbo compositam reperiri, acute inter alios *Jacobsius* vidit ad Hermot. c. 3. et 29. Lehm.

Ead. l. 6. *Πάγγαιον*) V. *Xenoph.* p. 324. 41. Ed. *Steph.* ubi prave legitur *Παγκαίῳ*. *Eurip.* PH. p. 477. C. et *Clem. Alex.* p. m. 111. C. ubi a Cadmo inventa ea metalla docet. Solan.

Ibid. Ἀὐτοῖς μετάλλοις) De *σὺν* hic rursus intelligendo si nondum satis monitum est, vid. Gall. cap. 26. et infra cap. 27. Reitz.

Pag. 26. l. 3. *Ταῖς μυρμηκίαις μάλιστα ἐῴκ.*) Scribe *ταῖς μυρμηκιαῖς μάλιστα ἐῴκεσαν*. Nam *μυρμηκιὰ* est *ἡ μυρμήκων ὀπή*, et mox *ἀνεπτόμην δώματ᾽ εἰς Ἀγιόχοιο Διός*. Graev.

Ead. l. 9. *Διασείσας ἐμαυτὸν*) Et pro *concutere*, *agitare*, et pro *vexare* usitatum esse si quis nescit, adeat *Jac. Elsner.* ad Evang. *Luc.* III. 14. ubi *μηδένα διασείσητε* hoc *Luciani* aliorumque exemplis illustratur. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἀνεπτώμην*) *Ἀνεπτόμην*. *Ἀνάπτομαι*, *ἀνεπτόμην*, *κατεπτόμην* supra. Guyet. Confer supra notata ad cap. 13. et 11. Reitz.

Ead. l. 10. *Δώματα*) *Hesiod.* 1. Oper. Bourd. *Homer.* Iliad. A, 222. Solan.

Pag. 27. l. 6. *Φιλοσόφων*) Lege omnino *Plut.* de Luna, 1696. 1727, Solan.

Ead. l. 9. *Διχότομος ἢ ἀμφίκυρτος*) Verte, *dividua, aut utrinque turgida*, i. e. aequa portione divisa; aut major dimidia, minor plena. SOLAN.

Ead. l. 13. *Φασί μοι*) In Flor. Cod. *φασί μου*. Caetera Homerica sunt. BOURD.

Ead. l. 14. *Παρὰ γὰρ ἡλίου*) *Παρὰ γοῦν ἡλίου*. MARCIL.

Ead. l. 15. *Προαιρουμένοις*) Et hoc deesse in O. sed admodum dubie, notarat *Solanus*. At cum necessario adsit in Edd. nihil me movet ista suspicio. REITZ.

Ead. l. 17. *Λίθον*) V. *Xen.* Ed. *Bas.* 495. B. qui Anaxagorae tribuit; *Orig.* c. Celsum V. 238, 2. *Diog. Laërt.* pag. 35. A. *Schol. Pind.* ad Ol. I. p. m. 13. B. et *Suid.* SOLAN.

Pag. 28. l. 6. *Ἐπὶ τῆς σκηνῆς*) An *ἀπὸ τῆς σκηνῆς; post scenam.* Placet. GUYET. *Ἐπὶ τῆς σκηνῆς*) Sic *Chrysost. Ὁμ. κ', Ἀντιογ. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἐδόκει βασιλέα βλέπειν*, de Elia. SOLAN. Placet mirifice quantum ad sententiam, quod *Erasmus* dedit, *in operto:* sed quomodo cum verbis Graecis, ut leguntur in libris, quos consulere potui, omnibus, conciliari possit, non apparet. Vellem legeretur *ὑπὸ τῆς σκηνῆς*. Dum illud ostendatur, sequi forte praestat verba, ut nunc habemus. Non vult revelare Luna vitam illorum, quam scenica sit, quam ficta, et intus turpis. GESN. *Erasmi* versionem nollem normae esse lectionum conjectandarum, utpote nimium passim juvenilem. Mox enim idem verba, *οἱ δὲ οὐδὲν ἀνιᾶσι*, reddens: *At illis pro nihilo est*, cogitavit, ni fallor, de voce *ἀνιῶσι*. neque necesse est suspicari, sic eum vere legisse. Et h. l. ille sensum quendam suum, non auctoris mentem, videtur secutus, vertisse. Nec male ipse *Gesnerus* vulgatum defendit. Simillimam vide comparationem Necyom. c. 16. LEHM.

Pag. 29. l. 3. *Ἐν περιπάτῳ*) Adleverat orae Ed. *Graev. Hemsterhusius*, adeundem *Ez. Spanh.* ad *Aristoph.* Ranas v. 973. Ibi autem *Aristoph. Ἐπυλλίοις, καὶ περιπάτοις, καὶ τευτλίοισι μικροῖς, concisis disputationibus, et verbis minutis.* Ad quae *Spanh.* „*Περιπάτων* voce infra quoque utitur v. 984. *Οὐ σοὶ γάρ ἐστι περίπατος κάλλιστα περί γε τούτου, neque enim pulchra tibi est disputatio ea de re.*“ Ubi Scholiastes: *περίπατοί γε, διατριβαί. Lucianumque* h. l. adducit. Unde quidem non conficitur, hicne cum O. et P. plurali num. hanc vocem legendam, an singulari, cum vulgata: sed singularis hic videtur aptior, quia, quando *περίπατοι* pro disputationibus ipsis usurpatur, figuratum est; hic vero locus ipse designatur, quia *διατριβαὶ ἐν περιπάτῳ* dicuntur, et Academia additur. REITZ.

Ead. l. 4. *Πρὸς αὐτῶν*) Non opus esse *παρ'* cum O. sed vulgatam probam esse, vix testimoniis indiget: vide tamen sic *πρὸς ἡμῶν* Timon. c. 9. f. ibid. c. 5. 15. et 25. Reitz.

Ead. l. 5. *Ἔσται ταῦτα*) Sic supra in Alex. seu Pseudom. cap. 22. f. *ἔσται πάντα, ὁπόταν ἐθελήσω ἐγώ.* Ubi vid. notata; quibus addere liceret non ita longe abeuntem *Alciphr.* I. Ep. 32· *μηδὲ κρείττονος εἴη σοι τυχεῖν ἐρασιοῦ.* Ubi *εἴη* pro *fiat, contingat,* similiter positum: sed nihil adeo singulare hoc est, et est festinandum. Reitz.

Ead. l. 7. *Ἔνθα μὲν*) *Homer.* Od. *K*, 98. Solan. *Ἔνθα μὲν*) Quia *μὲν* in *Homeri* l. d. est, servavi illud quidem; sed *μοι*, quod marg. *Ald.* exhibet, ad sensum in *Luciano* convenientius duco, si pro *μὲν* substituatur, non addatur, quod versus respueret. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἐδόκει μοι ὡς εἶχον εὐθὺς εἴσω παριέναι*) *Benedictus: mihi, ut habebam, illico videbar ingressurus.* Quanto rectius et elegantius *Erasmus: mihi visum est protinus ita, ut eram, introire.* Notissima formula tam Graeca, quam Latina. Gron.

Pag. 30. l. 3. *Ἐκοπτον — τὴν θύραν*) In *Act. Apost.* XII, 13. est *κρούειν τὴν θύραν.* Sed utrumque dici docet *J. Elsner.* Observ. T. I. p. 411. Plura *Graev.* ad Soloecistam, haud ita longe a fin. ubi monet, veterum januas extrorsum versas, et exeuntem aeque pulsasse fores, atque intrantem. Vid. interim *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 1098. ubi *κόπτων τὴν θύραν* quoque occurrens ita exponit: „*Eumeris* Ms. in Dictionibus Atticis: *Κόπτει τὴν θύραν, ἔξωθεν· Ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν, Ἀττικῶς. κροτεῖ δὲ Ἑλληνικῶς.* Sic *Aristoph.* Acharn. 401. *κόψω τὴν θύραν.* In Concion. vero 982. *κρούσῃς τὴν θύραν, pulsabis januam.*“ Reitz.

Ead. l. 7. *Ἅμα*) *Μὲν* hic male esse in Ed. *Par.* notat *Solan.* falso. Nam et haec *ἅμα* cum cett. habet, aeque ac O. Reitz. *Reitzii* suspicor, non *Solani*, esse errorem. Ille enim, quod hic ad praecedentem paginam, ad verba quidem, *καὶ ἅμα πρὸς τὸ ἄναντες ἕτεινον τὴν ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ* notaverat, pro vulg. *τὴν* in *Par.* esse *μὲν*, ad hunc plane alienum locum festinando traxisse videtur. Lehm.

Ibid. *Ὑπετάραττε — τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπτερωμένους*) Vide ineptias interpretum, haec verba, *ὑπετάραττε γὰρ ἡσυχῇ τὸ παράδοξόν μου τῆς ἐπιδημίας· καὶ ὅσον οὐδέπω πάντας ἀνθρώπους ἀφίξεσθαι προσεδόκων, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπτερωμένους*, sic vertentium: *Nonnihil enim ipsos turbabat novus et inopinatus adventus meus, et quod nunquam futurum exspectabant, ut omnes homines ad eundem morem*

alati venirent. In qua versione nihil sani. Nescierunt, ὅσον οὐδέπω, et ὅσον οὔπω, eleganti idiotismo Graecis significare *jam jam*, *paulo post*, quod dudum observavit magnus *Budaeus*. Verte: *Turbabat enim eos nonnihil necopinus meus adventus, et quod statim* vel *mox omnes homines ad eundem modum alatos adventuros putarent.* GRAEV.

Ead. l. 8. Ὅσον οὐδέπω) Vid. supra 1. Ver. Hist. c. 8. f. Item de Merc. cond. c. 31. REITZ.

Ead. l. 11. Τιτανῶδες) Titanicum torvum vocant ac tetricum, ac cujusmodi feruntur fuisse veteres illi Titanes. Idem in Timon. COGN.

Ead. l. 11. Εἰς ἐμὲ ἀπιδών) Nihil novi est, praepositionem oppositam addi verbis compositis; tamen interdum notandum, quia nonnullis alibi suspecta fuit locutio, ut supra quoque notavi ad Quom. Hist. c. 42. Addo hic *Hippocr.* S. VI. de Artic. p. m. 93. ὡς ὅτε εἶσω ἐξέπιπτεν, *cum* (caput ossis) *intro excidit*, i. e. *luxatum est.* Adde 1. Ver. Hist. cap. 26. εἰς τὸ κάτοπτρον ἀποβλέψῃ. Sed obvia haec ὅσα κόνις. REITZ.

Ead. l. 12. Τίς πόθεν etc.) *Homer.* Odyss. Α, 170. etc. SOLAN. Imo vide Od. Α, 170. *Solani* errorem, ut fit, repetierunt recentiores. LEHM.

Ead. l. 13. Μικροῦ) Pro μικροῦ δεῖν. Sic fere *Aesop.* Fab. V. ὡς μικροῦ καὶ ἀποθανεῖν. REITZ.

Ibid. Ἐξέθανον) Conf. supra Quom. Hist. c. 20. SOLAN.

Ead. l. 15. Ἐμβεβροντημένος) Ἐμβρόντητοι, καὶ ἐμβεβροντημένοι, a Graecis κυρίως adpellantur, quorum mens aut ictu fulminis, aut incredibili ejus pavore obstupescit: utrumque vocabulum per metaphoram ad alia transfertur. Stupidum atque animi impotentem plerumque significat. *Moscop.* καὶ ὁ ἐμβεβροντημένος ὁ ἔξω φρενῶν. *Demosth.* de Coron. ἐμβρόντητε, εἶτα νῦν λέγεις; Hos Latini *attonitos* dicunt. *Cels. Attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus et mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo; ἀποπληξίαν Graeci vocant. Ovid.* Trist. I.

Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus
Vivit, et est vitae nescius ipse suae.

Xenoph. Ἀναβασ. γ. et Ἑλλην. δ. usus est his dictionibus. COGN.

Pag. 31. l. 6. Ὦτον — Ἐφιάλτου etc.) *Homer.* X. Odyss. Λ, 307. et seqq. SOLAN. Cf. Charon. c. 1. et quae ibi *Hemsterhusius* de his Aloidis disserit Tom. III. p. 430. sq. Mox ἐπὶ ξενίᾳ legitur consentientibus omnibus libris, ut Ver. Hist. I, 29. ubi tamen duo Codd. Pariss. male ἐπὶ ξενίας, et Ver. Hist. II, 36. ubi vulgatam lectionem ἐπὶ ξενίαν, vestigia Co-

dicum Pariss. secutus, qui ἐπὶ ξενία exhibent, ad *Luciani* morem scribendi revocavi. Vid. ibi adnot. et praeterea *L. Bos* Ellipss. p. 493. ibique potissimum *Schäfer.* qui contra *Bosium* monet, ξενίᾳ a Substantivo ξενία, non ab Adjectivo ξένιος, suppleto τραπέζῃ, esse repetendum. LEHM.

Ead. l. 14. Ἡμῶν) Lege ἡμῶν· narrantur enim haec, non dicuntur. SOLAN. Ἡμῶν vel ob *variationem narrationis* praeferendum. Omnino de hoc orationis habitu subtiliter agit *Fritzschius* Quaestst. p. 140. et de h. l. pag. sq. LEHM.

Ead. l. 16. Ἀπὸ Φειδίου) De Phidiae posteris quaerit, ut cui ob statuam tantum debeat: quibus etiam ideo sacerdotium attributum est; de quo vide *Pausan.* El. p. 161, 35. SOLAN.

Ead. l. 17. Τὰ Διάσια) Conf. supra Tim. cap. 7. ibique notata ab *Solano* et ab *Hemsterhusio.* REITZ.

Pag. 32. l. 1. Τὸ Ὀλύμπιον) Ναὸν scilicet. GUYET. Aegre ναὸς potest intelligi, nisi τὸν Ὀλύμπιον legas. Sed τὸ bene habet, si ἱερὸν, vel τέμενος, vel simile quoddam neutrius generis nomen intelligas. Et amant nomina sacellorum neutrum genus, ut τὸ Ἀνουβείδιον, *Anubis templum*, τὸ Ἀνάκειον *Castoris* et *Pollucis*; de quo vid. *Hemsterh.* ad Timon. c. 10. REITZ.

Ibid. Ὀλύμπιον) Consule de hisce *Meurs.* Athen. Att. I, 60. etc. (AG. IV. 849.) *Marm. Ox.* 118. et *Plin.* XXXVI, 6. Aeque autem scribitur Ὀλύμπιον et Ὀλυμπιεῖον. A Perseo inchoatum. *Liv.* XL, 20. SOLAN. *Livii* locus est libri XLI. cap. 20. LEHM.

Ead. l. 2. Δωδώνῃ) Neque quando hoc factum sit, ego novi. SOLAN.

Ead. l. 6. Παίζειν ἔχων) Παίζειν ἐκὼν inveniebam in *Par.* quod *Solanus* non animadverterat. Sed, ἔχων rectius alias habere, cum Scholiaste videns, id omnino recepi. Est enim ἔχων pleonasm. verus. Vid. omnino notata supra ad Asin. c. 20. quae etsi vulgaria, tamen maxime faciunt ad lectionem vulgatam stabiliendam; quae cum sic bene habeat, plura non addam. Nam πλεονάζει τὸ ἔχειν etiam in aliis locutionibus, veluti apud *Alciphr.* I. Epist. 1. f. ἀπηνεγκάμεθα γαμηταῖς καὶ παιδίοις ὄγκον οὐκ ὀλίγον ΕΧΕΙΝ τῶν λεπτομερῶν ἐγθύων. *Noster.* Tox. c. 45. δὸς μοὶ τὴν θυγατέρα — γυναῖκα ΕΧΕΙΝ. *Hesiod.* Ἔργ. v. 42. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. Si tamen plures Edd. aut Codd. ἐκὼν haberent, suspenso pede irem in mutando; nam et sic in *Liban* sine varietate, Epist. XIV. p. 4. παίζειν ἐκὼν, *sponte ludis.* REITZ. De voce ἔχων vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 258.

Gregor. Cor. p. 146. Ed. Schäf. et interprr. et *Benj. Weisk.* Pleonasm. Gr. p. 106. sq. LEHM.

Ead. l. 6. *Φιλόκαινον*) Schol. Coll. et *Fl.* Ed. uti sententia necessario postulat. Exsulare itaque jussimus vulgatum *φιλόνεικον*. SOLAN. Nescio, quis locus hic esse possit τῇ *φιλονεικίᾳ*. *Φιλοκαινίαν*, *novarum rerum studium* reprehendi, apparet. Atque ita interpretatus sum. Vel sic, vel *φιλοκενίαν*, legi voluit *Solanus*. Dedit enim *levitatem*. GESN.

Ead. l. 8. *Πάντα ὅλως ἦν ἐγώ*) Exempla hujus locutionis, quae etiam est in I. Epist. *ad Corinth.* XV, 28. dedit *J. Elsner.* Observ. T. II. p. m. 126. REITZ.

Ead. l. 9. *Μεσταὶ δὲ Διὸς*) *Arat.* v. 2. SOLAN. Confer supra ad Prometh. c. 14. REITZ.

Ead. l. 13. *Δυνατὸν*) *Τὸ ἦν* subaudiendum. An librario excidit restituendum? GUYET.

Ead. l. 14. *Ἐν Περγάμῳ*) Vide *Pausan.* p. 160. 16. SOLAN.

Ead. l. 15. *Βενδίδειον*) Dea Thracia Bendis; vide Jov. Trag. c. 8. *Hesychius* eandem cum Diana facit. Vide *Strab.* IX. X. pag. 471. et *Procl.* in Tim. I. de festis ejus. Athenis etiam colebatur. *Xen.* Ἑλλ. β'. p. 277. 14. SOLAN.

Ead. l. 16. *Ἀνουβιάδιον*) Nihil variare Edd. notat *Solan.* quare? Forsan quia alias etiam *Ἀνουβίδιον* invenias. Sed *Ἀνουβιάδιον* etiam supra Tox. c. 28. REITZ. At illic jam correctum, ut par erat, *Ἀνουβίδιον*. Vid. *Lobeck.* ad *Phryn.* p. 372. et quos laudat *Jacob.* ad Toxar. p. 101. LEHM.

Pag. 33. l. 1. *Ἐπὶ ταῦτα*) *Τούτοις* etiam marg. *A.* 1. Sed quoties ejus lectio consentit cum *Fl.*, suspicio mihi est, id varietatis ex ipsa *Fl.* desumtum, quia subinde additum video, id inde esse petitum; quare postea in hoc Dial. talia in variantt. non commemorabo, quae bis idem dicunt. Sufficiat lectorem semel monuisse, quidquid *Fl.* singulare habet, id hic margini huic etiam adlitum. Ubi autem cum al. Codd. consentit margo eadem, aut ubi quid novi adfert, id addere haud negligam unquam. REITZ.

Ead. l. 2. *Ἑκατόμβας παριστᾶσιν*) Verbum hoc usitatum esse in sacrificiis, pluribus probat saepe jam laudatus *J. Elsner.* ad *Rom.* XII, 1. Ubi hujus Lucianei non est oblitus. REITZ.

Ead. l. 3. *Διὰ πέντε ὅλων ἐτῶν*) De ea phrasi dictum est ad De Sacriff. c. 11. SOLAN.

Ead. l. 6. *Ἅττα*) Etsi *ἅμα* verosimile est, nihil tamen mutavi, quia et alterum Nostro frequentatur. Vid. supra Tim. c. 28. Imag. c. 15. Lexiph. c. 5. Rhet. c. 16. etc. REITZ.

Ead. l. 10. *Καθίσας οὖν ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς πρώτης*) Cum

vox posterior non possit alio referri, quam ad *θυρίδα*, opinor longe melius intellexisse *Erasmum: cum ad primam consedisset*, quam *Benedictum: quarum in prima sedens*, quod ille haud dubie ad sellam retulit, abiens ab Graecis, quod non oportuit. GRON.

Ead. l. 15. *Φῦναι*) Facile nunc renuntio ei, quam in Addendis ad Tom. IV. Hermot. c. 63. et 65. et Scyth. c. 4. minus circumspecte contra *Guil. Dindorfii* emendationes tueri conatus eram, scripturae *δύναι* et *διεκδύναι*, quippe tum privatis literis ab ipso *Dindorfio* acerbius, quam ex re erat, notatus, tum a *Schäfero* palam in Comment. ad *Demosth.* Tom. I. p. 238. ea, quae huic viro prope singularis est, humanitate, nec tamen eo minus graviter, monitus. Ceterum constanter in omnibus libris, ut h. l., ita etiam Lexiph. c. 25. *δῦναι* et Pro Imagg. c. 16. *ἀναδῦναι* scriptum reperitur. LEHM.

Pag. 34. l. 2. *Στεφθῆναι τὰ Ὀλύμπ.*) Iterum pro *στεφθῆναι διὰ τὰ Ὀλύμπια* Conf. supra cap. 14. *καὶ τοῦτό ἐστι βασιλεύς.* Adde hic *Aristoph.* Ed. 644. *Εἶτ' ἐστεφάνουν μ' εὐαγγέλια, tum coronarunt me ob laetum nuncium*, quod *Kusterus* ad Plut. 765. et Scholiast. ad hunc vers. Equit. clarius exponit eadem ellipsi *τοῦ διὰ*, quam *Spanhem.* qui *et illa laeta me coronarunt nuntia* vertens dubium facit, sitne *εὐαγγέλια* nominandi an accusandi casus. Sed quia eadem ambiguitas in Graecis, data opera ad verbum sic videtur vertisse, cum in ipso *Aristoph.* textu planius conversum sit: *ob laetum me coronant nuntium;* quod ipsum satis tamen patet ex aliis exemplis ab eodem *Spanh.* l. c. ad Equit. et *Kustero* ad Plut. adductis; licet in Pluti loco alia sit constructio, quam *Spanhemius* melius indicat *Kustero;* ait enim *Aristoph.* Plut. 764. — *κἄγωγ' ἀναδῆσαι βούλομαι Εὐαγγελιά σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ Τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα*, ibique *ἀναδῆσαί σε ἀπαγγείλαντα τοιαῦτα εὐαγγέλια* connectendum recte monet *Spanh.* REITZ. *Coronari Olympia* dixit ad hanc formam *Horat.* Epist. I, 1, 50. *Quis magna coronari contemnat Olympia.* GESN.

Ead. l. 7. *Ἀλλ' ἕτερον*) *Homer.* Il. *Π*, 250. SOLAN.

Ead. l. 16. *Ὥςπερ ὁ Πύῤῥων*) *Gell.* L. XI. cap. 5. de Pyrrhoniis loquens scribit: *Nihil decernunt, nihil constituunt.* De his *Cic.* in Lucull. COGN. De hoc ejusque dubitatione vid. supra Vit. Auct. versus fin. REITZ.

Pag. 35. l. 2. *Ἑρμόδωρον*) Vide supra c. 16. SOLAN.

Ead. l. 7. *Ἃ δεῖ ποιεῖν*) Non absurde Ms. *προσέταττε τοῖς ἀνέμοις καὶ ταῖς ὥραις, ἃ δεῖ πονεῖν.* Vulgati *ποιεῖν. Praecepit ventis et tempestatibus, in quibus esset*

elaborandum. GRAEV. *Tempestates* interpretatus est *Wielandius*, ac si essent coeli (Gewitter), quum sint anni. Latina scilicet inspexerat, non Graeca. LEHM.

Ead. l. 16. *Ἄττιν*) Sic recte scribi, vid. supra Deor. Dial. XII. et notam *Solani.* Sed confer not. *Hemst.* qui et *Ἄττην* scribi contendit. Ego *Ἄττιν* hic servo, quia sic longe plurimi Codd. et Edd. omnes. Item infra *Ἄττις* Eccl. cap. 9. pr. et alibi. REITZ. Mihi satius videbatur Oxoniensem sequi Codicem, qui *Ἄττην* exhibet, convenienter cum loco Diall. Deor. XII, 1. ubi meam de hujus nominis scriptura sententiam protuli. LEHM.

Ead. l. 16. *Σαβάζιον*) Conf. *Bochar.* Chan. I, 18. et *Meurs.* de Gr. fer. Vide etiam Deor. Conc. c. 9. SOLAN.

Pag. 56. l. 1. *Ἄρτον δὲ ἡ Δημήτηρ*) Ceres, Opis et Saturni filia, Dea frugum fingitur, plerumque pro pane aut cibo accipi solet, secundum illud *Terentii: Sine Cerere et Baccho friget Venus.* Cur autem ab antiquis Dea judicata sit, quaeve prima repererit, scribit Plin. L. VII, c. 56. COGN.

Ead. l. 2. *Ἡρακλῆς κρέα*) Voracem fuisse Herculem et supra visum est Amor. c. 4. et multa ejus nomina produnt. V. *Plut.* 1187. 2. SOLAN.

Ibid. Καὶ μύρτα ἡ Ἀφροδίτη) *Καὶ μύρα ἡ Ἀφροδίτη.* MARCIL. Haud addicentibus sane avibus mutare jussit *Marcilius: μύρτα* enim suis civibus apponit *Plato* in sua Rep. sacramque Veneri arborem nemo ignorat. SOLAN. Non adducor, ut credam *Marcilium* fugisse, myrtum Veneri sacram, quod vel pueri norunt ex *Phaedr.* III. fab. 17. atque inde coronas plexas in conviviis, ut ap. *Hor.* 2. Od. 7, 25. et ubivis exstat; sed *μύρα unguenta* plus facere ad lautas epulas existimavit; quae Veneri etiam recte tribuuntur. At nihil mutato opus esse monet etiam *Wesseling.* Obs. p. 51. — 2. scribens: *Venus fructum arboris sibi consecratae confert, componitque se ad exemplum aliorum, quos inibi commemoraverat Lucianus, res sibi sacras, aut acceptas contribuisse. Et erant olim esui myrti baccae; Plato suos cives μύρτοις,* myrtis *tanquam bellariis vesci voluit, L. 2. de Rep. p. 272. Habet etiam huc pertinentia Athenaeus L. XIV. Deipnos. c.* 18. *et* 19. Haec ille, et adsentior, licet *Phaedrus* myrtum sterilibus arboribus adnumeret. Non attenderunt prisci interpretes, haud scriptum in Luciano *μύρτον*, cum verterent *myrtum*, sed *μύρτα baccas myrti*, sive *myrta.* Autumni fructibus, quibus hortus superbiebat, *μύρτα* adnumerat *Long.* Past. II. p. 35. Ed. *Moll.* REITZ.

Ead. l. 3. *Μαινίδας*) Non adeo lautas, quippe quibus

vescebatur sutor Micyllus Gall. c. 22. Ridiculi causa dictum puta: de iis enim nihil tale *Athenaeus*, qui diligenter ista plerumque exsequitur, quem vide 313. Imo alibi *Casaubonus* docet, Hecatae mactari solitas, ad 325. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ἡρέμα*) Confer de hoc adverb. ad Merc. Cond. cap. 28. REITZ.

Ead. l. 7. *Οἱ καὶ θεοὶ*) *Οἱ δὲ θεοί.* GUYET. *Οἱ καὶ θεοί, ὡς Ὁμηρός που λέγει καὶ αὐτὸς οἶμαι καθάπερ ἐγὼ τἀκεῖ τεθεαμένος, οὔτε σῖτον ἔδουσιν, οὔτε* etc. Vertuntur haec: *Dii autem, ut alicubi Homerus dicit, quin etiam ego, ut qui illud ibi sim conspicatus, neque frumentum edunt, neque* etc. En interpretis somnia! Verte: *Dii namque (ut alicubi Homerus ait, et ipse, puto, sicut ego, conspicatus ea, quae ibi fiunt) neque frumentum edunt, neque* etc. Narrat Menippus cum alia, quae in coelo vidit, tum Deorum quoque epulas. JENS. Cf. Varr. Lectt. Verborum, quae proxime praecedunt, *ἐνέχει μοι φέρων*, falso a *Gesnero* redditorum: *infusas mihi ferebat*, genuinam vim corrigendo expressi, monitus a *Fritzschio* praestantissimae *Hemsterhusii* observationis ad Diall. Mortt. VI, 3. Ed. meae maj. Vol. II. p. 500. sq. LEHM.

Ead. l. 9 *Οὔτε σῖτον ἔδουσιν* etc.) *Οὔτοι σῖτον ἐδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον.* GUYET. *Hom. Il. E*, 341. SOLAN. Versus *Homeri* est, *Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον·* quem addo, ut adpareat, quam probe *Guyetus* conjecerit, si mensura versui sit restituenda; jam vero vel totus versus *Homericus* poterit ita recipi, uti est apud ipsum, vel prorsus nihil mutandum, et pro allusione tantum accipiendum. Et quis credat, adeo ad verbum tenuisse carmina *Homeri* Lucianum, ut numeros semper meminerit, non vero sententiam solum? REITZ.

Ead. l. 12. *Αὐτῇ κνίσῃ*) *Τὸ σὺν* intelligendum. GUYET. Recte: sed habuimus id tam crebro, ut plura addere pigeat. Vide saltem ad Gall. c. 26. REITZ.

Pag. 37. l. 1. *Τῆς τε Ἡσιόδου*) Censeo, *Lucianum* scripsisse *τάς τε Ἡσιόδου θεογονίας ᾖσαν ἡμῖν. Hesiodi Theogonias canebant.* Non *τῆς θεογονίας*, ut vulgo legitur. GRAEV. Rescribi curassem cum *Graev. τὰς*, si plures Codd. addicerent. Nam *ἀείδω* cum genitivo ubi occurrat, nescio: sed posset usitatissima ellipsi pronominis *τί* vel *μέρος*, accipi; maxime quia non omnem *Hesiodi* plus mille versuum Theogoniam, sed partem tantum ejus cantare potuerint, uti etiam ex *Pindaro* Oden unam tantum cantasse narrantur. Si vero *Hesiodi* carmina in Odas hymnosve divisa fuissent, salva foret vulgata lectio, construendo *ᾖσαν τὴν πρώτην τῶν ὕμνων*

τοῦ Πινδάρου καὶ τῆς Θεογονίας· Ἡσ. Nam etiamsi ἀείδειν τινὸς probum esset per se, minus tamen hic placeret nexus ᾖσαν τῆς, καὶ τήν, (quamvis ego recte dici posse sciam, δός μοι τοῦ οἴνου, καὶ τὸν ἄρτον, ubi portionem vini, totumque panem simul postules.) Τὰς Θεογονίας denique et hoc difficultatis videtur relinquere, quod *Hesiodi* titulus sit Θεογονία singul. num., non Θεογονίαι plur. Verum haec minor est priore, quia, cum plurium Deorum complectatur nativitatem, nihil prohibet, quin ita *nativitates* dicatur. *Gesneri* versio ad *Graevii* sententiam est adcommodata. Reitz. Nec non *Erasmi* et *Wielandii*. Neque mihi dubium est, quin τὰς Θεογονίας in plurali scripserit auctor, i. e. singulas quasdam theogoniae Hesiodeae partes, singularum quarumdam gentium divinarum origines et necessitudines. Lehm.

Ead. l. 3. Τοῦ Πινδάρου) Quia eodem redit, τοῦ an τῶν hic legas, nihil mutavi: interim τῶν verum credo, ut revertat ad ὕμνων. Quod in adlegandis poëtis, aliisque scriptoribus, *Noster* sine articulo eorum nomina ponere amat, ut hoc ipso cap. jam bis. Item c. seq. καθ' Ὁμήρου εἶπω, et Gall. c. 2. τὰ Ὁμήρου ποιήματα. Eod. Gall. c. 6. καὶ μὴν Ὁμηρος λέγει. C. 7. tamen ὁ Πίνδαρός φησι bis, et c. 8. κατὰ τὸν Ὅμηρον. Quare quisque legat, ut lubet. Reitz. Cf. Varr. Lect. Lehm.

Ead. l. 5. Ἄλλοι — Εὗδον etc.) Ex *Homeri* Il. B. v. 1. ex quo corrige ἔχε pro εἶχε· idque per se etiam metrum exigit. Jens.

Ead. l. 6. Ἔχε) Recte emendarunt *B.* 2. et *Par.* editores illud ἔχε, quod in reliquis impressis et Ms. Ox. in εἶχε mutatum fuerat: ita enim et apud *Homerum* legitur, et postulat carminis ratio. Solan. Sola *Par.* hic sapuit ἔχε exhibendo. *Solanus* ἔχε etiam in *B.* 2. esse addiderat. Sed festine nimis eam inspexit; nam ἔχει habet. At ex *Homero* facilis erat emendatio, quam *Jens.* ante *Solanum* dudum indicavit, quamque inde haurire potuit; ut video in aliis fecisse eundem *Solannm*, quod obiter in praefatione indicabo, si meminero. Reitz. Tertia est Basileensis, in qua legitur ἔχε. Hanc igitur *Solanus* cum secunda confudisse videtur. Lehm.

Ead. l. 14. Κοινώσασθαι) Ita et supra Jov. Trag. cap. 5. f. μὴ κοινούμενος περὶ τῶν οὕτω μεγάλων. Quare *Parisinae* lectionem repudiavi, etsi uno Cod fultam. Reitz.

Pag. 38. l. 6. Ἐτώσιον etc.) Iliad. Σ, 104. Solan.

Ead. l. 8. Λόγων λαβυρίνθους) Sic Conviv. cap. 6. Ἀλφιλος ὁ Λαβύρινθος ἐπίκλην. Bourd.

Ead. l. 9. *Ὠνομάκασιν*) *Τὸ ἑαυτοὺς* hic reponendum videtur. Vid. lib. vett. GUYET. Deest *ἑαυτούς*. SOLAN. Nescio, num opus sit pronominis additione, quia et alibi omittitur *ἑαυτοὺς* et *αὐτούς*. Vid. ad 1. Ver. Hist. c. 30. *ἀποῤῥίψαντες*, ibique L. Bos. Et nos ad Astrol. 1. Ubi et potuissem addere *Aristid.* Or. pro Rhet. ipso pr. *Οἶμαι δεῖν, ὅστις μέλλει τὰ δέοντα ἐρεῖν, ἢ ψήφου κύριος ὀρθῶς ἔσεσθαι, μὴ τοῦτο σκοπεῖν* etc. Ubi *αὐτὸν* ante *ὅστις* omissum. At hoc non pertinet ad *ἑαυτοὺς*, de quo supra: quod tamen in aliis verbis saepe omitti, ut in *ὑπερβάλλω*, *προσβάλλω*, *προσάγω* etc. supra T. I. vidimus. Aut praeterit. act. passive accipitur, quorum quaedam *Jens.* dedit ad Tyrannic. At in hoc verbo *ὠνομάκασιν* id nondum observavi; quare *ἑαυτοὺς* jam admitterem, si in libris invenirem REITZ.

Ead. l. 10. *Πολλῷ γελοιότερα*) Flor. *πολλά*. BOURD. Illud *πολλῶν* nihili esse, quilibet videt. Sed *πολλὰ* conjunctum cum *ἄλλα* posset locum habere. Vulgata tamen magis adridet, neque ea probatione indiget. Supra Tyran. c. 18. f. *πολλῷ χαλεπώτερον*, et centies apud quosvis. REITZ.

Pag. 39. l. 5. *Ἀρετὴν τραγῳδοῦσι*) Conf. Gall. c. 11. et Peregr. cap. 3. SOLAN.

Ead. l. 11. *Τῶν ὀβολῶν τὸν ῥύπον*) Respondere ex adverso haec possunt divitiarum contemtui, quem prae se ferunt philosophi. Et habent forte aliae etiam gentes formulas, quae huic sint ex aliqua parte similes. Certe sordidissimae avaritiae describendae accommodata videtur non minus, quam illud quorundam Germanorum, qui *fututorem nummorum* (ignosce Pudor!) sordidissimum mortalem vocant. Neque tamen dissimulo, mihi admodum blandiri, quod in mentem venit legere *ὀβελῶν*, quae voces quam sint affines, aut plane eaedem potius, *Eustathius* docet aliquoties, praesertim ad Il. *A.* pag. 102, 38. *Bas.* Est autem magis naturale, imaginari mendicabulum ejusmodi barbatum et palliatum, quod verua lingat, in quibus paullo ante assae carnes fuerunt, quam labiis et dentibns purgantem obolos philosophum. Usus tyrannus est: ad hunc attendendum. GESN. Formulam *lingere opes*, *περιλείχειν τὰ χρήματα*, recte explicat *Fritzschius* Quaestst. Luciann. p. 99. de homine coacervatas in arca opes frivolis oculis spectante, collato loco Gall. c. 14. ubi non male, opinor, idem *Luciani* familiaris *τὸ τρύβλιον* a *περιλείχων* separans ad verba *ὁ τὸ τρύβλιον* mente intelligit *ὑφελών*, et ad *περιλείχειν* cogitat *τὰ χρήματα*. LEHM.

Ead. l. 13. *Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ*) *Hom.* Il. *B.* 246. SOLAN.

Temere hunc *Solani* numerum omnes recentiores descripserunt. Est autem versus 202. LEHM.

Ead. l. 16. Ἐκμελετηκότες) Vulgatam lectionem Florentina meliorem studio servavi. REITZ.

Ibid. Λοιδορουῦσι) Ὀνειδίζουσι. O. et L. quia credo λοιδορίας jam dixerat. Vulgatam tamen retineo. SOLAN. Λοιδορουῦσι τοῖς, rarior constructio, ait *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. 456. Nam activa accusativum, media forma dativum adsciscit. *Suidas* contrarium docet, eique potius, quam Scholiastae *Aristophanis*, credendum ait *Salmas.* ab *Kustero* adlegatus (ad *Ach. Tat.* p. 723.) Ego vero *Kustero* et auctorum veterum exemplis fidem habeo: nam et ita praeter *Aristophanem Aesopus* activum λοιδορεῖν cum accusativo construit, fab. 139. bis, item 148. *Aelian.* V. Hist. XIV, 26. In *Evang. Joan.* IX, 28. ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτόν. *Actor.* XXIII, 4. et alibi. *Epict.* man. p. 48. λοιδορεῖ τοὺς θεοὺς ὁ γεωργὸς, et vel decies alibi; nam indicem ejus exscribere nolo. *Deuteron.* XXXIII, 8. ἐλοιδόρησαν αὐτόν. Medium vero cum dandi casu *Noster.* supra Gall. c. 15. *Aesop.* fab. 68. *Aeschin.* de fals. Leg. pag. altera f. ἐμοὶ λοιδορούμενος καὶ τοῖς ἄλλοις. Item apud LXX. *Exod.* XVII, 2. At cum dativo tamen et activum 2 *Macc.* 12, 14. τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν λοιδοροῦντες. Sed quia facillima aberratio scribarum inter τοῖς et τοὺς, nihil in *Luciano* definio. Qui malit ὀνειδίζουσι recipere, ex O. et P. faciat. Sed facilior est mutatio τοῦ λοιδορουῦσι in λοιδορουῦνται, quia terminationes ejusmodi per compendium solent exarari in Mss. REITZ.

Pag. 40. l. 1. Ἰταμώτατος) O. solus recte sic hanc vocem scribit. Impressi omnes ἰταμότατος. SOLAN. Conf. supra Asin. cap. 6. REITZ.

Ead. l. 8. Κέκραγα) Quasi *sum clamans.* De his praeterito praesentibus vid. *S. Clarke* ad *Hom.* Il. *A*, 37. — ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. Et Dial. seq. Bis Accus. c. 3. κεκράγασι — καὶ ἀγαναχτοῦσιν. Ibid. cap. 11. ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων. Amat hoc verbum inprimis in praeterito, loco praesentis collocari; unde forsan factum, ut unicum tempus paullo post futuri, quod in toto Novo Foedere occurrit, nimirum κεκράξονται *Evang. Luc.* XIX, 40. sit loco futuri ordinarii. REITZ.

Ead. l. 8. Ἀνυπόδετος) Conf. supra Asin. c. 16. m. ibique notata. REITZ. Nec non quae dicta sunt ad Catapl. c. 15. Vol. III. p. 614. LEHM.

Ead. l. 14. Ἡμῖν) Sic Ed. *Fl.* In reliquis ὑμῖν. SOLAN.

Error in his. Cf. Varr. Lectt. Lectio ἡμῖν est in A. 1. 2. B. 1. et 3. Lehm.

Pag. 41. l. 4. *Πεῖσαι τὸν βίον*) Genus humanum, quod *Nostro* familiare est: ab aliis quoque saepe sic vocari, exemplis plurimis demonstravit *Casaubonus* ad *Athen.* XV, 5. ubi neque hunc locum laudare omisit, neque illud non monuit, *vitam* eodem modo dici *Senecae* atque *Plinio:* nos paullo ante et hic *saeculum* bonis itidem auctoribus vocamus. Gesn. Ita supra Tim. §. 25. *πρὸ πολλοῦ ἐκλελοιπὸς ἐκ τοῦ βίου, quae jam pridem inter homines defecit.* Alia, de tota vitae ratione, vid. in Amor. c. 20. et 33. Ac. Gall. c. 5. pr. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἡμῖν ἀσφαλέστατα*) Etsi *Par.* quoque haberet ὑμῖν, in versione tamen dederat *nobis:* quod cum sensus postulet, quia oratio pertinet ad omnes Deos consultantes, qui hic opponuntur hominibus, haud gravate Florentinae lectionem recepi, *Solano* etiam jubente, qui ita in *J.* emendarat. Et licet ὑμῖν defendi queat, quod oratorum more concludat Jupiter, dicatque quasi, Agite ergo, eligite, quae vobis utilia; tamen quia principio capitis bis ter ἡμῶν, et ἡμῖν dicens se ipsum non excludit, praestiterit clausulam huic propositioni respondere. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἐβόων*) Quisquis miraris tumultuantes in concilio Lucianeos Deos, Senatum Romanorum audi apud *Tacitum* sub Imperatoribus non raro sic tumultuarie succlamantes. Solan.

Ead. l. 14. *Ἀντὶ διαλεκτικῆ*) Conf. supra de αὖν recte omisso, ad c. 27. Et Gall. 26. Reitz.

Ead. l. 15. *Ἱερομηνία — τεττάρων*) Absurdum; sed consulto, ridiculi causa dictum. Constat autem, hunc libellum scriptum medio mense Decembri videri voluisse, quo tempore Saturnalia Romae celebrabantur. V. c. 26. Sed cur *quatuor menses* addat, nescio. Solan. Frustra quaesivi in historia temporum Luciani *ferias quadrimestres.* Fieri tamen potest, ut *supplicatio quatuor mensium* instituta sit, cum Julio Caesari, *Dione* teste L. 40. p. 144. B. *sexaginta dierum* sit decreta. Plane fictitias putat has ferias *Dukerus* in Addendis ad *Thucyd.* p. 672. Qui caeteroquin illam notionem ἱερομηνίας, quae ad omne genus feriarum pertinet, praeclare jam explicaverat ad III, 56. itemque ad V, 54. Porro ἐκεχειρίαν *justitium* vertere, quam *inducias*, malui; cum non de bello, sed de differendis noxiorum suppliciis sermo sit. Gmen. *Belinus* hanc ἱερομηνίαν intelligit quatuor deinceps a Decembri menses, in quos Athenis plurima tum

Attica; tum Romana, inciderint festa, citatque eam in rem Scholiasten *Pindari* ad Nem. III, 4. unde tamen nihil probatur, nisi hoc, Munychionem mensem, et hunc quidem solum, ab Atheniensibus e populi scito dictum fuisse *ἱερομηνίαν*. Rectius haud dubie cum *Gesnero* et *Wielandio* de continuo festo quadrimestri capitur, quales fuerunt supplicationes. Neque tamen illud in historia illius aetatis quaerendum, sed consulto ab auctore fictum putandum, cum allusione quadam ad justitium nescio quod et quam ob caussam publico tum Athenis decretum. LEHM.

Ead. l. 17. *Ἐς νέωτα*) Habuimus supra Hermot. cap. 4. sub init. Et ante etiam ex *Theocr.* ni fallor, *ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος*. Adderem *Alciphr.* III. Ep. 23. p. 328. et 48. p. 384. aliosque, si quid opus foret. REITZ.

Pag. 42. l. 1. *Ἦ, καὶ κυανέῃσιν*) *Hom.* Il. *A*, 528. SOLAN.

Ead. l. 7. *Κεφαμεικὸν*) Athenis itaque scriptus hic Dialogus. SOLAN.

IN BIS ACCUSATUM.

Pag. 43. l. 22. *ΖΕΥΣ* etc.) *B.* 1. et 2. (nec non 3.) *Ζηνὸς, Ἑρμοῦ* etc. Sed quia nomina Latina in *Par.* in primo casu erant collocata, etiam Graeca sic ordinavi, quod et factum ab *Hemsterh.* in Tim. Prometh. atque alibi. In aliis Edd. abest personarum inscriptio. REITZ.

Ead. l. 26. *ΖΕΥΣ*) In omnibus deerat nomen Jovis loquentis. Ipsa *B.* quae pro more suo omnes Dialogi personas adscribit, *Jovis* quidem primo loco nomen habet, sed Catalogo finito, non repetit. SOLAN.

Ibid. *Ἀλλ' ἐπιτριβεῖεν*) Seuarii duo e quopiam poëta Comico desumpti. Sic autem legendi videntur;

Ἀλλ' ἐπιτριβεῖεν ὁπόσοι τῶν σοφῶν μόνοις
Τὴν εὐδαιμονίαν φασὶν εἶναι τοῖς θεοῖς.

Sed prior versus a Luciano, ut legitur, interpolatus videtur; quamobrem nihil mutandum. GUYET.

Pag. 44. l. 3. *Τυφλῷ*) Homerum a coecitate sic dictum scribunt *Herodot.* et *Plutarch.* *ὄμηρον* enim coecum appellant Cumani. COGN. De Homeri coecitate vid. notata ad 2. Ver. Hist. c. 20. REITZ.

Ibid. *Μάκαρας*) Iliad. *Δ*, 127. etc. SOLAN.

Ead. l. 8. *Κνήσασθαι τὸ οὖς*) Paroemia. BOURD. Ms. pro *οὐδὲ ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, φασι, σχολὴν ἄγων*, scribit *οὐδὲ ὅσον ἀλφαίσασθαι τὸ οὖς, φασὶν, σχολὴν ἄγων*. *Non*

tantum otii habens, ut aurem inveniat, hoc est, *tangat*. Ἁλφαίω et ἁλφαίνω est *invenio*. GRAEV. Κνήσασθαι) Sic Edd. Addiderat *Solan.* conferend. Rhet. Praec. c. 11. Ibi habemus, τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενον. At quis dubitat, κνᾶσθαι *scalpere* significare? Interim ad stabiliendam vulgatam aliquid confert. REITZ.

Ead. l. 12. Ἀωρὶ) Illud ἀωρία natum suspicetur quis α repetito ex sequente ἀπό. Alius contra ἀωρὶ amisisse α praedicabit, quod absorptum sit ab α sequente. Ego ἀωρὶ praefero, ob hiatum, qui alioqui κακοφωνίαν parit; et ἀωρίᾳ saltem cum puncto subscripto scribendum fuisse arbitror, quod Edd. pariter omiserunt, excepta *B.* 1. (et 3.) Nam si neutrum plurale foret, pro adverbio positum, accentus esset ἀώρια. REITZ.

Ead. l. 14. Ἐκκεκώφωται) Sic *V.* 2. *B.* 2. *Salm.* et *Amst.* In reliquis mendose ἐκκεκώφηται legitur. SOLAN.

Pag. 45. l. 1. Κολοφῶνα) De hoc oraculo *Potterus* silet. Apollinis Clarii erat. A Germanico consultum legimus apud *Tacit.* A. II, 54. Lolliae quoque Paulinae, apud eundem A. XII, 22. inter alia objectum, quod hoc oraculum super nuptiis Imperatoris Claudii consuluisset. *Strabo*, qui circa Augusti tempora scripsit, loquitur de illo oraculo: quasi sua aetate fama ejus tantum, non ipsum superfuerit; memorans τὸ πρὸ τῆς Κολοφῶνος ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖόν ποτε ἦν παλαιόν. L. XIV. p. 642. Forte igitur post ejus tempora illud, ut alia quaedam, restitutum. Tanquam suis quoque temporibus celeberrimi ejus meminere non hic tantum *Lucianus*, sed et *Philostratus* Vit. Apollon. IV, 1. et *Porphyrius*, *Jamblichusque* in hujus lib. de Myst. Aegypt. §. III. cap. 11. qui δι' ὕδατος χρηματίζεσθαι eo loco ajunt: εἶναι γὰρ πηγὴν ἐν οἴκῳ καταγείῳ, καὶ ἀπ' αὐτῆς πίνειν τὸν προφήτην. Nonnulla etiam de hoc oraculo *Paus.* in Achaic. p. 210. habet, qui illud ut et Branchidarum in Mileto ἱερὸν suo tempore non ἐξειργασμένα *absoluta* ait: quod firmat conjecturam nostram, inquit *Olearius*, (ex quo haec desumpta ad *Philostr.* p. 140.) de restaurato hoc templo paulo post, quam *Strabo* scriberet sua. Plura de Colophonio hoc oraculo collegit *Schol. Apollonii* Argon. I. v. 308. Cave autem, quia Clarii Apollinis oraculum fuisse apud *Strabonem* l. c. dicitur, cum oraculo Clario confundas, quod viro clarissimo fraudi fuisse credo, cum Colophonium oraculum in *Luciani* Pseudomanti sibi visus est deprehendisse. De Clario enim illic sermo est; de Colophonio ne hilum quidem deprehendas. Hic

enim, ut vides, diserte distinguuntur. Meminit et alibi *Noster*. Vide Jov. Trag. cap. 30. SOLAN.

Ead. l. 2. *Ξάνθου*) Oraculum Pataraeum tangit, de quo *Virg.* Aen. IV, 143.

Qualis ubi hibernam LYCIAM XANTHIQUE FLUENTA
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

SOLAN.

Ead. l. 5. *Διασεισαμένη*) Sic etiam *Fl.* cum cett. Quare nihil mutavi, etsi alias activum Nostro aliisque potius frequentatur, nec medium adeo facile se offeret. Sed med. forma σείομαι pro *plaudo*, *Liban.* Ep. 1001. p. 468. Ὁ δὲ ἐχάρη, τὸ θέατρον δὲ ἐσείετο. Quem significatum Wolfius in Ed. nupera ex *Cresollii* Theatr. Rhet. probat. Nisi et hic potius ἐσείετο sit passivum, i. e. *commovebatur theatrum* (plaudendo.) REITZ.

Ead. l. 8. Ἐπὶ πείρᾳ) Servavi lectionem Edd. potiorum. Etsi ἐπὶ πείραν non damno. Ἐπὶ enim cum dativo consilium, conditionem, caussam significare, satis dictum supra 1. Ver. Hist. 19. Addo tantum *Aesop.* fab. 6. ἐπὶ τῇ ἐκείνων ὠφελείᾳ τοῦτο ποιεῖν, *se id utilitatis eorum caussa facere.* Adi etiam *Wessel.* ad *Diod. Sic.* II. c. 24. ubi ἐπ' ἐλευθερίᾳ est, *ea conditione, ut liberi essent.* Aliud est ἐπὶ τῆς πείρας. E. c. *Aristid.* Or. pro Rhet. T. 2. Ed. *Jeb.* p. 2. ὅστις — τοῦτο ἐπὶ τῆς πείρας ἄριστα δείκνυσι, *quisquis id optime ipso experimento, ipso facto, comprobaverit.* REITZ.

Ead. l. 9. Ἄρνεια κρέα καὶ χελώνας ἑψοντες) Haec respiciunt Pythiae responsum, quod dedit Croesi legatis, cum id consulerent de rege, quid tum ageret, apud *Herodotum* lib. I. c. 47. Meminit etiam superius in Jove Tragoedo. GRAEV. *Herodotum* vide. Passim alibi tangit *Noster.* V. Jov. Conf. c. 14. et Jov. Trag. c. 30. SOLAN.

Ibid. Χελώνας) Supra Jov. Trag. c. 30. χελώνης ait. Item Jov. Conf. c. 14. Forsan et hic χελώνης legendum. REITZ.

Ead. l. 11. Ὁ Λυδὸς) Midas. GUYET. *Guyetus* ait τὸν Λυδὸν *Midam* esse; sed *Croesus* est. REITZ.

Ead. l. 13. Ὑπὸ τῶν νοσούντων ἐνοχλούμενος) *Senarius luxatus.* GUYET.

Ead. l. 14. Ὀρῇ τε etc.) Senarii duo e veteri poëta desumpti sic videntur corrigendi: Ὀρῇ τε δεινὰ, θιγγάνει τ' ἀηδέων, Ἐπ' ἀλλοτρίῃσί τε συμφοραῖς ἰδίας λύπας καρποῦται. Praecedens autem senarius sic stare posset — Ἀσκληπιὸς ὑπὸ τῶν νοσούντων ἀσκελὲς ἐνοχλούμενος etc. GUYET. *Hippocratis* verba sunt, a Tragico, ut videtur, retractata. Vide *Plut.* 519. ubi paulo aliter leguntur. Addo, a *Kustero* monitus, *Tzetz.* Chil. VIII. 155. SOLAN. Lepide huc translata *Hippocratis*

verba *περὶ φυσῶν* 1, 6. Gesn. *Ὀρῇ — θιγγάνει — ἀλλοτριῃσί τε συμφοραῖς*) Dedita opera haec Ionice inseruit, quia medice loquitur, *Hippocratem* imitatus; sed et *συμφοραῖσιν* tum scribendum. Locum *Gesnerus* jam indicavit. Reitz. De *συμφοραῖσιν*, vel *ξυμφορῇσιν*, ne nunc quidem cogitandum videtur, quum revera Codex 3011. hanc posteriorem formam exhibeat. Nempe mensurae, nec solum dialecti, est ratio habenda. Igitur *Guyetum* potissimum in his versibus restituendis sequendum putabam. Sed primum illum, vere sane luxatum ac paene absurdum, ipsi *Guyeto* relinquebam. Vocabulum autem *λύπας*, pro Jambo positum, neque per se insolens, neque h. l. admodum ineptum, pro argumenti quidem ac rei lepore. Lehm.

Pag. 46. l. 1. *Φυτουργοῦντας*) Fortassis scripserat *φυσουργ* —; quod quia novum est, malim *φυσσῶντας*. Solan. At vide *Lobeckium* ad *Sophocl.* Ajac. v. 559. p. 305. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἢ τὸν ὕπνον*) Qualis deus sit *Somnus* et *Somnium*, vid. 2. Iliad. et *Virg.* VI. Aen. De ratione somniorum vide *Luciani* Somnium, sive Gallum. *Homer.* in Odyss. XIX. Cogn.

Ead. l. 9. *Τοιαύτας φροντίδας*) Conf. supra Gall. cap. 22. Solan. Est illic *πρὸς τοιαύτας φροντίδας μεριζόμενος* quod rursus conferri potest cum illo, *πρὸς τοιαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος*, Diall. Deor. XXIV, 1. Lehm.

Ibid. Διῃρημένος) Ambigitur interdum de scriptura hujus verbi. At vid. supra Tox. cap. 9. f. *ἃ διῃρημένα τὸ στόμα*. Ac Dial. Mort. V. §. 2. *τὸν κλῆρον — διῃρημένοι*. *Diod. Sic.* L. 2. cap. 41. *διῃρημένης πολιτείας*, *divisae Reip.* Sed Tox. c. 40. et 55. *διῃρμένος* recte, *sublatus*. Sic *ἐπῃρμένους*, *elatos*, *Diod. Sic.* 2, 34. pag. 147. f. Hoc enim a *διαίρω* et *ἐπαίρω*, prius vero a *διαιρέω* esse, notum quidem; sed per festinationem oblitus sum monere ad Tox. c. 55. ubi id addendum fuerat, ni vellem videri ea confundere. Reitz.

Ead. l. 11. *Βλακεύσασιν*) Non tam stuporis hic notionem subesse, quam tarditatis alicujus et negligentiae, etiam *Scholiastes* ad h. l. observat. Conf. de hac significatione *Spanhem.* ad *Aristoph.* Plut. 325. Gesn.

Pag. 47. l. 1. *Αἱ ἐπὶ μέρους φροντίδες*) Nec haec verba ceperunt interpretes, *οὐ γὰρ μόνον τὰ κεφάλαια ταῦτα τῆς διοικήσεως, ὑετοὺς, καὶ χαλάζας, καὶ πνεύματα, καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομησάμενος καὶ διατάξας πέπαυμαι τῶν ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλ.* — cum sic interpretantur: *Non enim solum generalibus illis meae administrationis, pluviis videlicet, grandinibus, ventis, et fulguribus administratis, ceu curarum parte sublevato, quiescere mihi licet.* *Αἱ ἐπὶ μέρους*

φροντίδες sunt *speciales curae*, quae singulis sunt impendendae, et opponuntur *τοῖς κεφαλαίοις* (*τῆς*) *διοικήσεως*, quae sunt, in quibus summa rerum vertitur. Sic autem vertes: *Non enim tantum praecipua illa mei imperii, pluvias, grandines, ventos, fulgura cum ipse rexi et gubernavi, levatus et solutus sum curis his particularibus.* Graev.

Ead. l. 4, *Βουκόλον*) Conf. Deor. Dial. III. Solan. Argum enim illum, non quos *Scholiastes* artificiosius finxit, pastores istius regionis Herculis aequales, a Jove significari, vel Singularis numerus cum Articulo, *ὁ βουκόλος*, evincit. Lehm.

Ead. l. 8, *Ἐν Ὀλυμπίᾳ — Βαβ.*) Hinc ego conjicio, ipsa Olympiade — scriptum hunc libellum, et de bello illo Parthico intelligo. Sed conjectura mera est, nec, nisi alia succurrant, cui tuto satis credi possit. Solan. Numerum Olymp. omisit *Solan.* in nota sua, eum postea adjecturus; sed qualem conjecerit cum ex tempore divinare nequeam, non implevi. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἐν Αἰθίοψιν εὐωχ.*) *Hom.* Il. A, 423. Solan.

Ead. l. 11, *Οἱ μὲν ἄλλοι*) *Hom.* *Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ Εὗδον παννύχιοι, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος* Guyet. *Hom.* Il. B, 1. Solan.

Ead. l. 14. *Ἀληθὴς*) *Ὁ ἀληθεύων.* Guyet.

Pag. 48. l. 2. *Ἀκαλλιέρητα*) *Τὸ πάντα* hic deesse videtur, aut simile quid. *Τὸ πάντα* interpres supplevit. Guyet. Non sine voluptate comparaveris simillimam ejusdem patris Deorum querelam ac desperationem in Jov. Trag. c. 18. nunc maxime verba huc pertinentia, *ἄθυτα καὶ ἀγέρασια, καὶ ἄτιμα* (vel *ἀτίμητα*) *ἡμῖν ἔσται τὰ ἐκ γῆς* etc. Et quod ad illud *πάντα* attinet, cf. eandem dictionis formam Jov. Trag. c. 30. extr. *καὶ ὅλως, κατόχιμα πάντα, καὶ φρικώδη, καὶ μυστικά.* et quae alia sunt ejusdem generis alibi exempla. Nihilominus placet in Jove affectus pleno sententia sic praecise expressa, ut etiam abesse malim *πάντα*, vel tale quid, quam adesse. Lehm.

Ead. l. 5. *Εἰ τύχοι*) Confer, si operae videtur, Amor. cap. 42. et Tox. 4. Reitz.

Ead. l. 6. *Μερμηρίζω*) Cur in omnibus Edd. est *μερμερίζω*; quis enim nescit, *μερμηρίζω* Homericum esse verbum? Graev. Vocem hanc a Graevio moniti emaculavimus. Solan. *Hom.* Il. B. v. 3. *Ἀλλ' ὅγε μερμήριζε κατὰ φρένα* — unde orthographiam in Edd. peccantem restituimus. Reitz.

Ead. l. 9. *Μόνους τοὺς θεοὺς εὐδαιμονίζουσι*) Conf. principium hujus Dial. Solan.

Pag. 49. l. 1. *Κεκράγασιν*) Conf. supra ad Dial. proximi cap. 31. Reitz.

Ead. l. 10. *Πάνυ*) *Πάντες* P. et L. Sed neque hoc satis commodum. Solan.

Ead. l. 12. *Συγκεκυφότες*) Corpore incurvato, i. e. facie prona, ut in *Evang. Luc.* XIII, 11. *καὶ ἦν συγκύπτουσα.* Ubi J. *Elsner.* hoc *Luciani*, et aliud ex *Appiano* adfert. Reitz.

Ibid. Τὸν χρόνον) *O tempora, o mores!* Sed nescio, an ab aliis sic Graece usurpetur. Solan.

Pag. 50. l. 7. *Τὴν μὲν δίκην*) Scribe *Δίκην.* Guyet. I. e. majusculo *Δ*, tanquam nomen proprium: quod facile ei dedimus. Confer ejusdem *Guyeti* notam sequentem. Reitz.

Ead. l. 11. *Σὺ δέ, ὦ θύγατερ*) *Phurnutus* Jovem justitiae patrem creditum ait, ea ratione, quod sit princeps et imperator universorum, quodque quaecunque reges facerent, ut justa et aequa putarentur. Eadem ratione *Anaxarchus* Sophista in quarto historiarum *Arriani* antiquos ait Jovi assistentem justitiam fecisse, quam interpretationem non satis probat. Cogn. Ὦ θύγατερ) I. e. *Δίκη.* Guyet.

Ibid. Καθεζομένη παρὰ τὰς σεμνὰς θεάς) *Harpocration* scribit, Athenienses vocare Erinnyes *σεμνὰς θεάς*, quasi dicas, Deas castas et incorruptas. *Pausan.* in Corinthiac. ait, Semnas a Sicyoniis, Eumenides dici ab Atticis: in Attica tamen etiam Deas Semnas vocari. Has vocat *Hesiod.* in Theogon. Eriunyes. Semnis Deis oves praegnantes immolabant et melicratum. Cogn. *Τὰς σεμνὰς θεὰς*) I. e. *τὰς Εὐμενίδας. Hesych. Σεμναὶ θεαί. Τὰς Εὐμενίδας οὕτως ἔλεγον, καὶ Ἐριννύας ἐπὶ εὐφημισμῷ.* Guyet. Consule *Hesych.* Solan. Firmat, quae monet *Scholiastes* de templo Eumenidum, *Pausanias* in Areopagi descriptione, s. Attic. p. 52, 21. Omnia copiose illustravit *Meurs.* Areopago c. 2. Gesn.

Ead. l. 12. *Ἀποκλήρου τὰς δίκας*) De sortitione judicum permulta Scholiast. *Aristoph.* ad Plut. v. 277. Consule etiam ibi *Spanhem.* Nam in explicandis antiquitatibus operam collocare in hac Ed. non est nostrum. Reitz.

Pag. 51. l. 8. *Ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ*) Cum Dracone etiam gallum attributum legimus propter vigilantiam, de quo ipsi res sacra fiebat. Quin et Socrates apud Platonem moriturus, sumto veneno, cum puer illi detexisset, quod illi jam frigerent praecordia, gallum debemus, o Crito. Cogn. De cultu Aesculapii vid. etiam *Ovid.* Met. XV. fab. L. Et *Mich. Rosall.* Ceterum falso insimulatum Socratem, quod nulla omnino sacrificia faceret, supra vidimus ad Demon. c. 35. ex *Xenoph.* Memorab. quem etiam ad partes vocat Anonymus in *Bibl.*

Raisonnée an. 1737. mens. Apr. p. 370. in recensenda nova Ed. *Caton.* Distich. Quo ostendat, *Lucianum* in Demonacte non negare Socratem unquam sacrificasse, sed quod vulgo accusaretur non sacrificasse, et quod respondeat, *Minervae* non sacrificasse, quia cl. vir in rescript. Boxhornio, Catoni annexis, pag. 35. scripserat: *Illud forte nonnullis minus notum, inter hos fuisse aliquot, qui plane abstinerent a sacrificiis, cum opimis, tum tenuibus atque exiguis. De Socrate et Demonacte philosophis tradit Lucianus in Demonacte, de illo praeterea in Bis Accusato.* At Socrates Atheismi accusatus cicutam bibere adactus est; unde facile adparet, eadem ratione accusatum fuisse, quod non sacrificaret. Verum raro eum saltem sacrificasse, ego quidem crediderim: cum enim turbam Deorum non admitteret, etiam falsis istis Diis non sacrificare debuit; verum cerimoniae et consuetudinis caussa id potuit facere, quod adfirmanti *Xenophonti* negare non ausim. Reitz. Mox in verbis, *τἀναντία περὶ τῆς Ἀδικίας φιλοσοφοῦντες* haesit *J. Seagerus* Diar. Class. N. 36. Dec. a. 1818. p. 317. sq. et maluit *παρὰ τ. Ἀδ.* reddens: *contraria dogmata ab Injustitia suppeditata philosophantes.* At salva est vulgata. Contraria Socratis accusatores statuebant de Injustitia, ac Socrates ipse, tribuentes scilicet Injustitiae, quod Socrates Justitiae; quam quidem modo vidimus a Sophronisci filio magnopere laudatam et pro maximo bono declaratam fuisse. Nimirum has laudes sophistae isti in *ἄδικον λόγον* transferebant, notissimum illum ex *Aristophanis* Nubibus. Ergo *τἀναντία* (*τοῖς Σωκράτους λόγοις*) *ἐφιλοσόφουν περὶ τῆς Ἀδικίας.* Lehm.

Ead. l. 13. *Μέλιτον*) Prave hic etiam in omnibus legebatur *Μέλητον.* Vide Not. ad Jov. Conf. c. 16. Solan.

Ibid. Τὸ δὲ νῦν εἶναι) M. Aurelio imperante. Hinc est, quod toties et tam acriter eos insectatur. Solan.

Ead. l. 17. *Κατὰ ἴλας*) Lego *κατ' ἴλας. B.* 2. *κατὰ ἴλας.* Reliquae *κατὰ ἵλας.* Solan.

Pag. 52. l. 3. *Ἐπὶ τὴν πήραν ἀΐξαντες*) Adleverat *Solan.* vid. infra *Περ.* 517. Id est, de Mort. Peregr. c. 37. Ibi *ἐπὶ τὰς βακτηρίας ᾔξαν* est in *J.* Sed cum aliae *ἦξαν* habeant, hoc ibi disquirendum erit. Reitz.

Ead. l. 4. *Αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων περιέρχονται*) Ms. *περινοστοῦσιν. Philosophi extemporanei ex coriariis et fabris facti oberrant.* Graev.

Ead. l. 5. *Περιέρχονται*) *Περινοστοῦσι* P. etiam agnoscit. Sed nihil muto Solan. *Περινοστοῦσιν* verum esse puto, quia *περιέρχονται* usitatius verbum interpretatio fuit alterius minus triti. *Aristoph.* Plut. 121. — *προσπταίοντα περινοστεῖν ἐᾷ.*

Noster hoc Dial. cap. 27. *δόξαν δὲ αὐτῷ περινοστεῖν.* Nihil tamen mutavi, quia vulgatum satis commodum. Reitz. Familiare *Luciano* verbum *περινοστεῖν* probabit Index. Interim consulas *Jacobi* ad Toxar. p. 149. industriam, qui et ipse h.l. cum *Schmiedero* praeferendum duxit *περινοστοῦσι*, quod omnes paene Codd. collati tuentur. Lehm.

Pag. 53. l. 3. *Ἀπίωμεν, ὦ Δίκη, εὐθὺ τοῦ Σουνίου, μικρὸν ὑπὸ τὸν Ὑμηττὸν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῆς Πάρνηθος, ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖναι ἄκραι*) Athenarum hoc loco *τοποθέσιαν* describit, et tanquam ab Oriente veniens primum occurrit Sunio, et Athenas ad sinistra Parnethis ponit: duae vero illae summitates, de quibus loquitur, fuerunt Acropolis, ubi erat Minervae Colossus a Phidia elaboratus, et Areopagus; fuerunt enim Athenae bicipites, ut Parnassus. Palm.

Ead. l. 8. *Σκειρωνὲς, καὶ Πτυνοκάμπται*) Vid. supra notata ad Prometh. (in Verbb.) vers. fin. Reitz.

Ead. l. 15. *Ἀγοραῖος*) Hic ipse Mercurius hoc titulo gaudet; alibi fratri ejus ut proprius tribuitur, (vide Jov. Trag. c. 33.) qui et *Hermagoras* dicitur. Solan.

Pag. 55. l. 2. *Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων*) *Lucas Holstenius* in notis ad *Steph.* de urbibus in *ΑΡΕΙΟΣ ΠΑΓΟΣ* hoc modo interpretandum inquit: *sed dum sic loquimur, Atticae jam appropinquamus. Quare Sunio ad dextram relicto, ad Acropolin jam hinc declinemus. Ac postquam descendimus, ipsa quidem alicubi hic in rupe conside, Pnycem versus prospitiens, exspectansque, donec ea, quae sunt a Jove mandata, proclamavero.* Sic enim *ἐπὶ τοῦ πάγου* vertendum, non, ut male interpretes, *super vicum*, aut *super campo*. Almel.

Ead. l. 3. *Σούνιον*) Atticae tabula proposita haec omnia palam fient. Solan.

Ead. l. 6. *Καθῆσθαι*) Ms. *Αὐτὴ μὲν ἐνταῦθά που ἐπὶ τοῦ πάγου κάθησο, tu vero hic in colle consideto:* male in editis *καθῆσθαι*. Nam quamvis infinitivus pro imperativo Graecis usurpatur, hic tamen collocari non potest. Graev. *Κάθησο*) Sic etiam L. quod et recepimus, pro *καθῆσθαι*, quod in impr. est. Solan.

Ead. l. 11. *Ὁ περιφόρος*) Conf. Deor. Dial. XXII. Solan.

Ibid. *Ὁ τὴν σύριγγα*) Ecce iterum ἔχων intellectum, quod alibi frustra inserere voluere nonnulli. Conf. supra dicta ad Gall. c. 14. Et infra hoc. Dial. c. 19. Item Dial. Mort. X. *ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα*, (scil. ἔχων) et Catapl. c. 4. pr. *ὁ τὸ ξύλον*. Ibid. c. 13. et vel centies alibi. Reitz.

Ead. l. 12. *Ἄσιος ἐκ τοῖν σκ.*) De phrasi v. Bacch. c. 2. De Syr. Dea c. 24. et Deor. Conc. c. 4. Mercurius autem

filium non dicit, quia talis monstri pudebat V. Diall. Deor. XXII. Solan.

Ead. l. 14. *Ὥιχει μὲν τὸ πρόσθεν*) Historiam, h. e. fabulam, non uno loco tangit *Pausanias*. Sed omnia diligentissime jam persecutus est *Meurs.* Athen. Attic. II. 8. Gesn.

Ead. l. 15. *Δάτιδος*) V. *Herod.* VI, 231. et *Suid.* A Xerxe in Graeciam cum Artapherne missus. Adde not. ad Deor. Diall. XXII. Solan.

Ead. l. 16. *Μαραθώναδε*) Curavi, ut adverbii more ederetur, ut *Salm.* exhibebat, veluti *οἴκαδε* et similia scribi solent; id enim sensus exigebat. Reitz.

Pag. 56. l. 2. *Σφήλυγγα*) *Μαχαὰς* vocabant; *Eur.* ter. *Meurs.* Ath. Att. II, 103. et 108. V. not. ad Diall. Deor. XXII. Solan.

Ead. l. 3. *Πελασγικοῦ*) Adpinxerat *Hemsterh.* adeundum *Duker.* ad *Thucyd.* II, 17. Ibi *Thucyd.* ait: *τό τε Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν* Ibique *Wass.* notat videndum *Hesych.* voce *Πελαργικοί*, et *Schol.* in *Lucian. Strabon.* p. 221. Schol. *Aristophan.* *Ὄρν.* 833. *Dukerus* vero, in *Schol.* et *Aristoph.* l. d. esse *Πελαργικὸν*, de quo etiam moneat *Scholiast. Luciani* h. l. Haec illi: sed ut lectori otium faciam, addam verba *Hesychii*, qui *Πελαργικοὶ νόμοι τοῦ ἀντιτρέφειν τοὺς γονεῖς· πελαργικὸν ἀντὶ τοῦ πελασγικόν. Πελαργοὺς γάρ φησι τὸν Ἀττικὴν οἰκῆσαι ἀπὸ τῶν πελασγῶν, μεταφέροντες ἐπὶ τὰ πτηνά.* Etymologus autem ab linteis, quae gestabant, populos nomen *πελαργικῶν* accepisse tradit, scribens: *Πελαργικὸν τὸ ὑπὸ Τυρρηνῶν κατασκαφὲν τεῖχος· οὓς καὶ θεασάμενοί τινες, πελαργοὺς ὠνόμασαν διὰ τὰς σινδόνας, ἃς ἐφόρουν.* Verosimilius *Strabo* L. 2. pag. 339. docet, Atticos scriptores ita *Pelasgorum* meminisse, ut qui etiam Athenis fuerint, et eos, quod vagi instar avium modo haec, modo alia adirent loca, Pelargos appellatos ab Atticis, quae vox ciconiam significat. Patet igitur, *Πελασγικοῦ* et *Πελαργικοῦ* posse scribi; se *Πελασγικοῦ* hic verius. Reitz.

Ibid. Εἰς τὸ μετοικικὸν) Nimirum receptum in urbem jocatur, non pleno civitatis jure, sed ut *μέτοικον*, de quorum tributis plura *Harpocration* voc. *μετοίκιον*. Gesn.

Ead. l. 4. *Ἐν γειτόνων*) Sic P. uti jam ante legendum videram; ut Icarom. c. 8. et 16. et hoc ipso opusculo c. 31. Reperitur tamen *ἐκ γειτόνων* in fragmento inc. *Menandri* 103. pro *in vicinia*, quod vide p. 226. et Em. p. 85. Solan. *Ἐν γειτόνων* etiam emendavit marg. *A.* 1. *W.* quod ex seqq. ubi rursus bis, ter sic occurrit, facile quidem est probatu. Quare hoc *Solono* et Lucianeae consuetudini dedi, ut *ἐν* hic quoque

reciperem; quamvis ἐκ etiam locum hic posse habere, omnino credam, quia ἐκ γειτόνων πρόσεισι conjungi potest: quin et ἐκ γειτόνων apud alios legas, ubi vel maxime ἐν videretur postulari. *Alciphr.* L. 2. Ep. 2. p. 216. ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. Ubi peritissimus *Bergl.* et *Aristaen.* I. Ep. 5. et 19. plane eadem verba ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν adducit; item ex *Lys.* εἰς γειτόνων. At vel in *Alciphr.* et *Arist.* ἐν mallem, nisi viderem et sic esse ap. *Menand.* ab *Solano* indicatum, similemque lusum in ἀπὸ pro ἐν E. c. *Heliod.* Aeth. VII. pag. 319. καὶ τῶν ἀπ' οἰκήματος ἐπὶ μακρῷ, de virgine, *quae diu* DOMI *est adservata.* REITZ.

Ead. l. 6. *EPM.* καὶ ... *ΔΙΚ.*) Sic edendum cum punctis curavimus, ut idem dicturum fuisse Mercurium pateat, nisi loquenti Justitiae honoris causa cessisset. *Fl.* *EPM.* καὶ *ΔΙΚ.* prave. Reliqui impressi punctum unicum post καὶ habent; minus, quam nos, dilucide. SOLAN. At vid. Varr. Lectt. LEHM.

Pag. 57. l. 6. Τράγον ἔνορχιν θύουσί μοι) Supra Deor. Dial. IV. §. 1. καὶ θύομέν γε αὐτῷ ἔνορχιν τράγον ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἄγοντες. REITZ.

Ead. l. 14. Τοὺς τὸ γένειον οὐχ ὁμοίους ἐμοὶ) Τοὺς τὸ γένειον ὁμοίους ἐμοὶ, ut mox καὶ ἠνιώμην ἐπὶ τῇ τοῦ πώγωνος ὁμοιότητι. Pan idem, qui et nunc loquitur. MARCIL. Aut delendum οὐχ, quod in plerisque ante ὁμοίους est, ut in *Salm.* et *Amst.* factum est; aut legendum μόνον οὐχ. V. finem capitis. In L. ἄνομ — recte, si praecedat οὐκ. Sed P. recte omisit οὐχ. SOLAN. Negationem ante ὁμοίους in Edd. male praemissam recte etiam deleverat *Gesnerus* noster. REITZ.

Pag. 58. l. 7. Ἀρετήν τινα) Supra Gall. c. 11. et hujus Dial. c. 21. a. m. ac saepe alibi. SOLAN.

Ead. l. 11. Τὸ ὄρθιον) Etsi τὸν ὄρθιον νόμον interpretere, licet tamen τὸ retinere. Quasi dicat, ad *id*, quod vocant ὄρθιον· qui tamen malit μέλος vel μέτρον intelligere, faciat. In *Par.* Ed. haec marginalis glossa addebatur: *Tonus quidam Graecorum Musicorum fuit: cujus et Gellius meminit in Arione.* I. et L. XVI. c. 19. ubi *Gell.* ait: *Stansque* (Arion) *in summae puppis foro, carmen, quod Orthium dicitur, voce sublatissima cantavit.* Eratque carmen Orthium, sive Orthius modus, qui ad accendendos animos in praelio adhibebatur. REITZ.

Pag. 59. l. 1. Αὐλὸν) V. *Longin.* SOLAN.

Ead. l. 2. Ἐπισκοπούμενον) Nihil varietatis notarat *Solanus.* Cum igitur ἐπισκοπούμενοι invenirem in *Par.* et *Hag.* utraque, et suspectum haberem, cognovi ἐπισκοπούμενον recte

esse in *J. B.* 1. *Salm.* cumque *Gesner.* id etiam in marg. emendasset, quantocius hoc dedi, quod sensus postulat. Reitz.

Ead. l. 4. *Ἀπεξεσμένοι*) Conf. Somn. §. 2. et Hermot. cap. 62. Solan.

Ead. l. 7. *Τεθήπασιν*) Conf. supra Scyth. c. 8. et 9. et Alex. cap. 13. Reitz.

Ibid. Καὶ μάλιστα ὁπόσους μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων περιασχολεῖ) Vertunt, *inprimis, quibus nihil rerum necessariarum curae est. Περιασχολεῖν* est verbum, quod Graecia non novit, nec nosse potest. Lege *ἀναγκαιοτέρων πέρι ἀσχολεῖ, praecipue quos nullum negotium necessarium avocat, impedit.* Graev.

Ibid. Ὁπόσους) *Ὁπόσος.* Guyet. Non credo. Nam *ἀσχολεῖν* accusativum personae recte habet. Confer supra Zeux. c. 7. *ὅτι αὐτοὺς ἀσχολεῖ ἡ ὑπόθεσις καινὴ οὖσα.* Reitz.

Ead. l. 8. *Περιασχολεῖ*) Si adimere velimus *Luciano*, quae nondum in Lexicis adnotata sunt, bona sui parte truncabitur. Verbum hoc quid habet in forma, vel significatione, vel constructione denique, quod non conveniat cum *διασχολέω*, structione passim uti *Herodotum*, Lexica docent? Gesn. Nihil muto. Suspicio tamen subnascitur, *ἀναγκαιοτέρων πέρι ἀσχολεῖ* legendum, usitata anastrophe. Sed video *Graev.* idem jam praecepisse. Reitz.

Ead. l. 9. *Κεκηλημένοι*) Sic omnino legendum, invitis omnibus libris, qui *κεκλημένοι* habent. Solan. Possis *κεκλημένους* forte etiam intelligere, qui alliciantur et quasi advocentur, dum praetereunt, clamoribus: sed hoc nihil ad judicium de victoria. Caussa hic indicatur, cur vicisse judicet vulgus eos, qui sunt clamosiores atque impudentiores. Non dubito, quin legendum sit *κεκιλημένοι*, quod verbum, *Luciano* minime insolens, non ad blanditias modo demulcentium pertinere, sed ad incantationes etiam, quibus defixi ac deliniti stupent, satis constat. Fallor, an idem spectavit *Solanus*, qui in versione posuit *obstupefacti.* Gesn. Optime olfecit *Gesn. κεκηλημένοι* legendum, et sic *Solan.* voluisse; quare unius literulae additione *Luciano* nitorem redditum, nemo indignabitur. Reitz.

Ead. l. 11. *Δημωφελές τι*) Bene sic mendarat *Gesn.* cum in *Hag.* sua *δημοφελὲς* secunda correpta legeret, quod vitium etiam obsidet *Par.* Non veteres, nec *Salm.* et *Amst.* Reitz.

Pag. 60. l. 3. *Μηδὲν ὑποστειλάμενον*) *Deposito metu, Erasmus. Gesnerus* rectius: *absque dissimulatione.* Ita in *Act. Apost.* XX, 20. *ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων.* Vid. ibi *Elsnerum* similia ex *Isocr. Aesch.* aliisque, non omisso hoc *Luciani* testimonio, adferentem. Adde *Nostrum* supra Amor. cap. 36. *ὑπεσταλμένῳ φωνῆς τόνῳ.* Reitz.

Ead. l. 3. *Ἐπὶ σκοπῆς*) Vid. supra Reviv. cap. 21. ubi idem pro vulgato *ἐπίσκοπος* ex Coll. et G. adfertur. Ad prius stabiliendum etiam addi posset Hermot. cap. 28. f. *ἀναβάντα ἐπὶ σκοπήν τινα*, et Zeux. c. 4. quod posterius testimonium *Solanus* jam produxit in Reviv. l. d. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἀγαθῇ τύχῃ*) Nihil varietatis adnotarat *Solan.* Invenio tamen *ἀγαθῇ δίκῃ* in utraque *Bas.* At cum *J. Fr. Par. Salm.* habeant *τύχῃ*, plures inquirere nolo; est enim formula usitata, saepe occurrens: vid. Vit. Auct. c. 1. Alex. c. 14. et 38. Rursus infra hoc Dial. Bis. Accus. c. 22. f. Reitz.

Ead. l. 14. *Ὁ μισθὸς τριώβολον ἑκάστης δίκης*) *Merces pro quoque judicio tres oboli.* Haec erat merces constituta, quae Athenis judici dabatur. *Pollux.* Onomast. VIII. 5. *τριωβόλιον ὃ τῷ δικαστῇ διδόμενος μισθὸς, tres oboli, data judici merces.* Aestimatur autem obolus Atticus octo chalcis, seu *stufero* Batavico, chalcus vero, quem Batavi *deutam* vocant. Sic et patroni caussarum merces erant tres oboli. Inferius in hoc ipso dialogo: *πολλοὶ γὰρ, οἳ κἂν ἐπὶ τριωβόλῳ διαῤῥαγῆναι ἕτοιμοι, sunt multi, qui vel trioboli gratia disrumpi parati sunt.* Graev. Vid. *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. v. 329. Vel potius *Spanhem.* ad eundem, qui de mercede hac judiciali, olim tantum *duorum*, deinde *trium obolorum*, agit, et *Grevium* ob hanc ad *Lucianum* notam redarguit, mercedemque patroni non fuisse eandem, quam judicis triobolaris, sed duplam, ex *Aristophane* docet. Reitz. Vid. *Scholiast.* ad *Aristoph.* Equitt. v. 253. et L. Bos Ellipss. p. 496. *Schäf.* Lehm.

Pag. 61. l. 10. *Ὡς τὴν Ἡχὼ εἰώθα ἐπιμ.*) Conf. supra Deor. Dial. XXII. f. Solan.

Ead. l. 11. *Λόγων τῶν δικανικῶν ἄλις ἔχοιμι, ὅσημέραι τῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαζομένων ἀκούοντι*) Non constat his constructio, et corrigendum ex Basileensi *ἀκούων τι.* Gron.

Ibid. *Ἐμοὶ*) Sic L. uti *Kusterus* conjecerat. In reliquis *ἔχοιμι*, mire absurdum; nisi, quod suspicor, *ἔχει μοὶ* scriptum fuerit. Solan.

Ibid. *Ἄλις ἔχοιμι — ἀκούοντι*) Haec non cohaerere, satis apparet. Nec illud *ἀκούων τι* mihi satis facit, excogitatum forte ad medicinam loco saucio faciendam. Non videtur, inquam, illud *τι* hic adjuncturus fuisse *Lucianus.* Quot loca inter dictantes et scribentes jotacistas corrupta sint, vel *Canteriani* syntagmatis *Aristidi* ab illo edito subjuncti c. 1. vel cujuscunque libri antiqui inspectio docere unumquemque satis potest. Sic mox habebimus *ἑκέτην* in *οἰκέτην* mutatum etc. Verbo, legendum videtur, *ἄλις ἔχει μοι — ἀκούοντι.* Usus ille verbi *ἔχει* non infrequens. Noster Parasit. princ. *καὶ γὰρ*

οὐδὲ τ' ἄλλα οἵτως ἔχει σοι. *Thucyd.* III, 53. χαλεπῶς ἔχει ἡμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ πειθώ, *difficile nobis est persuadere.* Inprimis referre hic juvat principium orationis primae *Antiphontis*, ubi similiter peccatum videtur, Νέος μὲν καὶ ἄπειρος δοκῶν ἔγωγε ἔτι, δεινῶς δὲ καὶ ἀπόρως ἔχοιμι περὶ τοῦ πράγματος κ. τ. λ. Videtur legendum, Νέος μὲν καὶ ἄπειρος δοκῶ (vel δοκῶν servato, et intellecto εἰμὶ) ἔγωγε· δεινῶς δὲ καὶ ἀπόρως ἔχει μοι περὶ τ. π. Eadem nimirum ratione, qua mox in eodem exordio dicitur, εἰ ἐπεξιόντι ἀναγκαίως ἔχει οἷς ἥκιστα ἐχρῆν ἐν διαφορᾷ καταστῆναι. GESN. Ἔμοιγε) En medicinam, quam *Gesnerus* desiderabat, quamque conjectura adsecutus est, ex libris confirmatam. REITZ. Quomodo haec cum praecedente *Gesneri* nota conveniant, viderit ipse *Reitzius*. LEHM.

Ead. l. 15. Ὥσπερ οἱ σφῆκες περιβομβοῦντες) *Alciphr.* II. pag. 262. δέδοικα τοὺς Ἀττικοὺς σφῆκας οἵτινες ἄρξονται πάντη με περιβομβεῖν· ubi *Bergler.* pristinum *Luciani* interpretem merito reprehendit, quod haec verterit, *ut vespae circumstrepentes verticem*, cum *arcem* debuisset, id quod *Gesnerus* noster sponte correxit. Ceterum Athenienses irritatos esse pugnacissimos, ideoque crabronibus comparari ab *Aristophane*, vid. apud modo laudatum *Bergler.* REITZ.

Pag. 62. l. 6. Οἶσθα ὃ δράσομεν) Attici vulgo οἶσθ' ὅ, τι δρᾶσον. V. *Muret.* Var. Lect. III, 12. SOLAN.

Ead. l. 7. Κληρωῶμεν) De causis forte producendis vide AG. V. 2091. SOLAN.

Ead. l. 9. Ἐπηγγελμέναι) Ἐπηγμέναι notatum erat in marg. *Junt.* Sed deletum deinde, adscriptumque conferendum cap. 25. Unde patebit, nihil hic mutandum. REITZ.

Ead. l. 11. Μέθη κατὰ τῆς etc.) l. e. τῆς μέθης δίκη κατὰ τῆς Ἀκαδημίας ὑπὲρ Πολέμωνος, ἀνδραποδισμοῦ οὖσα. Ὑπὲρ Πολέμωνος, i. e. περὶ Πολέμωνος, *de Polemone, super Polemone.* Κατὰ τῆς Ἀκαδημίας, subaudi γραφεῖσα. Ἀνδραποδισμοῦ, pro ἐπὶ ἀνδραποδισμοῦ. Et sic de cett. GUYET.

Ibid. Ὑπὲρ Πολέμωνος) *Erasm.* ac *Gesn.* dedere: *pro Polemone. Guyetus: de, super.* Verum est, ὑπὲρ τινὸς significare *pro aliquo.* Ut in notissima Novi Foederis sententia, Εἰ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; *Noster* hoc Dial. cap. 6. καὶ πάντες ὑπὲρ σοῦ φιλοσοφοῦσι, *et omnes* PRO TE *philosophantur.* Et c. 14. bis, ter c. 15. Idem Quom. Hist. c. 12. ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα. Tox. c 36. pr. θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων. Amor. cap. 47. p. m. μένειν ὑπὲρ ἀλλήλων — θέλουσιν. *Aristid.* T. II. pag. 116. Ed. Jebb. ὑπὲρ ἀνδρῶν καλῶν ἐρεῖν, PRO *viris honestis dicere.* Interim bene *Guyetus* monet, recte

hic *de, super,* significare: nam Polemon non tam est, *pro* quo caussa dicitur, vel qui reus defenditur, sed subjectum litis, de quo contenditur, quemque ambae litigantes suum vindicant; vide modo pr. capitis 16. At *si* quis malit reddere *propter,* hic me habebit audientem. Ita e. c. in 1. Ep. ad *Corinth.* XI, 24. τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, recte vertas, *pro nobis,* (et sic centies in N. T.) sed et *propter nos,* ibi eodem redibit et multis in locis. *Long.* Past. IV, 132. (140.) ὑπὲρ παιδὸς ἰδίου δεδοικὼς, *timens filio.* Sive *de, pro, super* filio, quod et ibi parum discriminis adferet. Sic mox περὶ Ἀριστίππου itidem est subjectum, de quo ambigunt; confer c. 23. et seq. Nec obstat, quod περί τινος εἰπεῖν etiam dicantur oratores pro aliqua re dicentes, ut *Demosth.* περὶ στεφάνου, *Demosth. pro corona*: nam et ibi corona est, de qua litigatur, aliique *de corona* vertunt; etsi hic parum quoque intersit, *pro* an *de* malis. Apud *Lucian.* autem h. l. praestat *de, propter,* vel *super,* quo sensu habuimus ὑπὲρ Gall. c. 18. Reitz.

Ead. l. 12. Ἀνδραποδισμοῦ) V. not. ad c. 17. Solan.

Ead. l. 14. Ἡ Στοὰ κατὰ) I. e. τῆς στοᾶς δίκη κατὰ τῆς ἡδονῆς περὶ τῆς ἀδικίας οὖσα. Guyet. Haesi, an in versione *Stoae* potius nomen retinerem, quod Prosopopoeiae magis aptum videretur. Sed cum non invenirem auctorem Latinae appellationis, cum toties se occasio obtulerit Ciceroni, Senecae, aliis: malui *Porticum* dicere, quae non minus potest feminam terminatione signare, quam *socrus*: quaque usi Cicero et Horatius. Gesn.

Ead. l. 15. Διονύσιον) Zenonis hic discipulus, de quo paulo post, c. 20. Solan.

Ead. l. 17. Περὶ Ἀριστίππου) I. e. τῆς τρυφῆς δίκη περὶ Ἀριστίππου πρὸς ἀρετὴν etc. Guyet.

Ead. l. 19. Ἀργυραμοιβικὴ) I. e. τῆς ἀργυραμοιβικῆς δίκη τῷ Διογένει γραφεῖσα, sive, κατα τοῦ Διογένους, δρασμοῦ οὖσα, i. e. περὶ δρασμοῦ. Guyet. Ἀργυραμοιβικὴ hic Edd. recte. Ac rursus infra c. 24. Ubi *Scholiast.* tamen ἀργυρομοιβικὴ, sine dubio per errorem calami, aut typorum; quamvis non sit contra analogiam in aliis nonnullis compositis; at in hoc verbo α verbi ἀμείβω maneat, atque ac manet in χρυσαμοιβὸς, ἱεράμοιβος etc. Reitz.

Pag. 63. l. 2. Πύῤῥωνος λειποταξίου) *Diog. Laërt.* initio vitae ejus. Bourd.

Ead. l. 6. Τὰς παλαιὰς πρότερον διαλύσωμεν, αὗται δὲ εἰς ὕστερον δεδικάσονται) *Antiquiores* illas, inquit interpres, *prius dirimamus*: *hae autem postea judicabuntur.* Non rejicio hanc scripturam, sed mihi tamen magis arridet Ms. lectio, in quo

παλαιὰς πρότερον διανύσωμεν, priores prius expediamus, sc causas. GRAEV.

Ibid. Διαλύσωμεν) Nihil varietatis in Edd. reperio. *Solan.* vulgatum jam delerat, et *ν* pro *λ* substituerat ex G. Ego necessitatem nondum video: quin quia *δίκας* supra praemissum intelligitur, aptissimum videtur *διαλύειν δίκας*, pro *dirimere, dijudicare*. Ita simplex *λύειν*, pro *dissolvere dubium*, ex *Alciphr.* II, 4. p. 262. qui *λύειν τὴν γνώμην*, pro *decidere sententiam*, habet, supra, ni fallor, jam vidimus. Addo *Hippocr.* sive Epistolam Artaxerxis ad Hippocr. quae est numero prima, *λύε ταῦτα*, id est, *solve nos omnibus his difficultatibus*. Sed *διαλύεσθαι ἐγκλήματα Thucyd.* I. c. 140. Et IV. c. 118. post med. *τὰ ἀμφίλογα δίκῃ διαλύοντας ἄνευ πολέμου. Herodian.* VI, 5, 8. *διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου, peracto bello. Dion. Hal.* VIII. p. 517. f. *διαλύσομαι τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. Aristoph.* Lys. 569. Alia Lexicogr. jam dedere. Nec tamen *διανύσωμεν* repudiarem, si modo plures Codd. addicerent. REITZ. Atqui revera addicunt plures Codd. quos vide in Varr. Lect. Ergo inutilis omnino ac superflua fuit tota *Reitzii* disputatio. LEHM.

Ead. l. 9. *Νεαρὸν*) *Μὴ παλαιὸν* P. sed solus; et glossema merum est. SOLAN. Imo rectius *Belinus νεαρὸν* pro glossemate habere videtur ejus lectionis, quam praeter Poli Codicem — erravit enim *Belinus* de Ed. *Par.* cogitans — etiam duo alii Codd. suppeditant. LEHM.

Ead. l. 11. *Τὴν δέησιν*) An *τῇ δεήσει;* GUYET. Non male. Sed personae dativus intelligi potest, quando res accusandi casu additur; ut enim Latine dicitur *gratificari alicui, et gratificari alicui quid*, ita et Graece *χαρίζεσθαί τινί τι*. Exempla in Novo Foedere sunt adeo frequentia, ut nullum inde addere opus sit. Nec insolitum praefanis. *Ael.* V. H. XII, 1. vers. fin. *χαριζομένων ἁπάντων βασιλεῖ τοῦτο*, ut ex Codd. bene edidit *Periz.* Mitto alia exempla. Interim *δεήσει* fere mallem, quod hic elegantius. REITZ. *Χαρίζεσθαί τι* ex ipso *Luciano*, si opus esset, abunde probari posset. Sed cur h. l. Dativus elegantior videri possit, equidem non video. Est *ἡ δέησις* h. l. res, quam quis est precatus. Quare mallem vertisset *Gesnerus* gratificari *preces*, quam *precibus;* nos dicimus *eine Bitte willfahren*. LEHM.

Ead. l. 14. *Τῷ Σύρῳ*) *Τῷ Λουκιανῷ τῷ Σαμοσατεῖ*. GUYET.

Ead. l. 13. *Οὐ γὰρ*) Fuit, cum Mercurio tribuenda haec verba putarem, quibus Justitiae responderet. SOLAN.

Pag. 64. l. 5. *Ἰδοὺ καὶ τὰς ὑπεροπλους ἤδη Ἀθήνησιν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποκλ.*) Sic Ms. *Ἀττικῶς*. Vulgo *ὑπεροπλίας*. GRAEV.

Ibid. Ὑπερορίας) Subaudi δίκας. GUYET.

Ead. l. 7. Πλὴν ἀλλὰ κλήρου ἕνδεκα) Sic Ms. *verumtamen sortire decem.* Editi, πλὴν ἀποκλήρου. GRAEV.

Ibid. Τοὺς αὐτοὺς) Τοσούτους rescribendum jubet *S. Petitus* ad Legg. Att. p. 323. *Ita ut ἀποκλήρου ἕνδεκα τοσούτους ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν significet*, sortire undecim totidem utrique liti. *Nam judicia reddenda erant eodem die, tum vero lege cavebatur, ne quis eadem die duo redderet judicia.* Cui ego plane adsentior, ac rescriberem, modo vel unus Codex adjuvaret. REITZ.

Ead. l. 11. Τῇ Ἀκαδημίᾳ) Subaudi δικάζοντες. GUYET.

Ead. l. 12. Τὸ ὕδωρ ἐγχει) Conf. Abdic. c. 8. f. SOLAN. Immo et mox c. 16. f. atque alibi passim. REITZ.

Ead. l. 16. Μόγις) Μόλις antiquius esse, significatu tamen non differre, vid. *Solan.* et *Hemst.* ad *Jud.* Voc. cap. 4. Vix differre adgnoscit etiam *Wessel.* ad *Diod. Sic.* II. c. 47. Confundi autem saepe a scribis, hinc adparet. Addat, cui tanti est, Deor. Dial. VII, 1. ubi μόγις edidit *Hemst.* quod ibi sic etiam est in *Fl.* et *Par.* Sed *J.* μόλις ibi vicissim habet, etsi in variantt. non est notatum. REITZ.

Ibid. Ἕστηκα) Ἕστηκεν, quod bene monuit marg. *A.* 1. *W.* omnino verum arbitror; sed quia sola hoc habet, nondum recipere sum ausus. REITZ.

Pag. 65. l. 1. Δεινῶν) P. L. et Edd. omnes, exceptis *Fl.* et *Ald.* quae κοινῶν habent. SOLAN. In *Ald.* quidem utraque inveni δεινῶν, non κοινῶν. LEHM.

Ead. l. 4. Οὐδεὶς ἐθελήσειέ γε τῷ φανερῷ συναγορεῦσαι Μέθῃ) *Nemo certe velit ebrietati palam patrocinari.* Puer vidi legendum ἐν φανερῷ. Et nunc firmat Ms. in quo οὐθεὶς ἐθελήσει ἔνγε τῷ φανερῷ συναγορεῦσαι μέθῃ, *nemo volet aperte patrocinari ebrietati.* GRAEV.

Ibid. Τῷ φανερῷ) Pro ἐν τῷ φανερῷ. Sed ἐν τῶ φανερῷ legendum videtur. GUYET.

Ibid. Ἐν) Sic P. etiam, recte. Impressi omnes ἐθελήσειέ γε, absque ἐν, absurde, quia sequitur τῷ φανερῷ. SOLAN. Ἐν τῷ φανερῷ) Recte monuit *Guyet.* cumque libri quidam addicant, facile recepi. REITZ.

Ead. l. 5. Ταῦτα) Quae sequuntur scilicet. GUYET. Occurret sic rursus Dial. seq. c. 12. pr. atque alibi. REITZ.

Ead. l. 10. Αὕτη) Ἡ Ἀκαδημία. GUYET.

Ead. l. 15. Τό γε νῦν ῥέον) I. e. ὕδωρ. *Illi nunc fluit aqua* (scil. clepsydrae) KUSTER. Vertebatur in *Graeviana: quae nunc fluit oratio.* In *Paris. id quod nunc dicitur.* Sed ὕδωρ intelligendum relinqui, recte monuit *L. Bos* de Ellips.

p. 176. Ed. Francq. Monuit idem *Guyetus*. REITZ. Cf. c. 15. in. et ad Pisc. c. 11. Schol. et adnot. LEHM.

Ead. l. 17. *Ἀνδράποδον — εὔνουν*) Ita in Epist. ad *Ephes.* VI, 7. *μετ' εὐνοίας δουλεύοντες.* Ubi *Jac. Elsner.* bene monet, *εὔνουν* saepe ac proprie dici de servis fideli ac sincero animo servientibus, ne quis existimet, *benevolentiam* minus convenire erga dominum, ac plurimis testimoniis confirmat. REITZ.

Pag. 66. l. 1. *Ὧν*) Melius ita vulgo, quam quod *Fl. ὅ.* Nec genitivi illa constructio cuiquam potest esse ignota, pro *μηδὲν αὐτῶν, ὧν* etc. *Long.* Past. L. 2. p. 43. *ὀρνίθων ἀγέλαι συνέρχονται τὸ ἑωθινὸν, τῶν μὲν ἐς τροφὴν, τῶν δὲ ἐς ᾠδήν. Herodian.* II, 1, 2. *δυοῖν οἰκέταις τῶν πιστῶν ἑαυτοῖς.* REITZ.

Ead. l. 3. *Ἔωθεν εἰς ἑσπέραν μεθύων*) Sic in Deorum consilio *ἀκράτῳ ἔωθεν ἀποπνέων.* BOURD.

Ead. l. 4. *Στεφάνοις διηνθισμένος*) Conf. Nigr. c. 18. SOLAN.

Ead. l. 10. *Ἀπαγοῦσα*) Sic P. melius, quam in impressis, ubi *ἀγαγοῦσα.* SOLAN. Admitterem *Solani* emendationem, dum *ἀπάγουσα* vel *ἀπαγαγοῦσα* legat. Singularem enim vim habet, quasi *raptam captivamque abduxerit*, vel ut praedam suam abegerit, aut seorsum abduxerit colloquendi secumque habendi caussa, quo sensu *Liv.* et *Sallust. in tabernaculum abducere*, et sim. frequenter usurpare, quis nescit? vid. tamen *Cort.* ad *Sallust.* Jug. VIII, 2. Adde supra Tim. §. 16. Ubi licet contrariam in partem de adulterio stuproque dicatur, tamen eadem caussa locutionis est, pro *perducere seorsum, ad se*, sive *seducere.* REITZ.

Ead. l. 14. *Ὁ*) Articulum ante *ἄθλιος* ego inserui, qui in omnibus desiderabatur. SOLAN. Hanc sagacissimi *Solani* conjecturam, si quam aliam, admittendam haud cunctanter censui: nam sine articulo vehementer profecto claudicaret oratio. LEHM.

Pag. 67. l. 1. *Ῥικνὸς*) *Macilentus.* Vide nos ad *Jamblichum.* KUSTER.

Ead. l. 7. *Ἐμοὶ ῥευσάτω*) Vertebatur, *peroratum a me esto.* Sed rursus intelligendum *ὕδωρ*, monuit *L. Bos* loco ad principium hujus cap. adducto. REITZ.

Ead. l. 14. *Πεφυκότα οὐ φαύλως οὐδὲ κατὰ τὴν Μέθην*) Interpres: *non male natum, neque ita ut ebrietatem referret.* Tu sic potius: *non malo ingenio hominem, neque ad ebrietatem natum*, id est, non deditum ebrietati. L. Bos.

Ead. l. 15. *Προαρπάσασα*) Dicitur ebrietas *προαρπάσασα νέον ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα.* Vertunt, *praereptus cum esset adhuc adolescens tenellus.* Sed reponendum ex Ms. *προσαρπάσασα νέον ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα, ad se rapiens, seu attrahens*

adolescentem etiam tunc et valde tenerum. Pro quo cap. 26. dicit, *πρὸς ἑαυτὸν περιέσπασε*, et statim, *προσάγεται αὐτῶν τοὺς πολλούς.* GRAEV. Parisiensis etiam *προσαρπάσασα.* Sed recepta melior et sanior mihi videtur. SOLAN. Nihil mutandum puto. Ebrietatem *prius* rapuisse ait; se suum sibi iterum vindicasse etc. GESN.

Pag. 68. l. 6. *Καταυλούμενος*) Cf. supr. Phal. I. c. 11. f. SOLAN.

Ead. l. 8. *Παρ' ἐμὲ*) Meminit et *Orig.* c. Cels. p. 50, 1. Sed ibi philosophum non nominat: pag. 125, 1. Xenocratem vocat; uti et *Diog. Laërt.* IV. p. 100. C. et *Eus.* Chron. *Horat.* 2. Sat. 3, 254. — *faciesne quod olim Mutatus Polemon?* SOLAN.

Ead. l. 10. *Πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἑταίρων*) Introducitur Academia dicens, Polemonem venisse ad se, dum patentibus foribus de virtute et temperantia forte verba faciebat *πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἑταίρων*· i. e. secundum interpretem, *apud amicos praesentes.* Sed pro *apud amicos* rectius verteres ad discipulos. Philosophos enim discipulos suos modestiae caussa vocare consuevisse *ἑταίρους* et *ὁμιλητὰς*, ab aliis ostensum est. VITR.

Ead. l. 13. *Συγχεῖν ἡμῶν ἐπειρᾶτο τὴν συνουσίαν, ἐπιταράξας τῇ βοῇ*) Interpres: *perturbare nos tentabat, conventum clamore interturbando.* At *τὸ συγχεῖν* cum casu secundo nunquam construitur. Deceptus fuit interpres prava distinctione. Verba erant distinguenda hoc modo: *συγχεῖν ἡμῶν ἐπειρᾶτο τὴν συνουσίαν, ἐπιταράξας τῇ βοῇ.* Et vertenda: *confundere nostrum conabatur conventum, turbas dando sua vociferatione.* VITRING. Recte vidit *Vitringa;* quare interpunctionem ita fieri curavi, ut is jussit. REITZ.

Pag. 69. l. 2. *Ἀνεγρόμενος*) Sic P. In impressis *ἀνεγειρόμενος.* SOLAN. Non repudiavi vulgatam, quae *ἀνεγειρόμενος* habet; sed quia ad *Par.* haec describitur, quatenus bona est, ejus lectionem servavi, tum quia Cod. P. quoque sic exhibet, et alibi Noster sic solet, ut modo Gall. c. 2. vidimus. Sed utrumque idem esse, quis nescit? REITZ.

Ead. l. 9. *Πρὸς ἐμοῦ*) Cur hic Edd. excusserit *Solan.* olfacere me credo. Nimirum *πρὸς ἐμὲ* quaesivit; nec adeo immerito, ut sit, *quomodo adfectus sit erga me. Erasmus* enim (vel potius *Micyllus. Lehm.*) ut Graecis auxiliaretur, dederat, *quo pacto* A ME *immutatus atque affectus sit, διάκειται* passive accipiens: quod non plane nego fieri posse: nam sive *dispositus sum* dicas, et pro passivo habeas, sive *jaceo,* et neutrum voces, non magni interfuerit, ac *πρὸς* cum genitivo passivis et

passionem significantibus additum valere *ab*, verum est. Sic supra Icar. c. 21. f. *πρὸς αὐτῶν γεωμετρουμένη*. Tim. §. 9. f. *ἀμεληθῆναι πρὸς ἡμῶν* (*ἡμᾶς* ante lectum.) Sed ibidem §. 5. et 25. *πρὸς* cum genit. pro *ὑπό*. Item §. 15. *ὡς μὴ ὠφθείην πρὸς τινός*. Ne alios testes adducam, quod in proclivi foret. At quando *διάκειμαι* significat adfectus *sum erga aliquem*, certe solet *οὕτω διάκειμαι πρός τινα* dici cum accusativo, ut Noster in Prometh. c. 10. *οἱ ἄνθρωποι εὐγνωμονέστερον διάκεινται πρὸς τὰ τοιαῦτα*. *Isocr.* ad Nicocl. *ὡς χρὴ πρὸς ἄρχοντας διακεῖσθαι*, qualia bene multa jam protulit *Stephanus* in Thes. Verum cum etiam reperias in *Thucyd.* VII. c. 77. *ὁρᾶτε — ὡς διάκειμαι ὑπὸ τῆς νόσου*, quod recte ita exponas passive, *videte — in quem statum a morbo redactus sim*, et, ut modo vidimus, *πρός* cum genitivo valeat saepe *ὑπό*, videretur et hoc *Luciani* ita defendi posse, ac reddi, *in quem statum a me redacta sit*; sed minus tamen commode: nam cum Academia Ebrietatem advocari jubeat, ut ipsa fateatur se sponte amore vitae melioris ad illam transisse, necesse est, ut ipsa testetur, quo studio adfecta sit, quem animum gerat erga magistram; ut recte *Gesnerus* ex contextu reddidit. Quare *πρὸς ἐμὲ* legere etiam malim; etsi *πρὸς μητρὸς*, *respectu matris*, *Alciphron* I. Ep. 19. p. 74. et *πρὸς* accusativo ac genitivo simul jungatur eodem commate ap. *Aristot.* Pol. I. c. 8. f. *ἡ γὰρ θηρευτικὴ — ἡ δεῖ χρῆσθαι πρός τε τὰ θηρία, καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι πεφυκότες ἄρχεσθαι μὴ θέλουσιν*. Verum ibi alia ratio est: nam *ἀνθρώπων* est genitiv. partitivus pendens ab *ὅσοι*, et ellipsis simul, cum intelligatur *πρὸς τούτους* ante *ἀνθρώπων*. Reitz. Non Ebrietatem advocari jubet Academia, sed Polemonem. Caussam interserit, judices allocuta, *ὅπως καταμάθητε, ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμοῦ*· quae verba, re denuo perpensa, jam sic de *Erasmi* (*Micylli*) sententia, interpretanda arbitror, *uti discatis, quomodo a me* (i. c. mea opera jam) *affectus sit*, qualis jam homo sit, postquam mihi obtemperavit. Gesn.

Ead. l. 13. *Κόσμιον ἄνδρα καὶ σώφρονα*) Junguntur etiam *κόσμιος* et *σώφρων* in Epist. I. ad *Timoth.* c. 3. v. 2. Sed ordine contrario; unde conjiceres, plus esse *κόσμιος*, quam *σώφρων*. Licet id non semper pro argumento valeat, quin in ejusmodi paene synonymis ordinem haud adeo observent auctores; minime poëtae, modo ne plane vitiose decrescat oratio: nam in illo *Aristophanis* Plut. 89. quod *J. Elsner.* ad l. d. adfert. *ὡς τοὺς δικαίους καὶ σοφοὺς, καὶ κοσμίους*, videretur sic *κόσμιος* plus etiam esse, quam *δίκαιος* et *σοφὸς*, quod tamen non sequitur; nam virtutes fere inter se sunt aequales et

pares, ut *Cic.* ait de Amic. Ceterum *κόσμιον* esse hominem probatis et compositis moribus, nemo nescit. Qui tamen exempla desiderat, adeat laudatum *Elsner.* videatque *Herodianum* etiam *κόσμιον* ac *σώφρονα* conjungere, et *κόσμιον* praemittere. REITZ.

Ead. l. 14. *Χάριν οἶδεν*) Supra Tox. c. 53. Catapl. fin. et alibi saepe hac phrasi utitur aeque ac *Alciphr.* Et *Liban.* Soph. Ep. 13. *χάριν δὲ εἰδότες σοι τοῦ φιλεῖν.* Item *Homer.* Iliad. Ξ, 235. — *ἐγὼ δέ κέ τοι εἰδέω χάριν ἤματα πάντα.* REITZ.

Pag. 70. l. 1. *Ἄγε δή*) Etsi plural. *μέλλετε* sequitur, nihil tamen opus est *Florentinae* lectione *ἄγετε.* Nam *ἄγε* sequente plurali bene multis jam confirmavit *Steph.* in Thes. Sic *φέρε* apud *Aristid.* p. m. 415. T. I. in Or. Leuctr. 1. *Φέρε δὴ πρὸς Διὸς, εἰ ταῦτ' εἶπον οἱ Θηβαῖοι πρὸς ὑμᾶς.* Ne quid plura in re manifesta. Latini similiter, *Age, videamus*, pro *agite Cic.* pro Leg. Man. c. 14. pr. *Age vero — considerate.* REITZ.

Ead. l. 2. *Ἄλλοις*) Recte *ἄλλοις Fl.* nam et sic. c. seq. *δίκην ἐδίκασαν τῇ Ἀκαδημίᾳ.* Item cap. 24. *δικάσεταί μοι.* Et licet accusativus *δίκην* saepe addatur huic verbo; tamen dativum personae habet, quando pro *dicere alicui jus*, uti hic, ponitur. Ideoque id recipiendum contra ceteras Edd. existimavi. REITZ.

Ead. l. 3. *Πάσαις — κρατεῖ*) *Ψήφοις* subaudiri, pluribus docet *L. Bos* de Ellips. p. 207. — 8. REITZ.

Ead. l. 4. *Τινα — τιθέμενον*) *Ψῆφον* et hic intelligi docet idem *L. Bos* de Ellips. p. 206. REITZ.

Ead. l. 6. *Ἡ κατάγραφος*) *Ἡ κατάγραφος, ἢ τὰ ποικίλα*· id est, *ἢ ποικίλως κατάγραφος*, sive *ἢ τοῖς ποικίλοις καταγεγραμμένη.* GUYET.

Ead. l. 7. *Ἡ τὰ ποικίλα*) Ob insignes in ea porticu picturas. De phrasi vide Diall. Mortt. X. cap. 4. et alia, quae ibi indicantur, exempla. SOLAN. Conf. etiam de hac ellipsi c. 9. et Gall. cap. 14. *Guyetus* rem quidem exposuit, ellipsin minus adcurate adsecutus. *Ἔχουσα* enim intelligi, ex superioribus locis videbis, et res est notissima. REITZ.

Ead. l. 11. *Ἐν χρῷ κέκαρμαι*) V. *Theophr.* Char. *Μικρολ.* p. 34. et Nostrum Vit. Auct. c. 20. Hermot. c. 18. cum notis. SOLAN.

Ead. l. 16. *Τὸν Διονύσιον*) *Τὸν Ἡρακλειώτην.* GUYET. Stoicus hic clarus inter Zenonis discipulos memoratur a *Diog. Laërt.* p. 173. B. qui tamen postea molestissima lippitudine laborans, a suis tandem defecit, doloremque inter *indifferen-*

tia ponere desiit. Solan. Unde *ὁ μεταθέμενος* dictus, de quo saepius *Cicero*, ut Tusc. II, 25. De Fin. V, 31. e. a. Lehm.

Pag. 71. l. 2. *Ἡμῶν*) Leg. *ὑμῶν*. Solan. *Ὑμῶν*) Non dubitavi hoc contra Edd. recipere, quia sensus omnino requirit, et millies in eo propter soni vicinitatem, quem jotacismus plane confundit, aberratur in Codd. quorum auctoritas hic parum valere debet, quandoquidem res ipsa loquitur. Optime etiam *Gesner.* sponte in versione dederat, *ante vos.* Reitz.

Ead. l. 3. *Ἀδελφὴ τῆς παρούσης ὕβρεως ἐστὶν*) Ab *Erasmo* (*Micyllo*) *Benedictus* accepit *quasi quaedam soror praesentis caussae est*, captata elegantia, ut mihi videtur, praeter mentem *Luciani*, qui si tale quid intellexisset, scripsisset quoque *ὡςεί τις ἀδελφή*. Sed nunc simpliciter *ἀδελφὸν* ei ponitur pro aequali et simili, ac plane ut infra, *παραπλήσιον γάρ τι καὶ τοῦτο ἔοικεν εἶναι*. Gron.

Ead. l. 11. *Τῷ πόνῳ*) Queritur de Graecis *Cicero*, quod, etsi copiosior est eorum lingua, vocem hanc *dolori* simul et *labori* communem fecerint, Tusc. II, 14. in quo a *Budaeo* reprehenditur Comment. p. 750. Ed. Steph. Sed immerito, uti vel ex hac et sequenti oratione satis patet. *Davisius* etiam, iniquum hic erga Graecos fuisse *Ciceronem*, inde se arguere putat, quod *labor* inter Latinos etiam doloris obtineat potestatem, quod duobus locis *Plaut.* conficere se putat. Solan.

Ead. l. 14. *Τί ἂν*) An *τί οὐκ ἄν*; Guyet. Si praemissum *καὶ τοι quamquam*, *verum* reddas, plane absonum videtur cum *Guyeto οὐκ* inserere. At si vertas *atqui*, ut c. 21. med. *καὶ τοι τίς ἂν κριτὴς*, *atqui quis judex* etc. *deinde vero*, possit *οὐ* stare. Sed non voluit negationem proferre *Lucianus*. Ait enim Stoa: Quid ego querar de injuria mihi illata? Deos ipsos injuria adficit, ideo non tam propter me, quam propter Deos eam punite. I. e. minor est mea, quam patior, injuria, ideoque quid adeo ei succenseam? Immo videtur argute imitari morem philosophorum sive Theologorum, qui non sua, sed Dei caussa, se dolere dictitant, ut vindictam eo graviorem consequantur. Reitz.

Ead. l. 15. *Ὅπου*) Pro *quandoquidem*, ut Latinorum *ubi*. Vide Dial. proximo Icar. c. 9. pr. Reitz.

Pag. 72. l. 5. *Πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνά γε αὐτὴν ἐρωτᾶτε, οἵους ἂν οἴεται γενέσθαι τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν ἡμέτερον Θησέα, εἰ προσθέντες τῇ ἡδονῇ ἔφυγον τοὺς πόνους*) *Verumtamen illud ab ipsa quaerite, quales putet fuisse nostrum Herculem et Theseum, num voluptati indulgentes, evitarint labores.* Nihil hic reprehendo, sed moneo tantum, in prioribus verbis *πρότερον*

inscrere Ms. *ἐκεῖνά γε αὐτὴν πρότερον ἐρωτᾶτε, haec prius illam interrogate.* Dein pro *προσθέντες* in illo, ut et Anglicano, scribi *πεισθέντες, num persuasi a voluptate*, ut alludat ad Herculem Prodicium apud *Xenophontem*, cui voluptas omnibus modis persuadere conabatur, ut sua sequeretur castra. GRAEV.

Ead. l. 7. *Ἡμέτερον*) *Solan. Juntinae* adscripsit, male Scholiasten *ὑμέτερον* habere. *Gesnerus* contra deleto *η*, *ὑμ.* edi voluit, et huic adsentior. *Thesea vestrum* enim melius procedit, quam *nostrum*, etsi suum quoque Thesea Stoa dicere queat, tamen minus commode. Sed quia nulla Ed. pracit, et vulgatam retinui, et versionem ei contrariam. REITZ. Ego vero non solum *Gesneri* versionem retinui, sed etiam restitui lectionem, quae illi subest, *ὑμέτερον*. Nam *ἡμέτερον* vel propterea non commode Stoa poterat dicere Thesea, quod sic judices nihil facile impediebantur, quo minus hunc patriae suae conditorem pro *Stoico* haberent, quod ne joci quidem caussa iis in mentem venire debuit. LENM.

Ibid. Εἰ προσθέντες) Angl. *εἰ πεισθέντες*. BOURD.

Ead. l. 10. *Κατὰ μικρὸν ἀποκρίνασθαι*) Nimirum Porticus, id est, Stoica philosophia, loquitur, quae *minutis interrogatiunculis, et quasi punctis, quod proposuit, efficit, Cic.* Parad. praef. Vel, ut idem de fin. IV, 3. *pungit, quasi aculeis, interrogationibus angustis.* Porro hanc esse *altercationem*, satis *Quintilianus* docet. GESN. Conf. c. 22 f. et 28. m. ubi *διαλλαβα* et *κομματικὰ* proponit *ἐρωτήματα*. Adeoque simili modo praecise sibi postulat responderi. REITZ.

Ead. l. 12. *Τὸ μηδὲν οὖσα*) Conf. supra de Merc. cond. c. 16. *ὡς τὸ μηδὲν ὤν*. REITZ.

Ead. l. 13. *Ψηφίσασθε ἤδη τὰ εὔορκα*) *Jusjurandum religiose servandum decernite.* GUYET.

Ead. l. 16. *Ὁ Ἐπίκουρος — λέγε*) Nihil novi est, nominativum sic pro vocativo poni; neque id mirum, si vel nominativus ipsi vocativo additur interdum, ut apud *Homer.* Il. *Δ*, 189. *φίλος ὦ Μενέλαε*. Non enim addam, quod sexcenties apud eundem occurrit, *μητιέτα Ζεύς*· id quod *S. Clarke* ad Il. A, 175. non pro vocativo admittit, sed antiquum nominativum Macedonicum esse tradit. Esto! quia nimis anomalum foret, adjectivum ab suo substantivo ita dissentire. Verum tum quoque dicendum, *φίλος* olim *φίλος* in vocativo sonuisse, non *φίλε*. Interim purus ejusmodi nominativus, qualis hic in *Luciano*, non potest negari pro vocativo valere, quia articulus additur, veluti et ap. *Homer.* Il. *Γ*, 275. et seqq. *Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις, Καὶ ποταμοὶ —*

μάρτυροί ἐστε. Ubi *Didymus* etiam Ἥλιος pro ᾧ ἥλιε positum ait. Adde *Nostrum* infra cap. 33. pr. ὁ Διάλογος — λέγε. Reitz.

Pag. 73. l. 4. Πρὸς ἑαυτὴν — βλέπειν). De hoc Graecismo conveniente cum Belgicismo, vid. fratris nostri consultissimi *G. O. Reitzii* Belgam Graeciss. p. 446. Reitz.

Ead. l. 9. Καὶ ἣν φησι κεφάλαιον τῶν πόνων τὴν εὐδαιμονίαν παραγίγνεσθαι λῆρον οἰηθεὶς, τοὺς μὲν ἀγκύλους ἐκείνους λόγους, καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους ἀπέφυγε) Vertitur: *Et quam laborum caput, felicitatem provenire dicit, nugas ratus, obliquos illos sermones labyrinthis similes evitavit.* In Ms. legitur καὶ ἣν φησι ἐπὶ κεφαλαίῳ τῶν πόνων. Ἐπὶ κεφαλαίῳ, ἐν κεφαλαίῳ, et apud *Thucyd.* ἐνὶ κεφαλαίῳ, est *uno verbo*, quod et Latinis, *denique*, aut, ut *Cicero*, *quid quaeris? noli quaerere.* Idcirco sic vertes: *Et quam, ut uno verbo dicam, laborum ait felicitatem esse, pro nugis habens, ambiguos illos sermones, et labyrinthis similes evitavit.* Quamvis vulgatam non damnem, quae sic potest explicari commode, *et quam felicitatem, caput* seu *summam omnium laborum, ait esse, pro nugis habens.* Graev. Sinistre interpretando proditor *Graevius* ipse factus optimae lectionis, quam cum ipsius Codice etiam duo alii tuentur. Κεφάλαιον τῶν πόνων h. l. adversarius cavillans idem dicit, quod supra Icarom. c. 5. med. κεφάλαιον τῆς σοφίας dicebatur. *Pro summa*, i. e. summo gradu, fastigio, *laborum* (sapientiae scilicet) *Stoici profitentur advenire felicitatem*, pretium laboriosae vitae ajunt esse felicitatem omnino cum h. l. conferendus ille Icaromenippi. Simul apparet, verbo παραγίγνεσθαι ad sententiam complendam omnino opus esse. Lehm.

Ead. l. 10. Παραγίγνεσθαι) Glossa videtur, veteres Codd. inspicienti. Guyet. Vellem libri praeirent, ex quibus nil varietatis notatum invenio, et lubens illud παραγίγνεσθαι cum *Guyeto* ejicerem: quod licet ita construi possit, ut sensum aliquem fundat, tamen quanto concinnius fluat oratio, si exsulet, facile adparet. Reitz.

Ead. l. 13. Ἀποῤῥίψας) Angl. ἀποκόψας. Bourd. Διακόψας) Ita P. et L. In vulgatis ἀποῤῥίψας, pro quo scriptum fuisse ἀποῤῥήξας arbitror; certe in A. ἀποκόψας legi testantur. Solan.

Ead. l. 14. Πόνον — πονηρὸν, ἡδεῖαν — ἡδονὴν) Non assequitur interpretatio ulla suavitatem hujus loci. Etymologiis frequenter utebantur Stoici. Domestico igitur quasi argumento utitur Epicurus. Πονηρὰν esse quî negabitis τὸν πόνον, a quo πονηρὸν dicatur? Videntur auctores linguarum *laboris*

notionem cum *malo* saepe junxisse. Docent hoc Ebraeorum עמל, Graeca πονηρὸς et μοχθηρὸς, item πανοῦργος, ὀφθιοῦργος, Latinorum *laborare morbo, invidia* etc. Cives mei in Franconia morbum sacrum sive comitialem vocant saepe *die Arbeit:* quo eodem vocabulo etiam in partus *doloribus* utuntur. Similiter deinde Noster πόνον de morbo Dionysii adhibet. Gesn.

Ead. l. 15. Ἀποκλείειν ἐχρῆν) Interrogative pronuntiandum, usque ad εὐδαιμονήσῃ μετὰ τὸν βίον. Guyet. Id igitur ut fieret, curavi. Reitz.

Pag. 74, l. 2. Ἐς τὸν πόνον) Non damno hanc lectionem; sed quid si continuata metaphora dixit πόντον; Gesn.

Ibid. Ἔνδοτον) In *Act. Apost.* cap. 2, 23. ἔνδοτον λαβόντες. Ubi saepe laudatus *Elsner.* hoc *Luciani* aliisque veterum testimoniis ἔνδοτον exponit, *qui hostibus et adversariis exposcentibus ad supplicium, utque de eo pro arbitrio statuant, traditur:* quare in re manifesta, plura non addam, praeter *Phalar.* Epist. 4. et 5. Reitz.

Ead. l. 3. Ὥσπερ ἱκέτην — ἐπὶ τὴν ἡδονὴν καταφυγόντα) Sic rectius Ms. *Cum ille supplicis instar ad voluptatem, tanquam ad misericordiae aram confugerit.* Editi, φεύγοντα· sed tum non confugiebat, sed ante confugerat. Graev.

Ibid. Ἱκέτην) Etsi οἰκέτην legerat, tamen *supplicem* verterat *Obsop.* in Paris. Ed. quod indicium est, eum verum vidisse. Reitz.

Ead. l. 5. Ἀρετὴν — ἱδρῶτι) *Hesiod.* Ἔργ. 288, Γῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. Πολυθρύλλητον autem ait, quia philosophis tam frequenter in ore est, ut persaepe jam audivimus. Conf. Gall. c. 11. Item huj. Dial. c. 12. etc. Reitz. Cf. *Xenoph.* Memorr. II, 1, 20. Lehm.

Ead. l. 7. Μετὰ τὸν βίον) Vid. Hermot. c. 78. cum nota nostra, et *Plut.* in M. Catone 641. Solan.

Ead. l. 11. Δοκιμασθέν) Editiones plurimae δοκιμάσας. Bourd.

Ead. l. 13. Δὲ) Delendum omnino censeo illud δὲ, nisi malis cum *Fl.* ἑαυτὸν — τούτους — τοὺς πόνους etc. immo sic etiam melius aberit. Solan. Sensus liberioris styli non tam repudiat h. l. particulam δὲ, quam potius flagitat. Lehm.

Ead. l. 13. Τοῦ λόγου) *Basil.* τούτου. Bourd. Μὲν τοῦ λόγου B. P. et L. nisi quod in P. solo est μέν. *Par.* Ed. recte mutavit; in reliquis τούτου est, nihil aliud. Solan.

Pag. 75. l. 3. Ἐμπιπλαμένους) Jam rursus sine μ. At ἀνεμπιπλάμην Icar. c. 11. pr. Utrumque rectum. Prius tamen Nostro fere frequentius. Vid. supra Jov. Conf. c. 46.

Amor. c. 8. et 24. etc. *Solanus* alibi frustra *μ* inserens, hic manum recte abstinuit. Reitz. In Amor. c. 24. fuerat olim vitiosa forma *ἐμπίπλατο*, quae jam in genuinam *ἐμπίμπλατο* mutata est. Omnino scriptor noster promiscue utraque forma usus esse deprehenditur. Ad Amorum et Icaromenippi loca accedunt et alia ejusdem generis, ut *ἐνεπίμπλατο* infra c. 31. Alex. c. 14. *ὑποπιμπλάμενος* ibid. c. 12. e. a. Lehm.

Ead. l. 4. *Τύγου*) Conf. Paras. c. 58. et Navig. c. 40. Solan. Fabulam ipsam narrant *Herodot.* I, 8. sq. et *Justin.* I, 7, Cf. etiam *Cic.* Offic. III, 9. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἄϊδος κυνέην*) Ex Il. E, 845. Adde *Schotti* adag. 13. et *Plut.* 136. f. *Aristophan.* Ἀχ. 390. *s. Suid. Apollod.* I. pag. 58. A. Solan.

Ead. l. 6. *Μακρὰ χαίρειν*) Ego valere jussi illud vulgatum *μακρὰν*, cum verum P. et J. exhibuerit. Vid. omnino ante notata ad Jov. Confut. c. 32. f. Adde, si vis, Asin. c. 46. et Gall. c. 13. Reitz. Est potius locus Jov. Tragoed. c. 32. et adnotatio indicata legitur Tom. V. p. 595. sq. Cf. etiam Varr. Lectt. ad Pro Laps c. 2. Tom. III. p. 306. Lehm.

Ead. l. 15. *Λόγοισι*) Ex *Euripide* hoc Phoen. 363. Amphis autem, *ἅπου τις ἀλγεῖ κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει. Steph. γνωμ.* 13. Solan.

Pag. 76. l. 10. *Τί διάφ.*) Sic P. nisi quod *προηγούμ* — et *ἀποπροηγούμενον* habet. In reliquis *ὅτι*, aut *ὅ, τι διάφ.* Solan.

Ead. l. 14. *Διαύλλαβα*) Nihil variare Edd. adlevit *Solanus* noster. At mox c. 28. *κομματικὰ ἐρωτήματα.* Sed breves atque abruptas, praecisas quaestiunculas per *διαύλλαβα Lucianus* intelligit, quales modo praemiserat, et eodem redit *κομματικὰ* a *κόπτω*, quasi quae brevioribus includuntur commatibus; addit enim *μικρὰ καὶ κομματικά.* Reitz.

Ead. l. 17. *Τρίτῳ*) Vid. *Aristot.* Ἀναλ. πρότ. Sed vix tempero, quin illud *ἀναποδείκτων* in *ἀδυνάτων* mutem; adi tamen Vit. Auct. c. 24. ubi *ἀναπόδεικτον συλλογισμὸν* vocat. Solan.

Ibid. Τῶν ἀναποδείκτων) Audiamus breviter *Apulejum* de habit. doctr. Plat. s. de hermen. p. 37, 8. *Ex hisce igitur in prima formula modis novem primi quatuor indemonstrabiles nominantur: non quod demonstrari nequeant — sed quod tam simplices tamque manifesti sunt, ut demonstratione non egeant, adeo ut ipsi caeteros gignant, fidemque illis ex se impertiant.* Poteram igitur *σχῆμα modum* interpretari, si constaret, ad hanc ipsam divisionem pertinere argumentationem hanc Porticus: quod jam quaerere non vacabat, et cui temere est tantum a re sua otii? Gens.

Pag. 77. l. 3. *Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ*) Alias plerumque sine articulo haec formula effertur. Sed et cum eo; vid. ad Alex. cap. 14. et 38. REITZ.

Ead. l. 4. *Ἀρετὴ καὶ Τρυφὴ*) Forsan *Ἀρετῇ* etc. SOLAN.

Ead. l. 11. *Φιλονεικῆτε*) Quia utrumque stare potest, nihil mutavi. Credo tamen *φιλονεικεῖτε* ex O. praeferendum, quia imperandi modus majorem hic vim habet. Et quia sic solet, ut mox f. hujus cap. *μὴ ἀγαναχτεῖτε*. REITZ.

Ead. l. 15. *Καὶ οὗτος* etc.) Versus senarius. GUYET.

Ead. l. 16. *Τὸ δεῖνα*) *Τὸν μισθόν· τὸ δικαστικὸν*, quod sequitur, glossema videtur *τοῦ δεῖνα*. GUYET.

Pag. 78. l. 1. *Τὸ δικαστικὸν*) *Τριώβολον* intelligi, bene monuit *L. Bos* de Ellips. p. 171. (*μίσθωμα* melius *Schäferus* ibid. p. 496. *Lehm.*) Conf. supra c. 12. *ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης*, ibique notam *Gesneri*. Acute quidem *Guyetus* conjecit, *τὸ δικαστικὸν* glossam videri, quia idem est, quod *τὸ δεῖνα*· non tamen adsentior, tam quia Scholiastes *δικαστικὸν* jam suis in exemplaribus legit, quam quia bene exponit, per contemtum non nominasse *triobolum*, sed *δικαστικόν* illud subjecisse *τοῦ δεῖνα*. Cum igitur lepos insit in eo, minime id ejectum velim. Nam ut *ὁ δεῖνα*, qui digito monstratur, magni quid prae se fert, ita per jocum dicit, *grande illud* scilicet *honorarium*. Sed melius procederet metaphora illa deceptionis, si vel *τριώβολον* nominando etiam *μέγα* praemisisset, dicens, gravis *illa mercis triobolus;* verum lusit forsan in oppositione *τοῦ δικαστικὸν* et *ἀδίκαστος*, ideoque prius eo minus abesse patiar. REITZ. Aliter prorsus hunc locum interpungendum et explicandum esse, quam a *Guyeto* et *Reitzio* factum, primus vidit *Seagerus*, de quo adeunda ad Vit. Auct. c. 19. adnotatio Tom. III. p. 522., et post illum inter alios etiam *Fritzschius* Quaest. p. 30. LEHM.

Ead. l. 6. *Δικάσετε*) Sicut conjeceram legendum, habet Ox. non *δικάσατε*, quod in impressis omnibus est. Sic etiam verterat jam interpres. SOLAN.

Ead. l. 10. *Δρασμοῦ*) Subaudi *τὸ περὶ*, i. e. *περὶ δρ.* GUYET.

Ead. l. 16. *Ἐώκει — πράξειν*) De mutando *πράξειν* in *πράσσειν* cogitaram. Nunc acquiesco. SOLAN.

Pag. 79. l. 2. *Κριτήριον*) Hic paria facimus Graecis: nam etiam *Cic.* Acad. 4, 6, *tollit Philo judicium cogniti et incogniti.* GESN. In I. Epist. ad *Corinth.* VI, 4. *βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε*, i. e. *judicia ad res hujus vitae pertinentia.* Ubi *J. Elsner.* et hoc *Luciani* adfert, aliudque ex *Polyb.* Excerpt. Legat. pag. 1095. *δίκας ὑπέχειν ἐν ἴσῳ κριτηρίῳ, caussam dicere in aequo judicio.* REITZ.

Ead. l. 3. *Τοιγαροῦν ἐρήμην αὐτοῦ καταδικασάτωσαν*) Male interpretantur, *indicta igitur caussa ipsum condemnent.* Est enim, *ipsum condemnent, quia non obierit vadimonium.* Sic *ἐρήμην ὄφλειν*, est *vadimonii deserti reum esse.* *Pollux* VIII, 8. *Ἐρήμην λύειν* est *deserti vadimonii absolvere*, et iterum agendi facultatem dare. GRAEV.

Ead. l. 4. *Λογογράφον — Σύρον*) Intellige Lucianum rhetorem ex Samosata Syriae civitate natum. Syria autem majoris Asiae regio est, juxta Judaeam, quae hodie Syria vocatur, de qua *Strabo* L. XVI. *Plin.* L. V. c. 12. et 22. *Pomp. Mela* L. I. COGN.

Ibid. Πρώην) V. c. 33. Dialogos ergo scribere coeperat ante annum aetatis quadragesimum. SOLAN.

Ead. l. 16. *Πρῶτον*) Hoc prooemium totum est ex *Demosthenis* de Corona oratione desumtum, p. m. 141. sive ut rhetoras sui temporis plagii, quod passim facit, insimularet: aut ut loquentis dignitati consuleret: sed prior ratio placet, dignitatis enim Rhetorices haud tam sollicitus videtur, quam ut per eam affectatos sui temporis rhetoras petat; quod et ipsa oratio et notae satis ostendunt. SOLAN.

Pag. 80 l. 4. *Οὐχὶ ταὐτὰ*) Ex alia jam eiusdem *Demosthenis* oratione, Olynth. scilicet III. p. m. 21. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ὥστε*) Deest in Ms. Ox. prave. Quod autem *ἀναχολουθία* videtur hic esse, inde est, quod deficiente jam *Demosthene*, *αὐτοπρόσωπος* Rhetorica reliqua exsequi cogitur. SOLAN.

Ead. l. 12. *Τοῦτον*) Etsi *τὸ μειράκιον* neutro genere est usitatum, hic tamen Parisinae lectio *τοῦτο* intolerabilis erat, quia mox *ὄντα* cum cett. habet, cum *ὄν* deberet. Recte autem masc. genere etiam usurpari, ratione sexus, exemplis egere non existimo. Vid. tamen supra adductum ex *Aristoph.* Plur. *τέκεα ἀναβοῶντες*. Idque et Latinis frequentari plus satis notum, ut *Terent.* in Andr. *Mea Glycerium.* REITZ. Non vidit itaque *Reitzius*, *τοῦτον* non arctius esse cum *μειράκιον* jungendum, sed cum *ὄντα*, *μειράκιον* autem esse Praedicatum: *hunc, qui erat μειράκιον.* De Synesi igitur generis hoc quidem loco neutiquam cogitandum. LEHM.

Ead. l. 14. *Ἐνδεδυκότα*) *Th. Mag.* v. *ἐνδεδυκώς* haec eodem modo profert. REITZ.

Ibid. Περὶ τὴν Ἰωνίαν) Habes hic multa ad Luciani vitam spectantia, quae cum id agemus, excutienda erunt, et ad sua quaeque tempora referre conabimur in Vita Luciani a nobis concinnanda, et huic operi praefigenda. SOLAN.

Pag. 81. l. 2. *Ἐπειδὴ*) Ox. et *Thomas Mag. ἐπεί.* SOLAN.

Ead. l. 3. *Εὐμαθὴς*) Et haec *Thom. Mag.* habere voce *Εὐμ.* recte notavit *Solan.* REITZ.

Ead. l. 8. *Πολλοὺς καὶ θαυμ. λόγους*) Haud satis modeste facere Lucianum, qui haec Rhetoricam dicentem inducat, non deerunt, qui arbitrentur; inter quos ego etiam censeri non recusem, non ignarus tamen quid regeri possit, nempe Lucianum artibus oratoriis cum semel valedixisset, famam etiam, quam iisdem sibi fecerat, parvi duxisse, ea sola contentum, quam novae insistens viae, sibi jam comparabat. Hinc etiam conjicere licet, paucissima prae reliquorum numero Luciani scripta ab eo edita, quae tum scripta sint, cum fucatae illi Rhetoricae operam daret. SOLAN.

Ead. l. 9. *Εἰς τοὺς φυλέτας*) Respicit nempe ad jus civitatis praemii loco datum, ut aliis bonarum artium professoribus, sic Rhetoribus quoque ac Sophistis, cujus plura exempla sunt apud *Philostratum*; v. g. in Hippia 1, 11. in Adriano 2, 10, 3. in *Aristide* 2, 9, 1. ubi plura *Olearius*, quemque ibi laudat *Spanhem.* Orb. Rom. Exerc. I. c. 4. GESN. Recte monet *Solanus*, errare *Olearium* ad *Philostratum* in Vit. Soph. hoc Luciani eodem trahentem. Adscripserat etiam *Hemsterh.* orae Luciani: errat *Olear.* ad *Philostr.* V. S. p. 495. No. 8. Et ut vera quidem, quae hic notat *Gesnerus*, tamen Lucianus aliter hic ludit. Rhetorica quippe ipsa civis adsciscit sibi maritum, sed peregrinum, *βαρβάρον τὴν φωνήν.* Deinde operam dat, ut tribulibus adscribatur ac civium in numero sit, i. e. ut ex Syro et Barbaro Graecorum disertissimus haberi possit. Ipse propterea c. 30. *καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐνέγραψε.* Non igitur agit de jure civitatis, quo praemii loco donatus fuerit. Quod si cum impetrasse aliunde probari queat, alia res fuerit; hinc saltem non probatur. REITZ.

Ibid. Παρενέγραψα) Cave, hoc cum clarissimo *Philostrati* interprete (ad pag. 495.) sic intelligas, ut in Graecis urbibus civitate donatus fuerit, quod illic Hippiae contigisse legitur. SOLAN.

Pag. 82. l. 1. *Περιστέλλουσα*) *Complectens.* GUYET. Malc. Quid enim complexus ad eum omnibus notum clarumque reddendum? REITZ.

Ead. l. 3. *Ἰόνιον*) Hanc vocem emaculavi, quae antea in omnibus prave per ω scribebatur. SOLAN. Recte orthographiam emendavit *Solanus noster: nam ita scribitur κόλπος Ἰόνιος* apud *Thucyd. Diod.* ac *Strab.* Et brevis est secunda ap. *Dionys.* in Perieg. v. 94. Sed *Ἰώνια*, *Ἴωνες* et *Ἰωνικὸς* secundam habent longam. REITZ. Amplexus et ego castigatiorem scribendi rationem, licet non varient h. l. libri, ut

alibi, e. g. Toxar. c. 19. Phalar. II, 4. Hermot. c. 28. licet adeo Amor. c. 6. ob librorum consensum retinuerim *Ἰωνίῳ κόλπῳ*. Vid. adnot. ad Hermotimi locum Tom. IV. p. 412. LEHM.

Ead. l. 4. *Κελτικῆς*) Vide Pro Merc. Cond. c. ult. ubi Sophistae sibi titulum assumit, dum illic peregrinaretur. SOLAN.

Ead. l. 9. *Μέγα φρονήσας*) O. et P. optime. In impress. *μεγαλοφρονήσας*. SOLAN. *Μεγαλοφρονήσας*) *Μέγα φρονεῖν* in vitiis ponitur. Hinc *Menand.* in fragm. *Luciani* Ed minori subjunctis XXVIII, 1. *Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.* Quod Apost. *ad Rom.* XII, 16. ait, *μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες*. Contra *μεγαλόφρων*, qui est excelso animo, magnanimus, plerumque virtutis habetur; ideoque *μέγα φρονήσας* hic recipiendum dicas, quia superbiam hic reprehendit *Lucianus*. Verum nihil mutavi, cum verbum *μεγαλοφρονέω* aeque in vitiis ponatur, ac *μέγα φρονῶ*, ut *Steph.* jam notavit. (Licet in meliorem partem *Joseph.* Ant. XIX, 7, 3. *εὐεργετικὸς — καὶ μεγαλοφρονῆσαι ἔθνη φιλότιμος*) Quin et *μεγαλόφρων* pro vitio ducitur ap. LXX. *Prov.* XXI, 4. *μεγαλόφρων ἐφ' ὕβρει θρασυκάρδιος, λαμπτὴρ δὲ ἀσεβῶν ἁμαρτία*. In mediam quandam partem *Dion. Hal.* de Demosth. Grav. pag. m. 173. *καὶ σεμνυνόμεθα μὲν καὶ μεγαλοφρονοῦμεν ἐπὶ τὸ βέλτιον τῶν ἄλλων γεγονέναι*, i. e. *gloriamur*. Sed nihil ibi interesset, utrum *μέγα φρονοῦμεν* diceres. Idem Antiq. VIII. p. 550. a. m. *Οὐλούσκοι — ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσι πολλαῖς οὔσαις μεγαλοφρονήσαντες*, i. e. *elati*. Unde facile patet, eodem redire, utrum in Luciano eligas, et facilius, quomodo interdum ad virtutem, interdum ad vitium valeat; posterius tamen eo frequentius, quo nimis alta de se sentire solent homines. REITZ.

Ead. l. 10. *Αὐτὸν δὲ*) Ms. *αὐτὸς δὲ*. GRAEV. *Αὐτὸς* O. et P. etiam. In impr. *αὐτόν*. SOLAN.

Ead. l. 11. *Φιλοσοφίας υἱὸν*) Dialogos primus scripsisse fertur Zeno Eleates. Alii tamen alios auctores Dialogi assignant; at omnes philosophos. Vide *Diog. Laërt.* pag. 81. A. B. et not. SOLAN.

Pag. 83. l. 1. *Κωμικὰ*) In impress. omnibus *κομματικὰ* legebatur. De emendatione ob verbi novitatem cogitanti, Cod. Ox. *κωμικὰ* exhibet, quod minime respuendum; immo in textum recipiendum censeo, nisi forsan sub vulgata lateat vox *κομμωτικὰ*, quae rei aptissima haud immerito etiam videatur. SOLAN. *Κομματικὰ ἐρωτήματα*) Conf. c. 22. *διαύλλαβα ἐρωτήματα*, quod eodem redit. Neque hic, neque illic quidquam immutandum arbitror; nam praemissum *διαύλλαβα* argumento est, et hic *κομματικὰ* rectius esse, quam *κωμικὰ*,

et mox sequens *συλλαβίζων* declarat *διασύλλαβα* supra non sollicitandum. Nec ignotam arbitror Sophistarum per quaestiunculas, et per positiones crebris commatibus sectas, disputandi et argutandi consuetudinem. Adde, quod me humanissime monuit *J. J. Wetstenius*. *Hieronymus* prol. in prophetas: HOSEAS COMMATICUS *est, et quasi per sententias loquens.* Et in Matthaeum: *prudentem semper admoneo lectorem, ut non superstitiosis acquiescat interpretationibus, et quae* commatice *pro fingentium dicuntur arbitrio, sed consideret priora, media et sequentia, et nectat sibi universa, quae scripta sunt.* REITZ. Vox *κομματικὸς* ut, ad significationem quod attinet, bene cum *Luciani* mente convenit, ita formam et usum ejus si spectes, adeo mihi pariter ac *Solano* ab auctoris hujus aetate et stylo aliena esse videtur, ut vix possis, quin de emendatione cogites. Atqui conjectura *Solani κομμωτικά*, in quam facile quis familiaris *Luciani* incidere potuit, cum natura Dialogi, qualem quidem Rhetorica h. l. describit, conciliari nullo pacto potest. Ergo quid dubitemus certissimam Codicum trium lectionem *κωμικά* recipere? Illud enim ipsum est, quod mox Dialogus in Syro vituperat, quod philosophici sermonis gravitatem indigna quadam ratione ad *comicam* humanitatem ac levitatem detraxerit. Vid. infra c. 33. med. *κωμικὸν δὲ ἄλλο (προσωπεῖον) καὶ σατυρικὸν ἐπέθηκέ μοι* etc. et mox c. 34. ipsius auctoris professionem, quam eandem etiam legas in Prometheo in Verbb. c. 5. sq. LEHM.

Ead. l 3. *Συλλαβίζων*) I. e. *τὰς συλλαβὰς συνείρων κυρίως.* Supra, *τὰ παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων, les faisant épeler.* GUYET.

Ead. l. 5. *Ἐπιῤῥῶται*) Aliter plaudebant Sophistis, maximoque cum strepitu. *Plin.* Sec. V.... — *quid quisque sentiat, perspicit ex vultu, oculis, nutu, manuum motu, murmure, silentio...* VI. — *non labra diduxerunt, non moverunt manum, non denique assurrexerunt saltem lassitudine sedendi.* Vide *Casaub.* ad Th. 116. et nos ad Scyth. c. ult. SOLAN.

Ead. l. 6. *Τῶν ὤρων*) An *ἐντὸς τῶν ὤτων; Persius: Et manus auriculas imitata est mobilis albas.* I. e. pollice auri inserto manum agitare. GUYET. Facilius est aliorum conjecturas carpere, quam facere meliores. Versus *Persii* a *Guyeto* adductus, est 59. Sat. I. ibique sannas et exsibilationis gestus describit poëta. Ait enim: *O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit, Nec manus auriculas imitata est mobilis albas, Nec linguae, quantum sitiat canis Appula, tantae.* Estque illa pollicis in aurem insertio asininarum auricularum simulatio, adeoque contemtus maximi publica testatio. Talia autem

si Syrus novus ille Dialogorum amator quaerere dicatur, verbis mox seqq. *τοιούτων ἡράσθη ὁ γενναῖος*, contraria *Luciani* menti videtur sententia fingi, qui velit, plausas oratori exspectandos, dum a Rhetorica aufugit, eum non amplius captare, sed leviores ac tacitos risus, modestioresque complosiones. At obstat tum *μακρὰ ἐπινεῦσαι* ideoque *μικρὰ* jam ex *Fl.* necessario foret legendum. Sed confer c. 33. ubi Dialogus queritur, Satyricam sibi personam a Luciano indutam: et vide, anne explosio ac sannae intelligantur in eos, qui in Satyra traducuntur, non in auctorem directae; tumque conjectura *Guyeti* erit optima, et *μακρὰ* retinendum. Sed quia omnia videntur ad modestas laudes et ad plausus, quos Sophista studiose quaerit, pertinere; (nam laus modica vera) ita *ἐντὸς τῶν ὅρων* retineo, at *μικρὰ ἐπινεῦσαι* recipio: nam parva adnuentis capitis commotio adsentientis est signum; magna, derisionis. Reitz.

Ead. l. 10. "*Ενοχος*) "*Ενοχος τῆς κακώσεως* non est *vexationis* obnoxius, ut volunt interpretes, sed *malitiosae desertionis reus*. *Pollux* Onom. lib. III, 3. *ἀποπέμψασθαι γυναῖκα, καὶ τὸ πρᾶγμα, ἀποπομπὴ, καὶ ἀπόπεμψις, καὶ ἀποπομπῆς δίκη. καὶ κακοῦν, καὶ δίκη κακώσεως, προικὸς, σίτου. καὶ τοὐναντίον, ἀπόλειψις, καὶ δίκη παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀπολείψεως*· et ineptissime ab interprete Latino *κακοῦν* et *κάκωσις*, *affligere*, et *afflictionis poena*. Hic locus, ut plurima alia in *Polluce*, non possunt verti Latine, quia lingua Latina caret vocabulis, quibus proprietatem harum Atticarum locutionum exprimat recte. Hoc vero vult, *ἀποπομπὴ* et *ἀπόπεμψις* dici de viro, qui repudiat uxorem; *κακοῦν* et *κάκωσις* de eo, qui eam deserit: sicut contrario *ἀπόλειψις* de uxore, quae virum deserit, sive nuntio remisso, sive, ut puto, malitiose, et sine caussa. De *τῷ ἀπολείπειν* vide, quae notavi olim ad Soloecistam. Quamvis *δίκη κακώσεως* sit quoque actio malae tractationis, quae datur etiam parentibus adversus liberos, et pupillos. Vide *Harpocrationis* Lexicon. Graev. Nihil melius *τῇ κακώσει* respondet, quam *mala tractatio*. Observavit etiam *Kulnius* ad *Poll.* 3, 46. *Rei uxoriae* actio in foro Romano vocabatur, quae *malae tractationis* in scholis, docente *Fabio* VII, 3, 11. Ex cujus Decl. VIII, 6. discas, hoc nomine etiam comprehendi *detractum cultum*, *negatum comitatum*, fastiditas noctes, *pulsatam faciem*. Latius autem patuisse *κακώσεως* actionem, non nego. Vid. *Spanhem.* ad *Aristoph. Nεφ.* 1328. Gesn. Mulier marito scribit ap. *Alciphr.* I. Epist. 6. f. *ἴσθι με παρὰ τὸν πατέρα οἰχησομένην· ὃς οὐδ' ἐμὲ περιόψεται· καὶ σὲ γράψεται παρὰ τοῖς δικασταῖς κακώσεως.*

Unde adparet, κάκωσιν etiam esse eam actionem injuriae, quae intenditur marito, a quo uxor indignis modis tractatur. Ubi *Berglerus* et hoc *Luciani*, et aliud ex *Diog. Laërtio* adfert. REITZ.

Ead. l. 14. Ἐπιγράφονται) Conf. supra Scyth. c. 10. ἐπιγραψάμενος προστάτας. Ubi al. συγγραψ. Sed infra Peregr. §. 11. προστάτην ἐπέγραφον. Quae loca indicante *Solano* contuli. REITZ.

Ibid. Ἐπιγράφονται ἅπαντες προστάτιν ἑαυτῶν) Rarius Ed. *Amst.* consulere soleo, quia omnium est vitiosissima. Neque *Solan.* hic eam consuluerat; sed quia *Wesseling.* Obs. p. 162. monebat, eam perverse ἑαυτὸν dedisse, et ex *Ald.* ἑαυτῶν rescribendum, excussi alias, et *Fl. Ald. Hag. Par. Salm.* (quid enim ceteras moror in re manifesta?) recte etiam ἑαυτῶν habere vidi. Addo ex iisdem Obs. l. d. *Soph.* Oed. Tyran. Ὥςτ' οὐ Κρίοντος προστάτου γεγράψομαι. Ad quae verba ait: *Ex veteri apud Athenienses more, quo omnes inquilini μέτοικοι sibi sumere debebant* patronum προστάτην, *qui vero neglexerant facere, compellabantur actione* ἀπροστασίου, *de qua Harpocration. Ejusmodi sibi patronum legere illis est* νέμειν, γράφεσθαι, ἀπογράφεσθαι, ἐπιγράφεσθαι, et συγγράφεσθαι προστάτην. *Neque quisquam rerum Atticarum paullo peritior id ignorare potest. Quare mirari subit, Luciani interpretem his ad hoc dicendi genus offendisse. Et primo quidem in Scytha,* (c. 10. ubi id jam monui, *Gesnerus* autem sponte in versione emendavit.) *Deinde in Bis Accus.* h. l. — *Latina facta sunt,* suique velut praesidem scriptis testantur. *Neque id satis bene. Gesnerus* hic *antistitam* dedit, pro *patronam*, quod non mutavi, quia presso pede Graeca sequi solet; sed cur ab ἐπιγράφονται igitur liberiore stilo discesserit, nescio; nec est magni momenti, nec difficile ei, qui rem tenet, Ἐπιγράφεσθαι Graecis pro *adsciscere sibi* etiam aliis in rebus usitatum: hinc *Theophilus* Instit. L. 2. Tit. I. §. 5. ἡ δὲ αἰγιαλῶν δεσποτεία ἰδικὸν οὐκ ἐπιγράφεται δεσπότην, *litorum possessio* (dominium) *proprium non capit dominum.* REITZ. Sine dubio ad illud jus patronorum apud Atheniensea respicitur; poteratque, quin debebat verti, *patronamque suam profitentur.* GESN. *in Addend.*

Pag. 84. l. 1. Κόπτουσιν — τὴν θύραν) Conf. *Graev.* ad Soloecist. cap. 10. et *Elsner.* Obs. ad N. T. 2. p. 445. *Apocal.* III, 20. REITZ.

Ead. l. 9. Μὲν μὴ ἐπιτρέπετε) Ex O. est vocula μὲν, quae, cum nitori sententiae consulat, admittenda est. SOLAN.

Ibid. "*Αγνωμον*) Adleverat *Solan.* vid. *Th. Mag.* v. *Εὔγν.* Sed operae erit ejus verba addere. *Εὔγνωμον*, ait, *μὴ λέγε, ὡς εὔδαιμον, ἀλλ' εὐγνώμον· ἄγνωμον δὲ, καὶ σύγγνωμον. Λουκιανὸς ἐν τῷ δὶς κατηγορούμενος· ἄγνωμον γὰρ* etc. uti hic leguntur. Sed *εὔγνωμον οἰκίδιον* habuimus tamen Asin. c. 2. f. et alibi, consentientibus vett. Edd. Scribit et sic *Stephan.* Videbimus alias plura, unde patebit vanum esse *Magistrum.* Reitz.

Ead. l. 11. *Οὕτος ἀπολογείσθω*) *Οὕτως* volebat *Gesnerus.* Ac lubens ita edidissem, si varietatem invenissem. Reitz. Gravissime erravit *Gesnerus*, tum *οὕτως* corrigens, tum omnino omnem locum ad falsam sententiam, ab ipso conflictam, contorquens. Vertit enim: *Neque enim convenit, meum me in me ipsam gladium acuisse.* (rectius: *neque enim grati est animi, illum in me acuere meum gladium*) Deinde: *contra amasium autem suum, Dialogum, sic caussam dicat, si potuerit.* Imo *κατὰ* cum accusativo est *secundum normam,* quod mox dicitur *κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ Διαλόγου,* et respondent sententiae sic ad se invicem relatae: mea ratione (rhetorice) nolite concedere, ut ille caussam dicat; sed ad amasii sui rationem (dialogicam) componat iste defensionem, si quidem possit. Bene *Belinus* hos errores vidit et vitavit; temere autem secutus *Gesneri* vestigia *Wielandius.* Lehm.

Ead. l. 15. *ΣΤΡΟΣ*) Luciani apologia. Guyet.

Ibid. Δικασταὶ) Ex Cod. Ox. Deest enim illa in hactenus impress. Solan.

Pag. 85. l. 12. *Παιανιεὺς*) Demosthenes. V. Rhet. Praec. cap. 21. et passim in decretis in Or. *Dem.* de Corona. Solan.

Ead. l. 13. *Καὶ φυκίον ἐντριβομένην, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ὑπογραφομένην*) *Ὑπογράφεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀττικώτερον* esse docet *Thom. Mag.* quam *ψιμμυθοῦσθαι.* Facere hoc consueverunt feminae luxuriosae meretrices, ut et viri effeminati. *Noster.* Dial. Meretr. *τῷ ὀφθαλμῷ ὑπογεγραμμένη.* De Medis *Xenoph. Π.* I, 10. *ὁρῶν δὲ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει, ἃ δὲ νόμιμα ἦν ἐν Μήδοις. Idem* de Cyro L. 8. *ὑποχρίεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσίετο, ὡς εὐοφθαλμότεροι φαίνοιντο, ἢ εἰσὶ· καὶ ἐντρίβεσθαι, ὡς εὐχροώτεροι ὁρῶντο, ἢ πεφύκασιν.* L. Bos.

Pag. 86. l. 6. *Θύρας*) O. melius, quam impr. in quibus omnibus *θυρίδας* legebatur. Solan.

Ead. l. 8. *Μοιχείας*) I. e. *περὶ μοιχείας.* Guyet.

Ibid. *Ἐν γειτόνων*) Cf. supra c. 10. pr. Icar. c. 8. et 16. Reitz.

Ead. l. 12. *Τετταράκοντα*) In iis, quae iunior scripsit Lu-

cianus, vix quemquam ab eo nominari videbis eorum, quos carpit, quod a seniore audaciuscule factum est. SOLAN.

Ead. l. 14. *Δικαστὰς*) Et orator et Sophista jam tum fuerat. Vide etiam Pro Merc. Cond. c. ult. SOLAN.

Ibid. Τυρ. κατηγ. καὶ ἀρ. ἐπαίνους) His ergo potissimum ars Sophistarum illius temporis continebatur. Hinc in De Merc. Cond. cap. 35. de rhetore legisti inter prandendum laudes domini peragente; hinc ibidem c. 11. optimates, dum eruditos experirentur, laudes suas ab iis audire SOLAN.

Ead. l. 15. *Ἐπαίνους ἐκφυγόντι*) Qui attendere volet, intelliget, hoc participium multo propius cohaerere cum sequentibus *ἐλθόντα, συνδιαλεγόμενον*, quam cum praecedente *γεγονότι*. Itaque non dubito, quin *ἐκφυγόντα* legendum sit. Eadem ratio est illius supplementi, quod e suo Codice hic attulit *Graevius*, quodque genuinum videri facile patior: modo legatur *συνδιαλεγόμενον — δεόμενον*. Quamquam enim syllepsi quadam Syrum, h. e. Lucianum, atque Dialogum conjunctos intelligere forte liceat; tamen eo descendere, nisi magno consensu librorum coactus, nolim. GESN. Quatuor consentientibus Codicibus haud dubie cedendum; praesertim quum e commodiore sit genere haec syllepsis. Conjecturam autem *Gesneri ἐκφυγόντα* ex optato confirmat Codex Gorl. LEHM.

Ibid. Ἐς δὲ τὴν Ἀκαδημίαν, ἢ ἐς τὸ Λύκειον ἐλθόντα, τῷ βελτίστῳ τούτῳ διαλόγῳ συμπεριπατεῖν, ῥῆμα διαλεγόμενος. πολλὰ ἔχων etc. Ultima sic leguntur in Ms. cum aliquot verborum incremento: *ἡμέρα συνδιαλεγομένους, τῶν ἐπαίνων καὶ κρότου οὐ δεομένους, πολλὰ ἔχων, placide disputantes, laudes et plausum non desiderantes.* Quae *Luciani* esse nemo infitiabitur. GRAEV.

Pag. 87. l. 7. *Ἐναντίαν*) Subaudi *ψῆφον*. GUYET. Sed satis hoc jam inculcatum, quis non videat ex modo praemisso ac supra tam saepe addito *ψῆφος;* REITZ.

Ead. l. 8. *Ὁ Διάλογος — λέγε*) Conf. supra c. 20. f. *ὁ Ἐπίκουρος — λέγε*. REITZ.

Ibid. Ἐπὶ τῶν αὐτῶν) De iisdem judicibus. GUYET. Immo sub iisdem, sive iisdem judicibus praesidibus; sed et hoc in vulgus notum. At hoc ipsum voluit *Guyet.* nimirum de iisd. judd. intelligendum esse. REITZ.

Ead. l. 9. *Διπλασίονα*) Adversatur hoc palam iis, quae c. 14. constituta erant. Aut igitur parum sibi constare censendus est Lucianus, aut, corruptum locum esse, fatendum est. *Fl. Ed. διπλάσιον οἷα —.* SOLAN. Non capio hanc *Solani* notam censoriam. Certe *constitutum* non potest dici illud, quod c. 14. f. Mercurius jocosius quam verius dixerat, simulans

quippe, sordidiori parsimoniae se hoc tribuere Justitiae, quod duas causas ab iisdem judicibus disceptari vellet. Istis sordibus jam h. l. tacite se purgat integerrima dea. LEHM.

Pag. 88. l. 3. *Ἄνω που* etc.) *Plat.* Phaedr. 344. G. H. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ἀεροβατοῦντα*) Socratem tangit, ab *Aristoph.* eodem nomine traductum in Nebul. v. 225. *ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον·* et ibid. deinceps frequenter. Ita *μετεωρολέσχην* vocat eundem Dial. praeced. REITZ.

Ibid. Πτηνὸν ἅρμα) Memimit iterum Noster Pisc. c. 22. et Rhet. Praec. c. ult. SOLAN.

Ead. l. 6. *Ὑπεράνω*) Dialogus dicit se *ἀναβαίνοντα ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ·* sed *ὑπεράνω* simpliciter significat *super coelum*, vel *in coelo*. Ms. *ὑπὲρ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ*, *super coeli dorsum*, hoc est, supra nubes. Dialogus autem hic cum de rebus sublimibus loquitur, *τραγῳδεῖ, καὶ μετέωρος βαίνει.* GRAEV. Conf. supra Deor. Dial. IV. §. 1. et Herm. c. 61. SOLAN.

Ead. l. 10. *Μοι — μοι*) Delendum censeo posterius. SOLAN. Recte. Idem *Hag.* Editioni adscripserat *Gesnerus*. At quia constans est lectio, eam vel invitus exhibui. REITZ. In impr. omnibus erat: *εἶτά μοι ἐς τὸ αὐτὸ φέρων συγκαθεῖρξέ μοι τὸ σκῶμμα.* Verum cum non agnoscatur posterius *μοι* a Ms. Reg. 3011. illud exsulare jussimus. BIP.

Ead. l. 12. *Ἀριστοφάνην*) Haec terminatio *Nostro* frequentior. Alioqui eodem redit. Vid. supr. Demon. c. 62. ubi *Σωκράτη* et *Διογένην*. *Δημοσθένην* infra Demosth. Enc. c. 2. et 9. Itaque nihil opus erit ex *Fl. Ἀριστοφάνη* revocare, quae supra contrarium in modum *Ἄρην* exhibet, ubi cett. *Ἄρη*. De Salt. c. 21. Adde Gall. c. 3. REITZ. Ver. Hist. II, 23. minus recte *Reitzius* et recentiores plerique *Διομήδην* praetulerant veteri lectioni *Διομήδη*. Ceterum observat *Aug. Meineccius* Quaestst. Scenn. Spec. I. p. 39. haec verba — hunc enim vult locum errabundus citans *Jovem Accusatum* — spectare ad Socratis irrisionem, cujus indicia sint Pisc. cap. 25. LEHM.

Ead. l. 14. *Μένιππον*) De quo supra multis ad Diall. Mortt. I. SOLAN. *Μένιππόν τινα*) Juniorem altero; vid. *Olear.* ad *Philostr.* pag. 164. a. 5. REITZ.

Ead. l. 15. *Κάρχαρον*) Vid. supra notata ad Merc. Cond. cap. 35. Quom. Hist. c. 43. De Salt. c. 4. REITZ.

Ead. l. 16. *Τὸ δῆγμα λαθραῖον*) Invehitur in malivolos *sublesta lingua*, qui, ut ait *Plautus*,

Palam blandiuntur, clam si occasio usquam est,
Aquam frigidam subdole suffundunt.

De quibus vide *Casaub.* ad Characteres *Theoph.* *περὶ εἰρωνείας*. Pisid. Cosmogr.

Ποιεῖ δὲ τοὺς εἴρωνας ἀθλίους κύνας
Σαίνειν δοκοῦντας καὶ δάκνειν ἠπειγμένους.

BOURD.

Pag. 89. l. 2. *Διαμένων*) Sic P. solus. In impress. *διακείμενος*. SOLAN.

Ead. l. 5. *Οὔτε πεζός εἰμι, οὔτε ἐπὶ τῶν μετεώρων βέβηκα*) Interpretes: *Neque pedestris, neque sublimis incedo. Ἐπὶ μετεώρων βαίνειν* non est Graece loquendi ratio. Graeci enim dicerent *μετέωρον βαίνειν*. Deinde num *μετέωροι* opponuntur *πεζικοῖς*; Nihil certius, legendum esse, ut olim vidi, et nunc vere me vidisse Ms. docet, *ἐπὶ τῶν μέτρων βέβηκα*, *neque in metris incedo*, hoc est, neque in prosa, nec poëtice scribo: genus meum dicendi non est, quale est illorum, qui oratione soluta utuntur, aut philosophi, aut oratores, aut historici, nec quale est poëtarum, sed est ex utroque mixtum. Mox *καὶ ὑπὸ τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατεσκληκότα*, non est, ut interpretantur, *continuis interrogationibus praefractus*, sed exilis, exsiccatus, jejunus, macilentus, de qua voce superius nonnihil notavi. Paullo post repone particulam *ἢ* suo loco, ex quo exciderat, *πάντα γοῦν μᾶλλον ἂν ἤλπισα ἢ τὸν διάλογον τοιαῦτα ἐρεῖν περὶ ἐμοῦ*. CRAEV. Ms. Gr. recte *μέτρων*. KUSTER. Accedit etiam auctoritas Mss. P. et L. In impress. *μετεώρων*. SOLAN. *Μέτρων* sponte etiam probavit *Gesnerus*. Conf. supra pro Imag. cap. 18. *εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο*. REITZ.

Ead. l. 6. *Ἱπποκενταύρου δίκην*) Eadem comparatione de iisdem operibus suis jocose usus est ipse auctor Prometh. in Verbb. c. 5. LEHM.

Pag. 90. l. 1. *Ἀνθρώπινον*) Nullius momenti primo adspectu videtur esse *τὸ ἀνινον* marginis *Ald. W.* quia idem significat, quod vulgatum. Verum quia istud est Codicis alicujus scribendi compendium, hinc studio id addidi, quo palam fieret, habere hunc marginem etiam lectiones ex Codice quodam desumtas. REITZ.

Ead. l. 8. *Ὅτι μὴ τὰ ἰσχνὰ ἐκεῖνα καὶ λεπτὰ καθήμενος πρὸς αὐτὸν σμικρολογοῦμαι*) *Quod tenuia illa et exilia cum ipso sedens argutari non soleo.* Ms. pro *τὰ ἰσχνὰ* scribit *τὰ γλισχρὰ*, et pro *καθήμενος σμικρολογοῦμαι*, legit, *κάθημαι σμικρολογούμενος*. Digitum non verterim, utrum eligas, et vereor, ne ego quoque *σμικρολογοῦμαι*, qui haec annotem. GRAEV.

Ead. l. 9. *Ἀθάνατος*) Platonis Dialogos innuit, Phaedrum 344. C. Apol. Socr. 369. A. et Phaedon. 381. A. Solan.

Ead. l. 10. *Πόσας κοτύλας*) Locus *Platonis* de animae formatione sic incipit: *Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας, καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος* etc. Ed. *Bas.* p. 478. f. Solan.

Ead. l. 11. *Κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης οὐσίας*) I. e. *τῆς ἀΰλου, immaterialis.* Guyet.

Ead. l. 12. *Εἰς τὸν κρατῆρα*) Alludit ad illam Platonicam in Timaeo Cosmogoniam c. 19. coll. c. 28. pr. Sed videtur e memoria laudare locum. Nam apud *Platonem* non est *ἀμιγής*, sed *ἀμέριστος καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχουσα οὐσία* — quamquam paullo post *τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον* appellat: ubi et partium proportionem exponit. Altero loco ita de Deo: *ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα* (Cic. *temperationem superiorem*) *ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων, κ. τ. λ.* Gesn.

Ead. l. 12. *Τὰ πάντα*) Articulum restituimus ex Ms. Reg. 3011. Bip.

Ead. l. 13. *Πολιτικῆς μορίου εἴδωλον*) Vide *Plat.* Georg. 287. E. F. et *Quintilian.* II, 15. pag. 105. quem lege, Solan. Ut modo *Ciceronem* interpretationis auctorem laudare licebat; ita hunc locum e *Quintilliano* damus II, 15, 25. ubi Platonicam illam de Rhetorica doctrinam e Gorgia cum Fabio diligenter composuimus. Gesn.

Pag. 91. 2. *Λεπτολογῶν*) Quia *Solan.* nusquam alibi illud (*Cod. Const.*) adjecit, quod sciam, nescio quid sibi velit. (vid. Var. Lect.) Sed credo id constantem Codicum lectionem significare, non Constantinum quendam Codicem. *Λεπτολογεῖν* etiam adscriptum erat marg. *Ald.* Sed vulgatum praestat. Reitz.

Ead. l. 6. *Ἀποβλέπει*) Lege *ἄνω βλέπει.* Guyet. Non male *Guyet.* conjecit, et facile me nactus esset obsequentem, si quis Cod. eodem duceret. Jam vero vulgatam servare cogor, et *ἀποβλέπειν* accipere pro *oculos avertere quoquunque*, i. e. ad quaevis remotiora, et sic oppositio *τῶν πρὸ τοῖν ποδοῖν* quaedam adparet, major tamen et convenientior futura, si *ἀναβλέπει* vel *ἄνω βλ.* legamus, quia sublimium ac coelestium speculationem potissimum exprobrare huic solet, et ideo *alas* etiam addit, *ὡς ἀεροβατοῦντι*, quibus se supra nubes evolasse ait, ut vid. c. 33. Reitz. Conjunge *ἀποβλέπει* arctius cum proxime praecedentibus. *Circumspicit*, quaerens alas istas a

Syro ipsi confractas (cf. *τὰ πτερὰ συντρίψας* supra c. 35. med.) Leihm.

Ibid. Τὰ πρὸ τοῖν ποδοῖν) *Plat.* Phaedr. 344. G.H. Solan.

Ead. l. 15. *Ἀμέλει τοῦτ' ἔθος ἐστὶ, καὶ πᾶσι τὴν τετρυπημένην οὗτος φέρει, καὶ μὴ παύσαιτο φθονῶν τοῖς ἀρίστοις*) *Ἀμέλει τοῦτ' ἔθος ἐστὶ, καὶ πᾶσι, τὴν τετρυπημένην οὕτως φέρειν, καὶ μὴ παῦσαι φθονεῖν τοῖς ἀρίστοις.* Calculi autem pertusi, sive *ψῆφοι τετρυπημέναι* in judiciis condemnatorii. *Aeschines* contra Timarchum, et plane pleneque Scholiastes Demosthenis *Ulpianus* in orationem ejus contra Timocratem. Marcil.

Ead. l. 16. *Τὴν τετρυπημένην*) *Calculum condemnationis.* De his calculis copiose *Scholiast. Aristophan.* et *Flor. Christian.* ad Vesp. Bourd.

IN DE PARASITO.

Pag. 93. l. 14. *ΤΥΧΙΑΔΗΣ ΚΑΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΣ*) Inscriptio Editionis *Bas.* est *Τυχιάδου καὶ Παρασίτου.* In aliis Edd. personae non additae in titulo, sed in ipso tamen Dialogo. Reitz.

Ead. l. 15. *Σίμων*) *Σίμων παράσιτος.* Guyet.

Ead. l. 17. *Καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι*) *Plato* in Epist. ad Arch. Tarent. *ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐκ αὐτῷ μόνῳ γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δέ τι οἱ λοιποὶ φίλοι.* Cogn.

Pag. 94. l. 4. *Μουσικὴν*) Antiquitus nihil eruditum habebatur sine musica, unde apud Comicos, qui literas se didicisse negant, ajunt se non didicisse musicam. Musica et Arithmetica primum instituebantur juvenes Athenis. *Lucian.* in Gymnas. Cogn. Vid. *Plutarch.* de Musica, et Comment. ad praefat. *Corn. Nep.* Reitz.

Ead. l. 13. *Δόκει*) Sic mox c. 2. et supra Icar. c. 12. pr. Quare nihil mutato est opus. In marg. A. 1. adscriptum *Pl. δοκεῖν.* Falso, si Florentinam innuit: nam, ut recte *Solanus* animadverterat, eadem *δόκει* cum cett. habet. Reitz.

Pag. 95. l. 15. *Τόγε τῆς τέχνης παράδοξον*) *Τόγε τῆς τέχνης ὄνομα παράδοξον.* Marcil.

Pag. 96. l. 10. *Τὴν μανίαν*) *Τῆς μανίας.* Patet illo statim sequente, *ἀναδεχομένην εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας.* Marcil. Ingeniose sane, ut hujus scriptoris omnia, scriptus est hic libellus de Parasito, ubi contenditur, *τὴν Παρασιτικὴν* non artem modo

esse, sed et universarum ac singularum artium praestantissimam. Is itaque, qui Parasiticam hic propugnaturus est, rogatus unde vivat, se quoque respondet callere artem, quae sibi victum praestet, nimirum Parasiticam. Miraculo rei attonitus alter ille, rogat, Ecquis tandem, nisi furens, Parasiticam appellarit artem? Respondet Parasitus c. 2. *Ἐγωγε. εἰ δέ σοι μαίνεσθαι δοκῶ τοῦ μὴ δὲ μίαν ἄλλην ἐπίστασθαι τέχνην, αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι τὴν μανίαν δόκει, καί με τῶν ἐγκλημάτων ἤδη ἀφίει.* Neutiquam hic audiendus *Marcilius*, legens p. 240. Ed. *Amst. τῆς μανίας.* Neque id, quod ille vult, patet ex sequentibus. Quin attendenti patet contrarium. Post *δοκῶ* posito commate, haec verba ita redde: *Si autem insanire tibi videor, existima insaniam mihi esse caussam, quod aliam artem non calleam; quare omni me culpa liberes.* Quoniam nempe insania omnem culpam secus factorum sola et una habeat; ut sequitur, *φασὶ γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην* (*μανίαν*) etc. Patet, haec omnia ad *μανίαν* esse referenda, quae furentes reddat inculpabiles; ut quae hominum mentes tanquam magistra pro suo arbitrio tractet, in se omnem culpam arcessens, veluti culpa eorum vitiorum, quae discipuli a praeceptoribus imbibunt, penes magistros est. Quandoquidem itaque Simon (id nomen est Parasito) plane non dissimulat se Parasitum, *Ubi ergo*, inquit Tychiades, *opus erit te alicui, qui te non norit, significare, appellabimus te Parasitum.* Respondet ille; *Πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες ἐμέ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν. χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ οὐδέν τι ἧττον, ἢ Φειδίας ἔχαιρε τῷ Διΐ.* Planum est, haec verba esse mutila, et excidisse tale quid, quale interpres, qui hiatum sensit, addidit: sive *χαρίσαισθε ἄν*, sive aliud. Sed hoc verosimile est, primo quia facile ob affine verbum potuit esse praetermissum; dein quia statim quoque ita sequitur, *καὶ μὴν ἂν ἐμοὶ μᾶλλον χαρίζοιο, si ad me scribens, dicas, ΣΙΜΩΝΙ ΠΑΡΑΣΙΤΩ, ἢ Διώνι ἐπιγράφων ΦΙΔΟΣΟΦΩ.* Commode ergo ita supplendus est hic locus, *πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες ἐμέ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν, χαρίσαισθε ἄν, rem mihi feceritis multo gratiorem, me sic nominantes, quam Statuarium Phidian.* Jens. Deam *Insaniam* ad exemplum *Πενίας* Platonicae a Nostro jocose fictam, et ipsum vocabulam *τῆς δαίμονος* Platonici esse usus, scite observavit *Wielandius* ad h. l. Ceterum in sequentibus *τοῖς ἔχουσι* redditum erat *se habentibus*, fortuito, ni fallor, errore. Nam *se* certe alienum erat, ex praecedente voce *esse*, si recte conjicio, temere repetitum. Deam Insaniam inveneris etiam apud *Ovidium*. Metamm. IV, 484. Tisiphones comitem simul cum Pavore et Terrore. Lehm.

Ead. l. 13. *Παιδαγωγὸν*) Si verum est, ut saepissime est, potentiora esse postponenda, omnino *πατέρα* recipiendum ex P. Et *Obsopoeus*, *magistrum* atque *auctorem* vertens, videtur eo adlusisse; sed nescio, unde habuerit. Reitz. Valde displicet *πατέρα* de dea, quae multo facilius *διδάσκαλος* et vere *παιδαγωγὸς* dici potuit. Lehm.

Pag. 97. l. 6. *Τῷ*) Abjeci accentum cum *Fl.* ut pateat pro *τινὶ* accipiendum, quod alibi jam plus decies habuimus, et ne mea repetam, vid. *Hemst.* ad Prometh. c. 7. Reitz.

Ead. l. 8. *Πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες*) Non damno equidem supplementum illud *χαρίσαιτε*· sed opus illo esse non arbitror, cum *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* intelligi ex praecedentibus possit, *γνωρίσαιτε*. Gesn.

Ibid. Τοῦτο λέγοντες ἐμὲ) Verbum hic deesse videtur, *τιμήσετε*, aut simile. Guyet. Vid. *Jensii* notam praemissam, qui post haec verba, *χαρίσαισθε ἄν*, vel simile quid, excidisse arbitratur. Sed quid si peculiaris Atticismus sit, (ut revera est) participii pro subjunctivo vel imperativo? Ita enim prorsus *Epictetus* Sent. 52. p. 116. Ed. Rel. ubi, cum nihil praecedat, quo referatur, sic incipit novam sententiam: *Τοὺς δυσχερεῖς δὲ φιλοσόφους εἰς μέσον ἄγοντες, οἷς οὐ δοκεῖ κατὰ φύσιν ἡδονὴ εἶναι* etc. quod ibi recte convertitur: *Molestos autem philosophos in medium producamus* etc. quae legens videbis, non etiam sequi verbum, quo nominativus particip. referatur. Sic *σφίγγοντες* pro *σφιγγέτωσαν* et simil. crebro *Aret. Cappad.* Vid. ejus Syntaxin editioni *Boerhavii* subjunctam, p. 359. a. Quamquam genitiv. participii pro tertia imperativi frequentius occurrit, de quo supra ad Jov. Trag. c. 12. Adde *Maitt.* de Dialect. p. 66. et 79. ubi etiam nominativum partic. cum *ὡς*, ex *Sophocl.* Oed. Tyr. 551. *οἶσθ' ὡς ποιήσων*, pro *ποιήσεις*. Et ex *Xen.* p. 437. *οἱ προδιδόντες, prodiderunt.* Multos alios lusus in participiis adferre liceret, si tempus sineret; sed *Luciani* hoc aeque ac *Epicteti* revera pro imperativo et subj. exponi possunt simpliciore multo ellipsi, quam si *χαρίσαισθε ἄν* suppleas, verbum *εἰμὶ* tantum intelligendo, ut *λέγοντες* sit *λέγοντες ἔστε* Veluti *Phavorinus*, notante *Maittaire*, p. 66. *ἀγγελλόντων* exponit *ἔστωσαν ἀγγέλλοντες*. Cumque genit. partic. pro tertia imperativi occurrat frequentissime, quid miramur, si et nominativus pro secunda ejusdem ponatur interdum? Particip. pro infinitivo rariore etiam structura *Thucyd.* I, 121. f. *ἡμεῖς δ' ἐπὶ τῷ τιμωρούμενοι τοὺς ἐχθροὺς*, quod *Scholiast.* notat pro *τιμωρήσασθαι* positum. Nam alias praemisso verbo alterum in par-

ticipio poni millies, id hic non agimus, quia tum alia est ratio. Reitz. Paucioribus acutius rem tetigit *Gesnerus*. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἀγαλματοποιὸν*) Vid. *Jens.* De Jove Olympio supra passim dictum est. Solan.

Ead. l. 11. *Προοῖσται*) A futuro Aeolico *προεῖ*, *προεῖσμαι*, *προεῖσαι*, *προεῖσται*, *προεῖσται*. An ab *οἶσται*, *οἰστὸς*, *missile?* Placet *Τὸ ἔω, ἵημι* triplex videtur: *ἔω, ὄω, οἴω*. Ab *ὄω, ὦκα, ἔωκα, ἀφέωκα* etc. Guyet. Frustra se torquet *Guyetus*. Nec felicior fuit *Corr. Reitzius*, qui in Indice hanc formam a *προοῖειν* s. *προφέρειν*, derivat. Nam debebat illa tum sonare *προοΐσται*, aut *πρόψσται*. Nec *προφέρειν γέλωτα* phrasis est ullo modo probabilis. Quid multa? Unice recte correxit *Jacobsius* in *Porson*. Adverss. *πρόωσται* (a *προωθεῖν*) ostenditque pro sua scientiae elegantia et peritia, verbum *ὠθεῖν* etiam alibi varie esse depravatum. Lehm

Pag. 98. l 1. *Δίωνι — φιλοσόφῳ*) Dion Alexandrinus natione, praecipuam in philosophia laudem est consecutus. *Suid. Philostr.* et *Syn.* de laude calvitii. *Lucian.* in Peregrino. Cogn. Vide *Cogn.* Not. et *Mev.* c. 17. (Significat, ni fallor, locum De Mort. Peregr. c. 18. ubi vid. *Schol.* Lehm.) Perlecta *Platonis* epistola septima, facile, credo, mecum, senties, *Dionysium* hic, non *Dionem*, a *Luciano* spriptum fuisse. Solan. Mihi nec Platonicus, nec Cynicus, ille Dion, de quo agitur, fuisse videtur, sed ignotus quidam, atque adeo ignobilis, *Luciani* aequalis, vanus haud dubie nominis philosophi captator. Prope eandem video esse *Wielandii* sententiam. Lehm.

Ead. l. 11. *Ὅπως οἶομαι*) Vett. Codd. inspiciendi. Guyet. Nihil varietatis invenio, nec desidero. Si cum *Obsop.* male vertas, *ut arbitror fore*, *καὶ* abesse possit; (etsi saepe *πλεονάζει*, v. infra cap. 28.) At si cum *Bened.* verius, *etiam quod sentio, dicam*, neque abundabit *καὶ*, neque in *ὅπως* quidquam vitii latet, pro quo forsan *ὡς* quaesivit *Guyetus*. Sed vid. de *ὅπως*, infra c. 9. et 32. Et notam *Solani* ad Tim. §. 48. Reitz.

Ead. l. 13. *Οὐδέν*) Ita *Fr.* sola. Reliquae omnes *οὐθέν*. *Fl.* cum sequentibus jungit, omissis *Τυχ.* et *Παρ.* Solan. Primo illud admonendi sumus, vocabulum *οὐθέν* Attica ratione abundare. Deinde in personis nihil mutaverim, cum bene omnia sic cohaereant. Sed illud *εἰ καὶ*, quod solum obscuritatem difficultatemque huic loco objecisse videtur, non concoquo, et dedisse *Lucianum* arbitror *εἰπέ*, quod etiam interpretatione expressi. *Dic modo, ut potes.* Parum referet ad verum ea in re cognoscendum, sive paratus sis, sive minus. Gesn. Non valde repugnavi *Solano οὐδέν* rescribenti, quia vix aliter solet *Noster:* alioqui perinde esse, nescio num operae fuerit

probare. Sed quia *Phryn.* p. 76. negat, *οὐθεὶς* recte dici pro *οὐδείς*, aliique *οὐθεὶς* Aeolicum esse ajunt, nonnullos auctt. subjungam, in quibus *οὐθέν*, *μηθέν* et *οὐθεὶς* invenio, qui tamen Attica magis, quam Aeolica, dialecto scripsere. *Οὐθέν* bis apud *Dion. Hal.* VII. p. m. 472, 16. atque alibi passim. *Οὐθείς* *Diod. Sic.* II. c. 19. v. 36. *Οὐθενὶ* idem III. c. 57. v. 65. *Μηθέν* *Aristot.* I. Pol. c. 8. *εἰ οὖν ἡ φύσις μηθέν, μήτε ἀτελὲς ποιεῖ.* Quamquam ibid. c. 4. *οὐδὲν ἂν ἔδει.* Sed eod. lib. c. 11. post med. *ἄτ' οὐθενὸς ἐπιβάλλοντος'* c. 12. *σκυτοτόμος δ' οὐθείς, οὐδὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν.* At *οὐδέν* rursum L. 2. c. 3. et *μηδέν* ibid. med. Item de Coelo L. I. c. 5. med. *διαφέρει δέ γε οὐδέν*, et sic perpetuo in hac phrasi aliquoties repetita c. 6. et in Analys. quoque saepe occurrente. Ita ut hinc quaedam videatur differentia intercedere inter *οὐδέν* et *οὐθέν*, quam tamen nimiam faciunt commentt. ad *Phrynich.* quos vide. Vix enim alia est, quam quod prius ex *οὐδὲ ἕν*, alterum ex *οὔτε ἕν* sic conflatum, nam et *οὐδὲ εἷς*, ad majorem forsan emphasin, scribi qui nescit, adeat *Mollium* ad *Long.* Past. p. notarum 52. Sed sufficit hic ostendisse, Atticis scriptoribus utrumque adhiberi. Sic *μηθεὶς* rursum *Diod. Sic.* I. c. 22. pr. et IV. c. 44. pr. *οὐθεὶς κωλύσει*, et saepe alibi. *Epict.* Man. c. 29. Ibid. c. 36. f. *ὅρος οὐθείς ἐστιν.* Lenius *Scholiast. Aristoph.* quem indicat *Maittair.* de Dial. p. 2. *οὐδεὶς* elegantius esse, quam *οὐθείς*. Unum *οὐθεὶς* adfert hic ex *Gen.* XXXI, 44. cui itaque superiora illa addi poterunt, item duo triave alia, quae *Hoeschel.* ad *Phryn.* l. c. ex LXX. et *Athen.* profert. Reitz. Vid. inprimis *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 181. sq. Lehm.

Ead. l. 13. *TTX.*) Tychiadis personam quidam loquentem inducunt usque ad verbum *ἐπίστασαι.* Aliter tamen omnes editiones, aliter interpres. Bourd.

Ibid. Εἰ καὶ σμικρὰ δὲ ἀληθῆ δὲ οὐδὲν διοίσει) Ita hunc locum refinximus, partim auctoritatem secuti *Fl.* Ed. et P. nomina personarum hic in editis addita omittentium, partim ex conjectura. In impressis enim legebatur, *οὐδέν. TTX. Εἰ καὶ σμικρὰ δὲ τοῖς ἀληθέσι διοίσει. ΠΑΡ.* In P. vero *οὐδὲν εἰ καὶ σμικρὰ δέοι, ἀληθῆ δὲ οὐ διοίσει.* Solan. Mss. Regg. 2954. et 3011. *εἰ καὶ σμικρὰ δέ τοι ἀληθῆ δὲ διοίσει.* Unde *Belinus* conjicit legendum: *εἰ καὶ σμικρὰ δ' εἴποις, ἀληθῆ δὲ διοίσει, quand tu dirois peu de chose, la verité de tes raisons l'emportera toujours.* Bip.

Ibid. Τοῖς ἀληθέσι διοίσει) *Εἰρωνικῶς* dictum. Guyet.

Pag. 99. l. 4. *Μετέχοιμεν αὐτῆς*) Qui legerit ea, quae mox sequuntur, *εἰ δὲ μετέχοι τούτων ἁπάντων ἡ παρασιτικὴ*

κ. τ. λ. ille facilius assentietur forte nobis, cum dicimus, legendum esse μετέχοιεν. Quod verbum in μετέχοιμεν mutarunt, qui illud conformare verbo ἐπακολουθήσαιμεν vellent. Equidem certam puto hanc emendationem. GESN.

Ead. l. 5. Ὡς ἐπίστασαι) Mallem εἰ ἐπίστασαι. SOLAN. Negaverat supra Parasitus, se philosophiae peritum esse. Itaque illudit ei hoc loco Tychiades, et frustra ab eo exspectari definitionem indicat. Itaque ut ironia lectori esset manifestior, *videlicet* in versione adjeci. GESN.

Ead. l. 8. Τέχνη ἐστὶν) In Parasito definitio artis habetur: τέχνη ἐστὶν σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Sic scribe partim ex Ed. *Flor.* partim ex Ms. Interpretes verterunt, *Ars est, quae constat ex perceptionibus consentientibus et coëxercitatis ad finem vitae utilem.* Ubi est in Graeco *consentientes?* Dein quid Latinis sint *coëxercitatae*, nemo dixerit. Verte: *Ars est corpus perceptionum, quae exercitae sunt ad quendam utilem vitae finem.* Sic contra ἀσυγγύμναστοι καταλήψεις sunt perceptiones, quae non exercentur, aut non fuerunt exercitae. Vide mox c. 6. ubi hanc explicat definitionem. GRAEV.

Ead. l. 9. Ἐγκαταλήψεων) Quidam ἐκ καταλήψεων, ut postea. BOURD. Ἐκ καταλήψεων) Ut *Fl.* Ed. et *Salm.* c. 6. et 8. In reliquis enim ἐγκαταλήψεων ἐ— uti et in P. et C. Vid. *Quintil.* II, 17. p. 116, 1. SOLAN. Ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων) Sic legenda videtur nobilissima artis definitio hic et apud *Sextum Empiricum*, apud quem quoties occurrat, docuit *Fabricius* ad Pyrrh. Hyp. 3, 188. Si quis inspicere velit loca omnia, ad quae ab illa *Fabriciana* animadversione deducitur, inveniet, nusquam alio, quam secundo casu, et ubi separari ἤ ἐκ possit, legi ἐγκαταλήψεων vel ἐγκαταλήψεως· in plerisque locis esse alios Codices, qui habeant ἐκκαταλήψεων, vel, ut *Noster* mox sine ulla, quod norim, varietate, ἐκ καταλήψεως. Donec igitur adferatur ex bono libro casus alius, v. g. ἐγκατάληψις, vel similis; licebit nobis suspicari, librariis deberi, dictata excipientibus praesertim, illud ἐγκαταλήψεων· quod in pronuntiatione veteri vix differre ab illo altero, satis constat. De usu vocis κατάληψις in artis definitione add. *Spanhem.* et *Kusterus* ad *Aristoph. Νεφ.* 317. Interpretatio, quam damus, est *Quintiliani* II, 17, 41. nisi quod *perceptiones* hic admisi pro *praeceptionibus*, quae libros *Fabii* obsederunt, et quas ei reliquisse fere poenitet. Sed malebam nempe in eam partem peccare, quae cautior est. Vox σύστημα explicatur *Fabio*, quod *consentientes* sunt perceptiones, e quibus ars *constat*. Si uno nomine utendum sit, *compages*

forte commodius fuerit, quod proinde mox adhibebimus, it. *corpus*. Gesn. Mox pr. c. 6. ἐκ καταλήψεως, non ἐγκατ. quare et hic ita restitui. In marg. *A.* 1. *W.* additum etiam erat, *legendum ἐκ καταλήψεων· vid. Commentarium Hermogenis fol.* 2. *ubi per* definitio *explicatur*. Sed addamus, quae *L. Bos* Obs. Cr. p. 77. contra *Graevium* notavit: *Carpit Graevius versionem Latinam, — at interpres videtur mihi vulgarem hanc artis definitionem expressisse e Quintiliano, qui utrumque vocabulum,* consentientes, *et* coëxercitatae, *habet in Instit. Orat. L. II. c.* 18. (leg. 17.) sive ille, *inquit*, ab omnibus fere approbatus finis observatur, artem constare ex perceptionibus consentientibus et coëxercitis ad finem utilem vitae; *ubi in marg. Ed. Basil. notatur, hoc Graece ita dici: τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων (alii ἐν καταλήψεων συγγεγυμνασμένων) πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Ceterum hanc artis definitionem habet etiam Artemidorus Oneir. IV,* 3. *et Schol. Aristoph. ad Nubes, p.* 143. Reitz.

Pag. 100. l. 4. *Αἱ πονηραὶ χύτραι*) Ut aerea vasa tinnitu dignoscuntur, ita homines ex sermone. Huc allusit *Pers.* Sat. III. — *sonat vitium percussa maligne, Respondet viridi non cocta fidelia limo.* Et rursus in Sat. V. — *pulsu dignoscere cautus Qui solidum crepet et pictae tectoria linquae.* Cogn.

Ead. l. 5. *Μὴ σαπρὸν*) *Casaub.* ad illud Persii *sonat vitium*, legi vult *σαθρόν*. Bourd. *Σαθρὸν*) *Plut.* L. II. p. 64. (Ed. *Xyl.* Gr. L.) Kuster. *Casauboni* emendationem secuti sumus, *σαθρὸν* legentis pro *σαπρόν*. Locus est *Platonis* huic simillimus in Theaet. p. 83. B. *σκεπτέον — διακρούοντα εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται*. Solan. Cum *σαθρὸν* sit apud *Platonem* et *Plutarchum* in eadem similitudine; suspicatur, si recte intelligo, *Casaubonus* ad *Persii* Sat. 3, 21. etiam hic legendum esse *σαθρόν*. Quam frequens sit *Luciano* hujus nominis usus, ostendit jam *Kusterus* ad *Aristoph.* Plut. 814. quibus addi potest ex Encom. Demosth. pag. 694. extr. *Graev. τὸ τοῦ νοσοῦντος σαθρὸν, pars affecta* etc. Praestat forte, quod facit *Kusterus* in *Aristophane*, etiam hic *ἐπέχειν*, cum *σαπρὸν* significatione in tantum conveniat, ut quae sunt *σαθρά*, etiam *σαπρὰ* dici queant. De negatione, quae hic abundat, jam dixit *Schol.* Gesn. Cf. Diall. Mortt. XI, 4. *τὰ σαθρὰ τῶν βαλαντίων*, ubi Codex Paris. *τὰ σαπρά*. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἐκ καταλήψεων*) Ut supra, nisi quod hic *Fl. ἐκ καταλήψεως*. P. etiam *ἐγκ.* —. Solan.

Ead. l. 9. *Ὅτῳ*) Sic P. et L. recte. In impr. *οὕτω*. Solan.

Ibid. Μεταγνοίη) Sic *Salm.* et *Amst.* quibuscum consentit Ms. Reg. 2954. Vulg. *μεταγνοίοι*, male. Bir. Vertendo: *quique praebere* sibi *gratuitum cibum cum coeperit, non mutet sententiam*, invertit *Gesnerus* auctoris sententiam. Scilicet in *μεταγνοίη* Subjectum est parasitus, cujus ars in eo ponitur, quod semel delecto sibi mensae domino, nunquam ipsum (parasitum) hujus consilii poeniteat. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἀργυρογνώμονα*) *Ἀργυροκόπος* vulgo mensor et mensarius a Graecis *κολλυβιστὴς*, nummularius et trapezita. Cogn.

Ibid. Ἔπερ ἐπίσταιτο διαγιγνώσκειν) *Ἤπερ ἐ. δ.* Marcil. Non male. Et sic priscus interpr. *artem — qua norint*, fecerat. Sed vulgatum stare potest. Reitz.

Ead. l. 12. *Κιβδήλους*) Quod simplex non est, neque sincerum, id vulgato verbi Graeci *κίβδηλον* vocant, hinc ducto vocabulo, quod aliud prae se ferant, aliud tegant, *παρὰ τὸ κεύθειν τὸ δῆλον*, vel quod Athenienses ob summum in Chios odium, si cui male vellent, hujus nomen nomismati solent inscribere, addita litera, iisque in terram abjectis dira imprecari. *Παρὰ τὸ τοὺς Χίους βδελύττειν.* Sed proprie nummum subaeratum *κίβδηλον* appellant, et *κιβδηλίαν* corruptelam. Cogn.

Ead. l. 13. *Καὶ ταῦτα, ὥςπερ τῶν νομ.*) *Καὶ ταῦτα οὐχ ὥςπερ.* Patet oraculo *Euripidis* sequente, et post illa, verbis *Luciani* pag. sequente. Marcil. *Οὐχ ὥςπερ*) *Marcilii* conjecturam secutus sum. Solan. *Ὥςπερ τῶν νομισμάτων*) *Οὐχ ὥςπερ*, quod *Marcil.* volebat, *Solanus* jam receperat in textum, sine auctoritate. Ego, quantumvis festinem, non tamen ita praepropere *οὐχ* invitis Codd. intrudo; quia negatio ex sequenti *μὴ* potest intelligi *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. (Sed quia mox etiam *μὴ* non aderat in *J.* aliisque, minus errarunt, qui *οὐχ* hic inseri cupiebant.) Huc enim redit Parasiti argumentatio. Arte quadam indigent nummularii in nummis dignoscendis, eadem et nos in hominibus explorandis, quia mores non illico in oculos incurrunt, ut nummi adulterini, (scil. etiam se habent) i. e. quoque non primo adspectu deteguntur. Construe itaque: *τῶν ἀνθρώπων μὴ φανερῶν εὐθὺς ὄντων, ὥςπερ τῶν νομισμάτων μὴ φανερῶν εὐθὺς ὄντων.* Permulta sunt ejusmodi locutionis exempla. Sed insigne reticentiae *τοῦ οὐ* vel *μὴ* testimonium est ap. *Eurip.* Androm. v. 80. *Γέρων ἐκεῖνος, ὥςτε σ' ὠφελεῖν παρὼν, senex est ille, ita ut nequaquam te juvare queat*; sive, *senior est, quam ut* etc. Apud *Hippocr.* S. I. aph. 13. *μάλιστα* negative exponendum, ex alterius membri negatione, quando ait: *Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα*

παιδία, i. e. *minime omnium pueri jejunium ferunt.* Ex Latinis similia dedi in *Ambiguis*, Tit. *Negandi formul.* fin. Alia quaedam, si non prorsus similia, propinqua tamen, dedit *L. Bos* de Ellips. p. 331. — 2. Reitz. Maxime differunt sententiae, quas festinando confudit *Reitzius:* Mores hominum aeque ac numi difficulter explorantur, et: Mores hominum non aeque ac numi difficulter explorantur. In hac enim posteriore sententia hoc inest, numorum naturam magis, quam animorum humanorum, in oculos incurrere, adeoque minus fere fallacem esse illorum, quam horum, probationem. Atqui hanc sententiam velle nostrum parasitum, ut inde pateat, etiam majorem esse parasiticam artem, quam numulariam, vel e voculis *καὶ ταῦτα* colligi potest, omnino vero e toto loci ingenio et colore. Ergo sane acute *Marcilius* vidit, non *ὥςπερ*, sed *οὐχ ὥςπερ* requiri ad hanc parasiti mentem exprimendam. Nec temere profecto *Solanus* egit, quod negationem inseruit, licet nusquam in libris exaratam. Subaudiri enim illam h. l. posse omissam, nemini facile persuaserit *Reitzius.* Lehm.

Pag. 101. l. 1. *Μὴ φαντρῶν*) Ex Angl. Cod. negationem, quae ubique aberat, addidimus. Bourd.

Ead. l. 2. *Εὐριπίδης*) Locus integer ita habet: *Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ἦ, Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὥπασας σαφῆ* etc. Solan.

Ead. l. 4. *Ἀνδρῶν* etc.) *Eurip.* Med. 518. Solan.

Ead. l. 8. *Λόγους λέγειν*) Sic supra Gall. cap. 3. *παραδοξότατον λόγον — λέγω.* Et Herod. c. 3. *λόγους ἔλεγον. Arr.* Exp. Al. I. p. 54. *λέγουσιν ὑπὲρ σφῶν τόνδε λόγον.* Alias ejusmodi repetitiones abunde jam vidimus. Cumque ad Gall. c. 5. promiserim talia me deinde silentio praeteriturum, addam tantum, quod ibi omisi, mirandum esse, qui in *Evang. Matth.* XI, 10. *ἐχάρησαν χαρὰν*, quod *Marc.* IV, 40. iterum occurrit, ut minus Graecum fuerit reprehensum. Quod mullis tuetur *Eckhard.* in Observ. ex *Aristoph.* Plut. p. 2. Reitz.

Ead. l. 13. *Παντὸς ἀπῆλθε*) An *διὰ παντὸς*, i. e. *perpetuo, ubique*, quaesivit *Solanus?* nam *per omnia* dederat etiam *Obsop.* Non opus erit, si *παντὸς* cum *Gesnero* nosto mascul. gen. accipias, pro *παντὸς ἀνθρώπου.* Non displiceret tamen *πάντως*, si alicubi inveniretur. At *παντὸς μᾶλλον* neutro gen. *ante omnia* conversum in *Ael.* V, 13. pr. ubi ait: *Ἀθηναῖοι — ἐπιτήδειοι πρὸς τὰς μεταβολὰς παντὸς μᾶλλον.* Sed et possis *ante omnes* reddere, etsi pluralis praecedit. Ita enim et *Dion. Hal.* Ant. X. p. m. 642. 30. *τοὺς πολεμίους — οὓς παντὸς μάλιστα ἐφοβοῦντο, quos ante omnes alios timebant.* Sed eodem redit, *quos magis timebant, quam quidvis.* Nam neutr. generis

certe est ap. eund. X, 681. 31. ὃ παντὸς μάλιστα ἐβούλοντο, quia τὸ δὲ ibi praemissum erat. Generaliter autem excellentiam significat; neque credo, semper disquiri debere, quo genere accipiendum sit. Et περὶ τοῦ παντός, *de summa rerum*, neutr. est apud *Herodian.* IV, 4, 14. Περὶ παντὸς ποιεῖν, *plurimi facere*, Lexicogr. jam notarunt. Quare nihil hic muto. REITZ.

Ead. l. 16. Πλάττεσθαι) In quibusdam πράττεσθαι. BOURD.

Pag. 102. l. 5. Πλάτωνος) Haec *Platonis* sententia exstat in Dialogo, qui inscribitur Gorgias sive Rhetor. COGN. Locus non in Gorg. exstat, sed in Theaet. p. Ed. *Bas.* 83. A. SOLAN.

Ead. l. 13. Εἴη) Legendum videtur εἶεν. GUYET. Non male. Sed si ad Parasitum ipsum referas, non tanta mutandi necessitas. Ad καταλήψεις certe singularem referre nolim. Licet enim femin. plur. etiam (sed rarius) invenias cum sing. verbi, cujus exempla quaedam dedit frater optimus *G. O. Reitz.* in Belg. Graeciss. p. 357. — 8. tamen *Lucianus* non ita solet. Sed quid tum dicemus de ἀπόλλυσιν, quod etiam sing. est? Idne quoque in pluralem mutandum: aut fatendum, tamen hic *Lucian.* junxisse feminin. plur. verbo sing ? REITZ.

Ibid. Ἀπόλλυσιν) Ἀπολλύουσιν. GUYET. Bene, si εἶεν semel receperis; nam tum et hoc mutandum erit Priorem difficultatem avertit *Gesnerus*, εἴη ad Parasitum referendo; at ἀπόλλυσι tamen *perdunt* convertit, pluralem edendum esse forsan innuens. Velim igitur, etsi εἴη retineo, minima accentus mutatione ἀπολλῦσι legere: nihil tamen mutavi; si forte et alia femin. apud *Nostrum* ita constructa reperiantur. REITZ. Quum εἶεν vere, ut *Guyetus* voluerat, in duobus Codd. legatur, dubitari plane non potest, quin sic rescribendum, et ἀπόλλυσιν mutato accentu in ἀπολλῦσιν sit mutandum; quam emendationem praeivit jam *Schmiederus*. LEHM.

Ead. l. 15. Μὴ καὶ μανίας) Τὸ μὴ delendum videtur. GUYET. Non delendum, si interrogandi signum addas, quod adest in *Par.* in aliis non. Conf. c. 40. f. REITZ.

Pag. 103. l. 2. Ὄν, οὐδὲ ζῇν etc.) Lectionem *Florentinae* vulgata meliorem arbitror; sed mallem tum etiam illud ὄν post βίῳ, quod illa cum ceteris servat, omitti, ut recte notat marg. *A.* 1. *W.* quo sententia parasitica sit, οὐδὲν εὐχρηστότερον εὑρίσκω ἐν τῷ βίῳ, ὧν ἄνευ οὐδὲ ζῆν ἐστι. Nihil interim mutavi, quia vulgata eodem redit; sed altera est concinnior. REITZ. Ἄνευ tamen nimium videbatur ab ὧν remotum esse. Fortassis ὧν per errorem ex ὄν natum erat; unde illa variatio. LEHM.

Ead. l. 7. *Δύναμιν δέ τινα*) Nempe hic removet *τὸ τεχνοειδὲς*, qualis est animalium solertia in victu quaerendo, struendis nidis etc. ut paullo post *ἀτεχνίαν*. Vulgavit *Fabricius* ad *Sexti Empir.* adv. Gram. I, 75. locum egregium e Scholiis ineditis ad *Dionysium Thracem*, ubi occasione ejusdem definitionis artis explicantur et ab ea distinguuntur *τεχνοειδὲς, ἡμιτέχνιον, μικροτεχνία, κ. τ. λ.* et tandem etiam *ἀτεχνία*. GESN.

Ead. l. 14. *Δυνήσεταί σώζειν*) Consequentia orationis et nexus haud dubie postulant secundam personam, quam cum Ionica s. antiqua ratione positam inveniret librarius, *δυνήσεαι*, imperitia quadam immutasse videtur in *δυνήσεται*. Vidit hoc etiam primus interpres *Vinc. Obsopoeus*, a quo discessum non oportuit. Non metuo, ne quis Graece doctus objiciat pronomen *ἑαυτόν*. Hoc enim aeque secundae personae ac tertiae jungi posse, translatitium est. GESN. *Δυνήσεαι σώζειν ἑαυτὸν*) Cum *δυνήσεται* antea editum legerem, conjiciebam, legendum *δυνήσῃ* vel *δυνήσαιο*, ut fiat secundae personae, et praemissae interrogationi, *an tu evasurus sis?* respondeat. Immo sic legi voluisse *Obsopoeum* crederem, qui vulgata servata tamen dedit, *te ipse servare potuisses*; nisi ex aliis ejus erratis viderem, nihil certi inde conficere licere. Sed quia *Gesnerus* τ tantum delerat, ut *δυνήσεαι* legas, idque facillimum et optimum, (nisi forte nimis Ionicum fuerit,) lubens meliori cessi, et quia necessitas exigit, vulgatam rejeci, quae plane absurda erat. Restat tamen, ut *ἑαυτὸν*, quod tertiae personae est, jam etiam in *σαυτὸν* mutet, qui volet, quia etiam proxime praemisit Noster *σὺ σεαυτῷ*. Sed per me non erit necessarium, quia *ἑαυτὸν* est omnis personae. Pro *ἐμαυτὸν* id adsertum vid. ad Asin. cap. 13. pro *σεαυτὸν* in Apolog. pro Merc. c. 2. pr. *ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν — λέλεκταί σοι*, nisi credas propter sigma sequens dubiam esse lectionem. Vid. igitur apertius pro secund. pers. positum in *Ep.* ad *Galat.* V, 14. *ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν*. *Evang. Matth.* XXVI, 11. *πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν*· 2. *Corinth.* X, 12. et passim. *Epict.* Man. pag. 58. f. *Ael.* I, 34. med. *τολμήσεις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑαυτοῦ — ὑπομεῖναι;* hinc in Glossar. vetere in *Biblioth. Coisl.* pag. 233. *Ἑαυτοὺς ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν*. Sed quid multa? *Lucianum* sic saepe habere, bene profitetur *Sol.* ad Apol. l. d. Et patebit ex Indice. REITZ. Translatitiam hanc esse rem, monuerat *Gesnerus*. Ego vero moneo, etiam supervacaneam omnino et alienam ab h. l. omnem hanc esse vel *Reitzii* disputationem, vel *Gesneri* emendationem. Recte enim omnino habet vulgaris lectio *δυνήσεται*, quum in duobus Codd. pro *εἰ ἐπιτρέψας σὺ σεαυτῷ* scriptum legatur *εἰ*

ἐπ. τις ἑαυτῷ (quamquam *Belinus* tantum τις refert de Cod. 3011.) et mox ad eandem legem in Gorl. σωθείη ἄν. Et hanc loci formam equidem tanto lubentius sum amplexus, quanto aegrius Ionismum in δυνήσεαι ferebam. Omnino cum hac sententia mea conspirare video *Struvium* Lectt. Luciann. P. I. p. 249. nisi quod etiam ἐπιτρέψαι pro ἐπιτρέψας rescribendum censet, quae quidem correctio et mihi prope necessaria esse videtur. LEHM.

Pag. 104. l. 11. *Τοιοῦτον*) Pleonasmus, qualis ille *Pausan.* p. 22. ἐς δὲ τὸν ναὸν, ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ἐς τοῦτον ἔρχεσθαι, quem cum aliis simil. adfert *Maitt.* de Dialectt. p. 75. Addo *Diod. Sic.* V. c. 7. post med. τῷ δὲ Λιπαρῷ τῆς Ἰταλίας ἐπιθυμοῦντι, συγκατεσκεύασεν αὐτῷ τοὺς — τόπους. REITZ.

Ead. l. 15. Ἀλλ' ἐκεῖνο) Intellige, ὅρα, ποίησον. GUYET.

Ibid. Ὅπως) Sic Noster passim. Vid. Timon. cap. 28. (sed quia alia divisio ibi instituta jam est, §. 48.) SOLAN.

Pag. 105. l. 1. Σὺ λέγων) Pro λέγεις, s. λέγων εἶ. Vide ad cap. 2. REITZ.

Ead. l. 3. Λεκτέον) Λεκτέων. MARCIL. Λεκτέων) Additum oportuit καὶ πρακτέων. SOLAN. Quod *Marcil.* voluit, id jam erat in *Par. Salm. Ald. J. Fl.* etc. Aliis igitur Edd. usus fuit. REITZ.

Ead. l. 12. Οὐ γὰρ) Versus Homerici erant corruptissimi. BOURD. Inspecto *Homeri* loco, (qui est Odyss. IX, 5.) quantum hic turbaverint aut ipse *Lucianus*, aut librarii, apparebit. Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα, Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ Ἱμενοι ἑξείης· παρὰ δὲ πληθωσι τραπέζαι Σίτου καὶ κρειῶν· μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων Οἰνοχόος etc. Hunc *Homeri* locum respicit *Basilius* de legendis Graecorum libris, (*Grot.* Ed. p. 87.) cum ait: οὐ τοίνυν ἐπαινεσόμεθα τοὺς ποιητὰς, οὐ λοιδορουμένους, οὐ σκώπτοντας, οὐκ ἐρῶντας ἢ μεθύοντας μιμουμένους. οὐχ ὅταν τραπέζῃ πλησθούσῃ καὶ ᾠδαῖς ἀνειμέναις τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζωνται. SOLAN. Utitur eodem loco etiam *Maximus Tyrius* Dissertt. VII, 3. ubi *Reiskius* δὲ κρητῆρος non minus, quam hoc *Luciani* loco, δ' ἐκ κρητ. scribi jussit. Ceterum *Belinus* verba Homerica, quae post ἅπαντα vulgo omittuntur: Δαιτυμόνες — ἑξείης propterea supplenda censet, quod infra capite extr. eadem tanquam semel jam recitata commemorentur. At non videtur haec repetitio nimium urgenda esse, sed pertinere magis ad loci et sententiae, quam ad ipsorum verborum, memoriam. LEHM.

Ibid. Τέλος χαριέστερον ἔμμεναι) Sic se restituisse ait *Bourdelotius*, et sic Ms. qui addit ἄλλο, τέλος χαριέστερον ἄλλο.

Sed *εἶναι* retinendum esse constat ex *Hom.* Odyss. IX. v. 5 unde haec hausta sunt, unde etiam liquet, in altero mox versu legendum *πλήθωσι τραπέζαι*, ut et exstat in *Flor.* GRAEV.

Ibid. Εἶναι) *Hom.* L. *Fl. V.* 2. et *Par.* In reliquis erat *ἔμμεναι*, prave. In P. ut et G. *ἔμ — ἄλλο*, quod melius, si *φησὶ* retineatur. SOLAN. *Εἶναι* legendum pro *ἔμμεναι*, etiam adscripsit *Guyet.* Item paullo post *εὐφροσύνη* pro vulgata *εὐφρυσύνην*. REITZ.

Ead. l. 13. *Εὐφρυσύνη*) Corrupte hic omnes *εὐφροσύνην*. Ego ex *Homero* ipso emaculavi. SOLAN.

Ibid. "*Εχῃ κατὰ*) "*Εχει κάτα* scribendum videtur, pro *κατέχει*. GUYET. Non plane opus est cum *Guyeto κάτα* per anastrophen scribere; neque sic est in meis *Homeri* Edd. Nam etsi per tmesin pro *κατέχω* accipi queat, tamen non est anastrophe, qualis Od. Z, 107. *Πασάων δ' ὑπὲρ ἦγε κάρη ἔχει*, et *ἔχω* etiam per se interdum signif. *versari, degere*, cujus exempla mox subjiciam; ita ut *εὐφροσύνη ἔχει κατὰ δῆμον* ad verbum sit, *laetitia versatur apud, per populum*. De *ἔχῃ* vero in *ἔχει* mutando non adeo repugno; cum lectio inter *ἔχῃ* et *ἔχει* etiam variet in *Homeri* libris Odysseae, quem *Solanus* indicavit. "*Εχω* autem pro *versor, immoror* frequens. *Alciphr.* III. Ep. 20. pr. *τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχων ἐν ἄστει*. Idem I, 1. *τρίτην ταύτην εἶχεν ὁ χειμὼν ἡμέραν*. *Long.* Past. I. p. 24. Ed. *Jung.* (18. *Moll.*) *ἡ δὲ Χλόη — ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον εἶχε πηγνῦσα τὸ γάλα* (male *πηγοῦσα* Ed. *Jung.*) Idem IV, 113. *περὶ θήραν εἶχε λαγώων*. *Ael.* XIII, 2. m. *καὶ ὁ μὲν περὶ τὴν βαυκηίαν εἶχεν*. Et III, 42. *καὶ αἱ μὲν περὶ τοὺς ἰστοὺς εἶχον*. Sed *ἔχει κατὰ* rursus *Hom.* Od. *Λ*, 491. *Οὔνεκά μιν κατὰ γῆρας ἔχει χεῖράς τε πόδας τε, senium eum occupat ad manus pedesque*; ubi ex trajectione structurae patet tmesin esse, qua in aliis verbis etiam utitur millies milliesque; nec tamen ideo *κάτα* scribi necesse, quia praepos. praecedit casum suum. REITZ. In Soloecismum *ἔχει* incidit, opinor, *Guyetus*, quod apud *Homerum* sane libri quidam *ἔχει*, ac deinde etiam *ἀκουάζονται*, habent. Sed *Reitzio* certe hoc vitium minime erat excusandum, quo turpius vix aliud esse potuit. Jam vero *κάτα*, quidquid excutiat *Reitzius* ad tuendum *κατὰ*, etiam *Wolfius* in ipso *Homero* edidit, bene intelligens, *κατὰ δῆμον* in hoc nexu nihili esse. LEHM.

Pag. 106. l. 4. *Τοῦτο τί μοι*) *Hom.* Odyss. IX. v. 11. SOLAN.

Ead. l. 7. *Τῶν Ἑλλήνων*) In aliis Codd. *τῶν ὅλων*. BOUHD. *Ἑλλήνων*) Unde haec scripturam habuerit *Parisiensis* editor, incertum. In L. certe reperitur; et omnino proba est. In plerisque impr. et ipso P. *ὅλων*. In *Fl. λόγων*. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ὅτε τὸν Φιλοκτήτην*) Atqui haec nullibi, quod quidem commeminerim, narrat *Homerus*. Sed vide *Philostr.* p. 703. et qui ibi in notis memoratur *Hyginus* fab. CII. SOLAN.

Ibid. Φιλοκτήτην) Est apud *Philostr.* in Heroic. et *Homer.* in catalogo navium. COGN. In catalogo quidem navium Iliad. II, 721. sq. illud, quod *Solanus* quaerit, non reperitur; nisi quod innuit ibi poeta, desiderium aliquando Philoctetae in Graecorum exercitu excitatum iri. Verum nec opus erat, ut ipse *Homerus* diserte Philocteten narraret ab Ulysse ad Trojam esse abductum. Fabulam secutus est *Lucianus*, qua nulla per totam antiquitatem alia vel latius fuit divulgata, vel amplius ornata ac celebrata. An quis ignoret *Sophoclis* Philocteten? Nec *Ovidius* Metamm. XIII, 313. sq. et v. 329. sq. hanc rem aliter tangit, quam ut vulgo notam. Ergo putidior est scrupulus, quem *Solanus* his Parasiti verbis injicere conatur; in quibus equidem nihil invenio, nisi hanc sententiam: Quodsi voluisset *Homerus* hanc orationem (*χαριέστερον τέλος*) secundum Stoicorum rationes Ulyssi tribuere, poterat facile illud momentum temporis eligere, quo Philocteten abduceret e Lemno. Atqui non fecit. Ergo — LEHM.

Ead. l. 11. *Ἕλληνας — κατέσχεν*) *Hom.* Il. A. *Τὸν δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς.* COGN. Versus, quem *Cognatus* profert, est in Il. B, 189. Et nihil huc facit. Melius conveniret vers. ejusd. B, 165. ubi de Graecorum fuga cohibenda sermo est. Sed neque hoc magni est momenti. REITZ.

Ead. l. 12. *Ἑαυτὸν μαστιγώσας*) *Hom.* Od. Δ, 244. SOLAN.

Ead. l. 15. *Τῇ Καλυψοῖ*) *Hom.* Od. E. 14. et passim. REITZ.

Ead. l. 17. *Λείας*) *Τελείας* L. SOLAN.

Pag. 107. l. 3. *Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκούειν αὐτῶν, μὴ πολλάκις λεγομένων*) Verto: *fieri enim non potest, ut eos* (versus) PERCIPIAMUS, *si non saepius dicantur.* Interpres habebat, *quos nisi saepe referantur, audire non possumus.* Verum *τὸ ἀκούειν* hic non est audire, sed intelligere et percipere. VITRING.

Ibid. Ἀκούειν αὐτῶν μὴ πολλάκις λεγομένων) Id est, *repetiti placent.* GUYET. *Ἀκούειν* hic *intelligere* est; quo sensu in N. T. usurpatur; nove. Nisi forte corruptus locus est. SOLAN. *Ἀκούειν Solanus* nove dictum ait, pro *intelligere*, ut in Novo Foedere usurpatur. *Gesnerus* etiam recte vertit *intelligere. Obsopoeus: neque enim ad satietatem* AUDIRI *possunt, nisi saepius repetantur:* minus commode, minus vere. At ut *ἀκούειν intelligendi* significatu non sit antiquissimum; non tamen est adeo novum, ut singulari Novi Foederis stilo sit tribuendum. Ex *Galeno* enim L. X. id jam protulit *Bud.* in Comm. L. Gr. pag. 565. duobus testimoniis, quorum posterius

tantum repetam. Ἁπλοῦν δὲ, ait, ὅταν εἴπω, ῥόδινον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἀκούειν σε χρή. Sed ex aliis etiam defendit *Pfochenius* de stilo N. T. ad verba Apostoli 1. *Cor.* XIV, 4. ubi οὐδεὶς γὰρ ἀκούει recte vertitur, *nemo enim intelligit.* Sensus, quem *Guyetus* his verbis tribuit, etiam alia multo difficiliore structura est ap. *Liban.* Ep. 31. τούτων δ' οὐδεὶς, ὅστις οὐκ ἤκουσεν, ὡς ἀκούσει· quod vertitur, *quorum nemo orationem audivit, quin audire iterum vellet.* Ad verbum autem sonabit, *horum autem nemo, qui non* (ita) *audierit, ut auditurus.* Quid si igitur ἀκούσειε optandi modo legas? vel ἀκούσων. REITZ.

Ead. l. 5. Δαιτυμόνες) *Hom.* Od. I, 7. SOLAN.

Ead. l. 11. Τὸ τῆς σαρκὸς ἀόχλητον) *Jens.* ad Dial. Imag. posterius verbum iis adnumerat, quae in Lexicis non inveniuntur; (quamquam inverse ἀχλόητος edi sit passus, ut ibi vidimus.) Interim verum est, in *Stephan. Scap. Bud. Poll. Suid.* et *Hesych.* non reperiri ἀόχλητος. Utitur tamen et *Alciphr.* IV. Ep. 55. pag. 410. plane totidem verbis scribens τὸ τῆς σαρκὸς ἀόχλητον, ubi peritissimus *Bergl.* et haec *Luciani* adfert, et ipsum Epicurum in Epist. ad Menoeceum apud *Diog. Laërt.* X. Segm. 127. in simili sententia τὴν τοῦ σώματος ἀοχλείαν dicentem, et ἀνοχλησίαν *Diog. Laërt.* II. Segm. 87. REITZ.

Ead. l. 14. Ὁ δὲ Ἐπικούρειος) Ἐπίκουρος forte. Sic interpres. GUYET.

Pag. 108. l. 8. Ὀδυσσεὺς ἀπὸ τῆς Σχερίας) Videtur omnino respicere Odyss N, 79. 92. Vox σχεδίας, quae in libris omnibus nostris exstat, irrepsit pro Σχερίας facili sciolorum lapsu, qui etiam ἐπὶ pro ἀπὸ dederunt. Σχερία autem, aut Σχερίη, nomen est insulae Phaeacorum, (Od. E, 34. et 35.) unde in Ithacam tandem delatus Ulysses somno illo libero fruitur, divinitus etiam aucto. SOLAN. Magna veri similitudine sese commendat conjectura *Solani:* sed quod eam, inducta vulgata, jam in contextum recipi voluit, sine auctoritate librorum, id quidem praematurum esse consilium mihi videtur. Alia res foret, ubi vulgata lectio ita absurda, vel falsa, ut sine ejusmodi conjectura intelligi aut credi non queat. Cum vero et ἐπὶ σχεδίης *Homero* ead. Odyss. crebro usurpetur, et veritati non adversetur, ego nihil mutari passus sum. REITZ.

Ead. l. 9. Κατὰ ταῦτα) *Illo modo*, i. e. *sequenti.* GUYET. Habuimus idem in Bis Accus. c. 15. med. REITZ. Quae sequuntur, non recte ceperat *Gesnerus*, reddens: *Epicurus enim iste, quicunque demum est, sapiens.* In suspenso relinquit parasitus, quo jure nomen *Sapientis* solus omnium Epicurus sibi ipse arrogaverit. Cf. *Cic.* Finib. II, 3. qui (Epicurus) se

unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus. Et Tusc. V, 26. in. qui tantummodo induit personam philosophi, et sibi ipse hoc nomen inscripsit. Formulam loquendi illustravit *Fritzsch.* Quaestst. p. 194. et quos ibi laudat. LEHM.

Ead. l. 12. *Οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται*) Forsan quis *οὐ* ante *ζήσεται* omitti posse suspicaretur, ut vid. supra Abdic. c. 18. notata. Sed si in ejusmodi locutionibus *οὐ* intelligendum relinquitur, quis negaverit ergo et recte id addi interdum, ut Tox. c. 26. pr. *καὶ οὐχ ὅπως οὐκ αἰσχύνεται.* REITZ.

Pag. 109. l. 6. *Οὐκοῦν τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ ἴσως τοῦτο παρέχει· τῷ δὲ ὀλίγα καὶ μηδὲν οὐκέτι*) *Proinde ei, qui multa possidet, hoc fortasse praebet: ei vero, qui pauca, nihil amplius.* Mentem Luciani non satis assecutus est, qui ita reddidit. Debebat posterius membrum ita reddere: *ei vero, qui pauca, et nihil, non ita*, i. e. *hoc non praebet.* VITRING.

Ead. l. 7. *Παρέχει*) I. e. licet hoc facere. GUYET. Melius *Vitringa;* quare comma post *μηδέν*, quod in *Par.* aberat, etiam addidi, id quod *Gesnerus* quoque fecerat. REITZ. *Παρέχειν* h. l. vim habet verbi *παρεῖναι*, ut *ἔχειν* verbi *εἶναι.* Neque omnino tentandum videtur. LEHM.

Ead. l. 14. *Ἢ μὴ*) *Τὸ εἰ* hic deesse videtur. GUYET. *Εἰ B.* 2. *Par.* et *Amst.* quod et agnoscit L. sed abest *ἤ*. In reliquis deest *εἰ*. Alludit iterum ad eandem fabulam De Merc. Cond. c. 13. SOLAN.

Ead. l. 15. *Παρὰ τοῦτο*) Forsan *παρὰ τούτου*, adscripserat *Gesnerus.* REITZ. Siquidem *ab hoc* (scil. confecti cibi) cum *Gesnero* reddas, sic sane erat corrigendum. At *παρὰ τοῦτο* esse *ob hanc causam*, recte monuit *Fritzschius* loco in Varr. Lectt. laudato. LEHM.

Pag. 110. l. 3. *Τοῦ τέλους*) Non attendit ad hanc vocem interpres. Sic mox cap. 30. *συμφωνία τῶν ἔργων καὶ τοῦ τέλους.* Constituebat enim Epicurus philosophiae suae summam *ἐν τῷ τέλει.* Sic *Petron.* Satyr. *Ipse pater veri doctus Epicurus in arte Jussit, et hoc vitam dixit habere telos.* Quo loci mendose faciunt, qui in secundo versu reponunt *lusit* pro *jussit*, ut monco ad emendationem hujus epigrammatis. BOURD.

Ead. l. 5. *Ἀπολογούμενος*) *Τῷ παρασίτῳ οὔτε μάγειρός ἐστιν — οὔτε ἀργύρια, ὑπὲρ ὧν ἀπολογούμενος ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει. At vero parasito neque coquus est* etc. *neque pecuniae, pro quibus causam dicere gravetur.* Sic interpres: non bene equidem. Illi dicuntur *ἀπολογεῖσθαι*, qui se defendunt contra impugnantem. Hic est *ἄτοπον.* Lege ex Ms. *ὑπὲρ ὧν ἀπολλυμένων ἀχθεσθείη, neque pecunia, qua amissa crucietur.* GRAEV. *Ἀπολλυμένων*) *Τῶν ἀπολλύμενος* L. unde

confirmatur *Graevii* emendatio. In impr. omnibus ἀπολογούμενος, insulse. Sed quid isthic loci οἰκονόμος; Ego certe οἰκίαι vel συνοικίαι legendum esse arbitror. SOLAN. Cum *coquo* sane melius conjungeretur hic *dispensator*, ut ϛpho praeced. ubi utrique dicebatur dominus μάχεσθαι, quod h. l. diceretur χαλεπῆναι. Nihilominus genuina puto nos habere verba, in quibus promiscue recenseantur molestiae, quibus careat parasitus, non accurate pensitatis singulorum verborum rationibus et vinculis. Ἀργύρια autem *pasa argentea* esse, non, ut *Gesnerus* reddidit, *pecuniae*, jam monuerat *Belinus*. LEHM.

Ead. l. 7. Ἐκεῖνος) Ἐκείνους malim. Et *Solanus Florentinam* etiam ἐκεῖνος male habere, *Juntinae* adleverat. Nam etsi singularis ad Epicurum videtur spectare, illud μόνος rectius pluralem sibi oppositum habebit; quia si solus immunis est, ceteri omnes debent esse isti malo expositi, et ὧν ἐκείνους tum exponendum, intellecto denuo ἀνάγκη ἐνοχλεῖσθαι, *quibus istos* (Epicureos) *perturbari necesse est*. REITZ. Quin ἀνάγκη illud ipsum, quod sequitur, et in vett. Edd. sine jota subscripto editum legitur, arctius cum ἐκείνους conjungendum. Sic demum veram habes loci formam et indolem; quod vidit etiam *Fritzschius*. LEHM.

Ead. l. 12. Πάσης γὰρ τέχνης) Πάσαις γὰρ τέχναις legendum videtur. GUYET. Haud male quidem *Guyeti* conjectura habet. At cum non desint exempla genitivi, ubi dativus usitatius locum haberet, nihil muto. *Diod. Sic.* L. II. c. 28. m. αὐτοῦ κατέγνω θάνατον, ubi et αὐτῷ dicere potuisset. Idem IV. cap. 44. τῆς θυγατρὸς καταγνῶναι θάνατον. Sic ἱερὸς τινὶ etiam usitatum cum genitivo. Noster supra Gall. c. 28. οὔπερ ἱερός εἰμι. *Aesop.* F. 2. τούτου ἱερὸς εἶναι λέγεται. *Evang. Joan.* XIX, 36. ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ. Quo loco itidem αὐτῷ idem foret; etsi in loco parallelo *Exod.* XII, 10. de re eadem legatur ἀπ' αὐτοῦ. Construe igitur hic ἀνάγκη πάσης τέχνης. Ita ex *Cic.* I. in Verr. 18. *insula Deorum sacra*, pro *Diis*, adfert *Jensius* in Lectt. Luc. p. 285. addiditque deinde *Justin.* XVIII, 7. *decimas Herculis ferre*. Et XI, 5. *duodecim aras Deorum statuit*. Alia hujus generis dedit *Wopkens* in Animadv. ad Avian. insertis Obs. Miscell. Britann. mens. Aug. 1736. pag. 210. REITZ. „Caecutiit hic vir perspicax (*Gesner.* in interpr. Lat.) nec minus (quod non tam mirabile) *Reitzius*, ut ex nota ejus manifestum est. Constructio est: ἀνάγκη γὰρ (ἐστι) μάθησιν πάσης τέχνης προσάγειν (τῷ μανθάνοντι) πόνον, φόβον, πληγάς." Sic J. *Seager.* in Diar. Class. N. 36. a. 1818. p. 319. LEHM.

Pag. 111. l. 2. Ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπερ τινὰς ἀπὸ τῶν δι-

διδασκάλων) Sic recte Ms. vulgo ἐκ τῶν διδασκάλων. Graev. *Τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπερ τινὰς ἐκ τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν;* Ms. *Graevii* ἀπὸ τῶν διδασκάλων. At vulgata lectio videtur multo aptior et elegantior, ut sit ellipsis loci alicujus, ubi *διατρίβουσιν οἱ διδάσκαλοι*, puta, *σχολῆς* vel *διδασκαλείου*, ut mox sequitur. Praecipue ubi de scholiis ac auditoriis loquuntur, Graeci amant hanc elliptican loquendi formam. Sic *ἐς διδασκάλου* Noster in Hermotimo c. 82. f. *ἐκ μουσικοῦ φοιτᾷν*, in Amoribus c. 64. f. *ἐς Πλάτωνος* iterum in Hermotimo, et passim. Adde, quae ad Tom. I. notavimus. Jens. *Ἀπὸ τῶν διδασκάλων* praeter Ms. Gr. Ed. *Ven.* Reliqui vero libri *ἐκ*. Sed *B.* 2. pro *διδασκάλων*, *διδασκαλείων* hic habet, prave. Solan. Non quidem improbo vulgatum, quod *Jens.* defendit, *ἐκ* pro *ἀπὸ*, et vel servassem, si tanti esset. Sed consentienti *Solano* ac *Graevio* in *ἀπὸ* aeque bono, aeque testibus suis firmato, hoc facile dedi, ut reciperem. Et si mihi tertium testem his adjungere licet, *ἀπὸ* cum illis magis probo; quia *ἐκ τινὸς ἔρχεσθαι*, quando οἶκος intelligitur, amat sine articulo poni, ut *Aristoph.* Plut. 84. *ἐκ Πατροκλέους γὰρ ἔρχομαι*, et simil. quae cum praepos. *ἐς* juncta, ipse adtulit *Jensius*. Reitz. Scilicet *ἀπὸ τῶν διδασκάλων* est *e schola*; et sic, si velis, defendatur aliquo modo illud Somnii c. 2. quod in Codd. nonnullis legitur, *ὁπόταν ἀφιέναι ἀπὸ* (vulg. *ὑπὸ*) *τῶν διδασκάλων*. *quoties e schola dimittebar*; quod tamen illic per se est quotidie factum cogitari debere. Lenn.

Ead. l. 4. *Εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες*) Confer Somn. sub fin. Solan.

Ead. l. 15. *Πολλὴ*) Consulto mutavit textum *Hesiodi*, qui ita habet *Ἔργ.* 290. *μακρὸς — ἐπ' αὐτήν*. In P. *Fl.* Ed. et *Salm.* *αὐτοὺς*, in reliquis *αὐτό*. Solan. *Πολλὴ — αὐτὸ*) Notarat *Solanus* noster solam *Par.* quae male *πολλοὶ* haberet. Sed et alias sic habere vidi, ideoque in variant. distinxi; sed melioribus parui. Interim et *πολλὴ* male forsan ab interprett. cum *οἶμος* conjunctum, dum reddunt *multa est via*, ad quod *Fl.* aliaeque ansam videntur dedisse, comma post *γὰρ* omittentes. At cum *οἶμος* masculinum sit, *πολλὴ*, (si proba est lectio, et non *πολλὸς* poetice pro *πολὺς*, rescribendum) forsan ad *τέχνην* referendum. *Hesiod.* ab *Solano* indicatus habet, *μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν*· quod etsi *Lucianus* mutavit, malim tamen utrumque adjectivum ad viam referre, ut *longa* et *arduta* dicatur. Verum isthoc ipsum voluit *Gesnerus* aeque ac priores interpretr. et *ὁδὸς* post *πολλὴ* intellexere, ellipsi satis per se usitata, qua tamen carere pos-

semus; si adjectiv. ad sequens οἶμος aptemus: nam quid opus aliud *viae* vocabulum intelligi, ubi aliud *viam* itidem significans jam additur? Si differentia inter ὁδὸς et οἶμος esset tanta, ut prius *itineris spatium*, alterum *difficultatem ejus* tantum indicaret, vel elegantissimam agnoscerem hic ellipsin. Αὐτὸ vero recte ad totum negotium pertinet: nam si πολλοὶ legas, scil. καρποὶ, belle quidem αὐτοὺς eodem referri videtur; sed hoc ipsum fefellit scribas, qui πολλοὶ cum dedissent, etiam αὐτοὺς refingere debuere. At falsa tum prodit sententia. Reitz. Quid si πολλὴ refertur ad τέχνην, et αὐτὸ ad totam phrasin τοὺς καρποὺς ἀπολαμβάνουσι; Gesn. Ad τέχνη referri πολλὴ vel propterea nequit, quod de artibus pluribus agitur, non de una. Mireris omnino, tantopere a vero aberrare potuisse viros haud sane stupidissimos. Πολλὴ dicit parasitus, de ὁδὸς cogitans, sed meminit statim versus Hesiodei longe celeberrimi, et applicat eum paullo liberius, sed tanto cum voce πολλὴ convenientiorem, quum οἶμος ad analogiam vocis ὁδὸς etiam feminino genere dictum sit. Cf. *Eurip.* Alcest. v. 845. Herm. ὀρθὴν παρ' οἶμον. Αὐτὸ autem intellige τὸ ὕστερον τοῦτο. Αὐτὰς, quod duo Codd. praebent, non equidem praetulerim cum *Belino*. Maxime sic claudicet sententia. Ceterum et alibi noster, et varia quidem ratione, hunc *Hesiodi* locum in usum suum convertit, ut Hermot. c. 2. Necyom. c. 4. Lehm.

Ead. l. 17. Εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τὸ μανθάνειν) Sic corruperunt posteriores sanum et sincerum priorum Editionum, ἐν αὐτῷ τῷ μανθάνειν. Paullo post iterum τῷ degeneravit in τὸ (ἅμα τὸ ἄρξασθαι), ut jam vidit et monuit *Graevius*. Jens.

Pag. 112. l. 1. Τῷ μανθ.) Ita *B.* 2. et *Par.* Reliquae τὸ, prave. Solan.

Ibid. Ἐν τῷ τέλει ἐστὶν) *Obsop.* reddiderat, *quantocius in quaestu est.* Haud ita male ad sensum: ludit enim in duplici sensu vocab. τέλος. Reitz.

Ead. l. 4. Ἅμα τὸ ἄρξασθαι) Sine dubio quoque scribendum, ὁ δὲ παράσιτος εὐθὺς ἔχει τὴν τροφὴν ἅμα τῷ ἄρξασθαι τῆς τέχνης. *At parasitus simul atque artem orsus est, victum habet.* Ἅμα τῷ ἄρξασθαι est σὺν τῷ ἄρξασθαι, vel σὺν τῇ ἀρχῇ. Edd. male ἅμα τὸ ἄρξασθαι. Graev.

Ead. l. 11. Μίαν δὲ ἢ δύο μόνας) Disce hinc, quanto sapientius a Judaeis et Christianis, seu potius a Deo ipso, feriae sancte et caste colendae imperentur. Duo autem illi apud Graecos dies festi, primus erant et septimus, de quo posteriore alibi nos. Solan.

Pag. 113. l. 3. *Πολυποσίαις δὲ — οὐκ ἔστιν εὐφρ. μανθ.*) Prope ad synchysin accedit haec constructio, ita instituenda: *εὐφραινόμενον πολυποσίαις οὐκ ἔστι μανθάνειν,* Belle tamen se res habet: nam vel majorem habuimus Imag. c. 4. pr. *ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν, ἤκουσας, οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς.* Mollior, non tamen priori absimilis verborum trajectio est ap. *Callim.* Hymn. I. v. 10. *Ἐν δέ σε Παῤῥασίῃ Ῥείη τέκεν.* *Long.* Past. III. pag. 110. *ἐκ γάρ μοι χηνῶν τῶν εἴκοσιν ἕνα τὸν κάλλιστον ἀετὸς ἥρπασε.* Adde nonnulla alia in Syntax. *Aretaei,* ejus Oper. adjuncta pag. 359. Sed Latini, si non iisdem plane, aliis tamen *συγχύσεσι* vel frequentioribus et intricatioribus delectantur, quod praeter *Sanctium* et *Rutgers.* ad *Horat.* compluribus in locis egit *Th. Wopkens* in Lectt. Tullian. REITZ.

Ead. l. 7. *Αὐτὴ δὲ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὴ* etc.) Non *αὐτὴ,* sed *αὕτη* legendum; id quod manifestum ex antithesi, quam facit Parasitus. Ostensurus nempe, Parasiticam praestare aliis artibus, *aliae quidem,* inquit, *artes sine instrumentis neutiquam domino suo inservire queunt; neque enim fieri potest, ut quis sit tibicen sine tibiis, fidicinem agat sine lyra, equitet sine equo. Haec vero* (Parasitica) *ita bona est, nec artifici molesta, ut quis nihil aliud habens, ea ipsa pro instrumento uti possit.* Ita quoque cap. 21. pr. scribendum, *αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν· αὕτη δὲ οὐδεμιᾶς ἑτέρας·* non, ut vulgo, *αὐτή.* JENS. *Αὕτη*) *Jensii* emendatio. SOLAN. Sic mox recte §. 19. *κατὰ Σωκράτην, καὶ αὕτη·* quare nullus dubitavi, monentibus *Jensio* et *Solano* parere. REITZ.

Ead. l. 13. *Κατὰ Σωκράτην*) *Plat.* Ione. 145. B. C. D. SOLAN. Ut *Fl.* hic *Σωκράτη,* ita eadem supra *Ἄρη,* Gall. 3. atque alibi non infrequenter. Sed cum plurimae *ν* addant hic et alibi, et perinde sit, nihil mutavi. *Diog. Laërt. Σωκράτη* praefert, T. I. L. 2. p. 106. 113. 114. 117. etc. Sed *Ἀριστοφάνην* p. 103. et T. II. p. 585. etc. *Σωκράτην* etiam ibid. p. 586. REITZ. Variant praeterea apud Nostrum *Διομήδην* et *Διομήδη* Ver. Hist. II, 23. *Διογένην* et *Διογένη* Demon. c. 62. *Ἀριστοφάνην* et *Ἀριστοφάνη* supra Bis Accus. c. 53. Sed *Διομήδην* infra cap. 44. sine variatione legitur. LEHM.

Pag. 114. l. 2. *Αὐτὴ δὲ*) Ut supra cap. 17. *αὐτὴ* in *αὕτη* mutavimus, ita et hic dixeris faciendum. Sed quia *ταύτης* jam proxime praecessit, non male hic *αὐτὴ* sequitur, ut sit, *ipsa vero;* nec opus credo bis *haec* dici. REITZ. Nihilominus *Schmiederus* edidit *αὕτη,* idque tacite, tanquam re aut per se certa, aut minoris momenti. LEHM.

Ead. l. 3. *Τί δὲ οὐχ οἱ τὰ*) Vitiosum habetur ab Rhetoribus, nimis multa monosyllaba conjungere. At statim vel sex

sequuntur. Ac plurĭbus scriptorĭbus haud infrequens quinque interdum et plura monosyllaba jungere. Sic *Noster* mox cap. 28. *καὶ μὴν καὶ τὰς μέν*, ubi plura dabo, quia ibi necessitas quaedam in haec inquirere. *Aesop.* Fab. 149. vel septem jungit, *δυνατώτερός μου εἶ. εἰ δὲ μή, τί σοί ἐστιν.* Reitz.

Ead. l. 3. *Ἀλλότρια*) *Athen.* l. 1. In quo multa sunt hujus Dialogi. Bourd.

Ead. l. 8. *Καὶ μὴν*) Ante haec verba incipit loqui Parasitus. Aliud tamen secutus est interpres. Bourd.

Pag. 115. l. 4. *Κακοπαθοῦντες*) De molesto ac duro labore translatum. Ita de opere rustico *Diod. Sic.* IV. c. 20. *f*, De pugnantibus Gallis *Aelian.* II. 28. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἀνήροτα*) Ante *Bas.* omnes Edd. *ἀνήρωτα*, corrupte. Vid. *Homer.* Od. IX, 108. Solan. Similiter accommodatum hunc locum Homericum videbis ad hoc ipsum hominum genus De Merc. Cond. c, 3. ad sacerdotes Delphicos Phalar. II, 8. Lehm.

Pag. 116. l. 6. *Τήν τε ῥητορικὴν, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἃς διὰ γενναιότητα*) *Τήν τε ῥητορικὴν καὶ τὴν φιλοσοφίαν μεγίστας τε καὶ καλλίστας εἶναι, ἃς διὰ γ.* Sic paullo ante, *ὅτι γε μὴν τῶν μεγίστων καὶ καλλίστων τεχνῶν διαφέρει.* Marcil.

Ead. l. 10. *Ναυσικάα*) *Homer.* Odyss. Z, 101. Solan.

Ead. l. 12. *Κατὰ τὴν ὑπόστασιν*) Erat, cum hoc nomine certam et constantem rationem intelligi putarem; nec deerat, unde illam firmarem sententiam. Sed toto hoc loco, et his, quae sequuntur, diligentius iterum consideratis, apparebat mihi, sumendum esse nomen ea ipsa notione, quae solennis quasi et propria est, quae *ὕπαρξιν* notat, s. eam, quam recentiores scholae *existentiam* dicere solent, *substantiam* aliquoties vocavit *Fabius*: nos circuitu maluimus uti ad claritatem. Vid. de hac *ὑποστάσεως* notione *Sextus Empir.* Math. VIII, 186. et ibi *Fabric.* Gesn.

Pag. 117. l. 9. *Τεκμαίρεσθαι*) *Unde fit, ut nihil praeter opinionem conjecturamque supersit.* Hunc ego tandem ex obscuris hisce verbis sensum erui, qui solus mihi genuinus videtur. Solan. Simplicius longe egit *Seagerus*, e *δηλονότι* faciens *δῆλον ὅ,τι.* Sic optima evadit et aptissima sententia. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἀρχὴν γάρ φημι*) Perperam sane in hoc scriptore versa est dictio *ἀρχήν*, vel *τὴν ἀρχήν*. Neque enim *principio*, ut vertunt, nec *principium*, ut pag. seq. (*ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦτο*) notat, sed *omnino, prorsus. Tanaq.* quoque *Fabrum* male in Timone *οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἑώρας αὐτούς* vertisse *primo congressu*, accurate observat *Gronovius* ad Tom. I. pag. 1010. Ed. *Amst.* (i. e. in Tim.

circiter med.) Ad candem dictionem, quamvis vulgatam, adhaesit quoque *Politianus*, dum in Miscellaneis cap. 56. loçum hunc *Pausaniae* in Boeoticis, de tauris apud Aethiopas, ὅτι σφίσιν ἐπ᾽ ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ, ἓν ἑκάστῳ κέρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδ᾽ ἀρχὴν κέρατά ἐστιν, vertit, *quoniam illis in summa nare singulis unicum cornu, tum aliud supra non magnum, verum in capite, ne initio quidem cornua.* Ridiculum prorsus, οὐδ᾽ ἀρχὴν κέρατά ἐστι vertere, *ne initio quidem cornua sunt.* Nihil aliud *Pausanias*, nisi simpliciter vult, tauris illis in capite omnino non fuisse cornua. JENS. Quoties hoc monebimus? De scopulo hoc interpretum vid. ad 1. Ver. Hist. c. 4. Et *Hemst.* ad Nigr. §. 26. Et mox c. 29. μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦτο REITZ.

Ead. l. 11. *Ἐπεὶ τί*) Lege ἐπεί τοι. GUYET. *Gesnerus* sensum adjuvit, signum interrogandi post πότε ponens; quod scil. faciendum, si vulgatam retineas. At non male conjecit *Guyetus*: quare notam interrogandi novam non adjeci Graecis; sed quae in fine periodi aderat, servavi. REITZ. Ego vero ad *Gesneri* rationem composui textum; quo facto non opus erit *Guyeti* emendatione. LEHM.

Pag. 118. l. 3. *Καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη, καὶ παρέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι, προσδεκτέος ἂν εἴη*) Haec sine ullo sensu sic leguntur vulgo versa: *Certe in reliquis artibus, quamquam earum ratione nonnihil discreparet, et postulata venia quispiam praeterierit; siquidem mediae videntur, earumque perceptiones non sunt immutabiles, admittendus non est.* Inficetiis haec plenissima. In Graecis quoque non est nihil vitii. *Προσδεκτέον* enim, non *προσδεκτέος*, legendum; idque ad ἄλλας τέχνας referendum. Verto autem sic: *Ac aliae quidem artes, quamvis et in iis aliquid absonum esset, idque praeteriret quis, venia dignum existimans, (quoniam et mediae videntur, et earum comprehensiones, sive intellectiones, non sunt immutabiles) admittendae forent.* Id vult noster ille τῆς Παρασιτικῆς ἐγκωμιαστῆς, Alias quidem artes, velut Philosophiam, Rhetoricen, et caeteras, non esse simplices; idque facile tolerari posse: Parasiticam vero esse omnino simplicem, eandemque apud omnes gentes. Caeterum mirum quantum diversam scripturam hujus loci exhibet Ed. *Flor.* Nempe, καὶ μὴν καὶ τὰς μὲν ἄλλας τέχνας εἰ καί τις κατὰ ταύτας ἀσύμφωνος εἴη, καὶ παρέλθοι τὶ, συγγνώμης ἄξιός ἐστιν. ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσιν καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν, οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι. Vides insignem diversitatem, praeterquam quod ultima (προσδεκτέος ἂν εἴη) pla-

ne omittantur. Sed haud dubie foede hic corruptus fuit Codex Flor. et vulgata scriptura alias satis sincera; sublato ex ea illo, quod modo sustulimus, mendo. Jens. Vid. *Jens.* Solan. *Καὶ μὴν καὶ τὰς μὲν) Καὶ μὴν τὰς μὲν* aliae, quasi vererentur monosyllaborum nimium concursum. Et posset quidem abesse alterum *καί*. Sed quia *καὶ μὴν καὶ* millies frequentatur Nostro, ut in Quom. Hist. §. 60. ibique adlegatis, item Enn. 3. Demon. c. 22. 54. 56. Asin. 38. (alia de *καὶ* abundante ad Somn. c. 7. sunt notata) ideo etiam hic illud addi passus sum. Praeterea monosyllaborum congregatio non est impropria linguae Graecae. Conf supra c. 21. f. ubi *τί δὲ οὐχ οἱ τά*. Ibid. c. 10. p. m. *μὴν καὶ ἓν τῷ τῶν*. Et passim singulis Dialogis, quinque monosyll. videre licet, quin et sex, ut in Tim. §. 16. *ἄν; οὐ σύ γε, ὦ Ζεῦ*. Sic et *Liban.* Ep. 29. *καὶ γὰρ καὶ τὰ μή*. Idem Ep. 31. *οὐ γὰρ ἦν τοῦ σοῦ*. Ep. 33. *δὲ τὸ μέν τι τῆς*, et passim. Nemo autem frequentius aut plures copulat, quam *Aristoteles*, ex quo haec tantum addo. Phys. VI. cap 6. *ἓν δὲ τῷ νῦν οὐκ*. Ibid. vel octo monosyll. legas: *Ἔστω γὰρ ἐν τῷ νῦν ἐκ τοῦ α εἰς τὸ β*. Ac versu ult. ejusd. cap. *ὥστ᾽ ἐν ᾧ ἂν ᾖ οὐκ ἂν εἴη*. *Xenoph.* Cyr. III. sub init. sex etiam copulat, *τέλος δὲ καὶ ὁ παῖς καὶ αἱ γυναῖκες*. Ibid. p. 54. a. m. *νῦν μὲν γὰρ ἓν τῇ σῇ χώρᾳ*. Octo *Diod. Sic.* III. c. 62. p. 231. *τὸν μὲν ἐκ γῆς, τὸν δ᾽ ἐκ τῆς ἀμπέλου*. Nec a quinque abstinuit *Demosth.* ut in Or. adv. Mid. p. m. 414. C. *καὶ γὰρ εἰ μὲν ὦ*. Sed desino *συλλαβίζειν*. Reitz.

Ibid. Τὰς μὲν ἄλλας τέχνας) Nihil hic vitiosum; sed impeditior constructio, praemisso Accusativo, quem regit *ἀξιώσας*. Ego in interpretando hunc ordinem secutus sum: *Προσδεκτέος ἂν εἴη, εἴ τις παρέλθοι συγγνώμης ἀξιώσας τὰς ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη, ἐπεὶ μέσαι κ. τ. λ.* Gesn.

Ibid. Εἰ καί τι — τις συγγνώμης ἀξιώσας) *Quamquam earum ratione et postulata venia.* Verte: *quamquam nonnihil discrepet, hoc venia dignatus quispiam praetereat.* Guyet.

Ead. l. 4. *Καὶ παρέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας*) Haec ex *Fl. Solanus* ita constituerat, *καὶ παρέλθοι τις· συγγνώμης ἄξιός ἐστι* etc. ac sequentia illa tria, *προσδεκτέος ἂν εἴη*, cum eadem deleverat, quod certe necessarium, ubi *ἄξιός ἐστι* pro *ἀξιώσας* receperis. Et placet quidem haec lectio; verum quia omnes ceterae in vulgata consentiunt, cujus sensus non est plane incommodus, insignem adeo mutationem facere non sum ausus. Reitz.

Ibid. Τις συγγνώμης ἄξιός ἐστιν) Ita recte *Fl.* nisi, quod prave *τι* pro *τις* habet. In reliquis pro *ἄξιός ἐστι*, *ἀξιώσας* prave legitur; et mox post *ἀμεταπτωτοι*, *προσδεκτέον ἂν εἴη*.

quod *Fl.* non agnoscit, et nos ut supervacaneum et merum glossema omisimus. SOLAN.

Ead. l. 5. *Μέσαι*) Mediae. An *mediocres?* GUYET.

Ead. l. 6. *Προσδεκτέος ἂν εἴη*) Haec addititia videntur. GUYET. Si haec verba retinenda sunt, non video, cur προσδεκτέος in προσδεκτέον sit mutandum, cum jungi possit praemisso τις. REITZ.

Ead. l. 7. *Ὡς ἀναγκαίαν*) Haec duo verba cur addita sint, mihi non satis liquet. SOLAN.

Ead. l. 8. *Μᾶλλον τῶν ὀργ.*) Vertitur, *magis convenire, quam instrumenta?* Verte, *consonare magis, quam organa?* GUYET. Quid sit *μᾶλλον τῶν ὀργάνων*, mihi non liquet. SOLAN. Quia *Solanus* ait, sibi non liquere, quis horum verborum sensus sit, mihi vero haud ita difficilis videtur, paucis eum explanare tentabo. Queritur, philosophiam non esse unam nec sibi consentientem, quam tamen oporteret vel consonantiorem esse instrumentis musicis. Adeoque verba, *μηδὲ σύμφωνον αὑτὴν ἑαυτῇ, μᾶλλον τῶν ὀργάνων*, sonant, *nec esse ipsam sibi ipsi consonam prae organis musicis*, sive, *plus etiam, quam instrum. musica.* Ideo in verbis *δέ τις ὡς ἀναγκαίαν*, ut scribebantur, illud solum mutavi, ut *δὲ τίς* interrogantis more scriberem. REITZ. Totum locum sic putat *Seagerus* legendum esse: *κατὰ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη, καὶ παρέλθοι τις, συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι, προσδεκτέον ἂν εἴη· φιλοσοφίαν δέ τις ὡς ἀναγκαίαν ἀνάσχοιτο μὴ μίαν εἶναι, καὶ μηδὲ σύμφωνον αὑτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον τῶν ὀργανικῶν;* et constructionem dicit hanc esse: *Προσδεκτέον ἂν εἴη, εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη, καὶ (εἰ) παρέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας. Μέσας* esse vult *usibus vitae communibus subservientes. ὡς ἀναγκαίαν, quasi sit vitae communi necessaria, ideoque indulgentia vel venia digna. ὀργανικῶν, artibus mechanicis, quae instrumentis, ὀργάνοις, utantur.* Quam explicationem et emendationem magnopere vereor, ut cuiquam omni ex parte probare possit. Quamquam non nego, et mihi hunc locum non una ex parte laborare videri. LEHM.

Ead. l. 13. *Φορᾶς ἀντιδόξου*) *Contrariarum opinionum conflictum.* GUYET. Ad verbum, *proventus* s. multitudinis, sectae, disciplinae, *diversa sentientis.* De usu simili nominis φορὰ plenissime edoceri aliquis potest, si adire lubeat *Fabric.* ad *S. Empir.* Math. VII, 49. Hic ipse *Sextus* egregie suppetias fert Parasito nostro, Math. II, 6. seq. ubi quanta sit dissensio circa definitionem Rhetorices, demonstrat. GESN.

Ead. l. 1. *Μηδὲ τὴν ἀρχὴν*) *Point du tout*, i. e. *nullo modo*. Guyet. Recte *Guyetum* monere, vide ad hujus Dial. c. 27. 11. *Jensius* idem notat. Reitz.

Ag. 119. l. 5. *Μὲν τούσδε, ἑτέρως δὲ τοὺς δὲ παρασιτεῖν*) Legendum videtur, *ἄλλως τοὺς μὲν, ἑτέρως δὲ τούσδε παρασιτεῖν*. Guyet. Illud posterius *τοὺς δὲ* in nostris Codd. atque Edd. non invenio, sed *τοὺς* tantum, certe in *J. Hag. Fl. Par. Fr. Ald. Salm.* Sed *B.* 1. *τοὺς δὲ*, quod in *τούσδε* mutandum, facile largior, idque *B.* 2. jam fecit. At cum in cett. absit, carum lectionem servavi, ne sine necessitate *τὸ δὲ* conduplicetur. Reitz. Fortasse scripsit auctor, *ἄλλως μὲν τοὺς, ἑτέρως δὲ τοὺς, παρασιτεῖν*, quemadmodum *Xenoph.* Memorr. III, 1, 8. *ἵνα ὑπὸ μὲν τῶν ἀγωνται, ὑπὸ δὲ αὖ τῶν ὠθῶνται.* quem locum caute quidem, pro more suo, sed tamen sine idonea caussa, tentavit magnus noster *Frid. Volg. Reitzius* in praeclarissimo libello de Prosodiae Graecae accentus inclinatione p. 13. sq. Ed. Wolf. Non enim insolitam esse hanc articuli collocationem, ipse postea vidit ejusd. lib. p. 68. *sq.* et *Wolfius* ibid. confirmat. Lehm.

Pag. 120. l. 6. *Ὡς κατά τινος — αἰσχύνης*) Hoc *κατὰ* quid sibi hic velit, non equidem assequor: intelligerem, si esset *ὡςπερεὶ*, vel *ὡς δῆτα*, vel simile quid. Corruptelam hic intercessisse, e scribendi compendiis ortam, vix dubito. Gesn.

Ibid. Κατὰ τινὸς) *Καὶ τινος* legendum. Guyet. Probo conjecturam: nam *κατὰ* sensum commodum non exhibet. Interim *δῆτα* ex *Pell.* potest legi, donec certiora ex aliis Codd. doceamur. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἀναγραψάντων τοὺς ἐκ. βίους*) An qui singulas vitas scripserant, an vero qui omnium, quod a *Diogene* factum? Solan.

Ead. l. 13. *Νὴ τὸν Ἡρακλέα*) De hoc Parasitico sacramento *Jo. Meursius.* Jurabant etiam Parasiti *νὴ τοὺς ἄλλας. Liban.* Paras. Bourd.

Ead. l. 16. *Ὧν ἐγὼ δοκῶ*) Videtur leg. *ὡς*. Gesn. *Gesnerus ὡς* malebat. Nihil repugno, si libri addicerent. Nam etsi construendo, *τοὺς ἀρίστους*, scil. *αὐτῶν, ὧν ἐγὼ δοκῶ*, regimen genitivi *ὧν* extundi potest; tamen sensus minus est commodus, quam si *ὡς* legas; et pristini etiam interpretes, *ut ego opinor* reddentes, ita legi voluisse videntur. Reitz.

Ead. l. 17. *Αἰσχίνης*) Vid. Imagg. c. 17. et hoc ipso op. c. 43. et *Plut.* in Vit. Aristid. et *π. κόλακ. Bentlejus, Diog. Laërt.* II, 61. p. 48. C. D. et *Suid.* Septem numerantur ejus Dialogi melioris notae; totidemque aut imperfecti, aut his longe inferiores. *Diog.* l. c. Solan.

Pag. 121. l. 1. *Ὅπως εἰ δύναιτο*) Nota phrasin. Guyet. Nihil aliud signif. quam *si modo posset*, vel *si hoc modo posset*, pro *εἰ οὕτω δύναιτο*. Alia de *ὅπως* jam alibi laudatus habet *Solan.* ad hujus Dial. c. 9. et ad Tim. §. 48. Inversa autem hic ordinaria constructio videtur, quod alii negabunt, et *εἰ δύναιτο* duobus commatis incluso ita construent, *ὅπως γνωσθῆναι δι' αὐτῶν, εἰ δύναιτο*. Sed *ὅπως* tum pro *ὡς* valebit, ut videtur etiam tacite innuisse *Guyet.* ad c. 3. hujus Dial. unde id ei suspectum fuit, quia cum infinitivo non amat construi. Exempla ab *Solano* illic indicata huc non faciunt. Neque illa c. 3. et 9. plane respondent huic loco. Hic enim relativum *ὅπως* pro demonstrativo *οὕτως* positum est, quasi dixeris, *si quo modo possit*, pro *si hoc modo possit*. Haud aliter, quam relativum *ὅς* saepe accipitur pro *οὗτος*, non solum in formula *ἦδ' ὅς* pro *ἥδε οὗτος*, quam habuimus Alex. c. 43. Lexiph. c. 2. 4. et singulis fere seqq. Sed et alibi, ut *Aesop.* Fab. 91. *καὶ ὃς ὑποτυχὼν εἶπεν.* Item Fab. 101. *αἱ περιστεραὶ — ἐξήλασαν (κολοιὸν) παίουσαι. Καὶ ὃς ἀποτυχὼν τῆς ἐνταῦθα τροφῆς ἐπανῆκε πρὸς τοὺς κολοιοὺς πάλιν.* At *ὅπως* sic usurpari minus frequenter observavi; est tamen haud absimile illud *Herodiani* III, 5, 9. *ἔδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ ὀηλητήρια φάρμακα ὅπως τινὰς πεῖσαι δυνηθείεν* etc. i. e. *si hoc modo nonnullis persuadere possent*, vel *quibus eum, si possent, aggrederentur*; ubi *Steph.* quoque malit legi *εἴπως*, quia alterum ei minus usitatum videbatur. Ego utrumque servarem, quia nihil contra analogiam peccat; licet exempla sint aliquanto rariora: nam cum ex *ὡς πῶς* conflatum dicatur; et hic recte interpretabimur, *si qua*, vel, *si quodammodo possit*, ac tum idem erit *ὅπως εἰ*, quod *εἴπως*. Reitz. Operam h. l. perdere *Reitzium* recte notat *Seagerus*. Nec plus profecit *Abresch.* Animadvv. ad Aeschyl. Tom. I. p. 390. conferendo dissimillimam rationem ap. *Sophoclem* Antigon. v. 371. (Herm.) Nihilominus dubito *Seagerum* sequi satis confidenter suadentem *γνωσθείη* pro *γνωσθῆναι*. Est potius hoc exemplum mancae orationis, cujus generis et alibi nonnulla deprehendas. *Γνωσθῆναι* proxime ad *δύναιτο* referendum. Quae autem sic desideratur sententia ad *ὅπως* pertinens, *τύχοι τούτου* aut *γένοιτο οὕτως*, menti legentis, vel potius, audientis, facile se praebet supplendum. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἠὐδοκιμηκέναι*) Sic omnino scribendum, non ut in omnibus impr. est *εὐδ* —. Solan. *Εὐδοκιμηκέναι*) Admisissem augmentum *ηὐδοκ.* quod adeo necessarium clamat *Solanus* noster, si alicubi invenissem; sed ne *Jungermanni* Manibus *δοκησίσοφος* videar, nihil mutavi; et cum mox §. seq. rur-

sum εὐδοκίμει, consentientibus vett. Edd. habeamus, (quod similiter in ηὐδοκίμει mutatum voluit) atque alibi apud Nostrum diphthongus εὐ maneat immutabilis, praestat abstinere manum. Habuimus idem supra Alex. c. 32. (22.) Amor. c. 33. pro Smag. c. 19. f. atque alibi. REITZ. Non *Reitzium*, sed *Sanum*, in hac caussa audiendum esse, probasse mihi videor Tom. II. p. 456. LENM.

Ead. l. 5. Ἀρίστιππος) Genere Cyrenaicus, maxime voluptarius fuit, canis regius a Diogene nominatus, quod assentaretur Dionysio. Ad hunc Stratonem, vel, ut alii Platonem, dixisse tradunt, Tibi soli et chlamydem, et vestem rejiculam ferre datum est. Leg. *Diog. Laërt.* L. 2. *Horat.* Ep. L. I. COON.

Ead. l. 10. Αὐτὸς εὐδοκιμεῖ) Hic τὸ μάλιστα desiderari videtur. GUYET. Quod *Guyet.* scribit εὐδοκιμεῖ, nescio negligentiaene, an diligentiae adscribam, quod praes. temp. credideret, quia augment. abest; an verò alicubi sic legerit. Sed hoc minoris momenti, vid. quae paullo ante dixi. Pluris est, quod μάλιστα omissum sit. Sed satis intelligi posse arbitror, quia μᾶλλον omittitur creberrime, ut non semel vidimus. V. Quom. Histor. cap. 17. f. et Gall. 18. etc. Nihil tamen definio. REITZ.

Ead. l. 14. Πλάτων) Vid. *Plat.* Dion. 285. — (Sed suspectum mihi illud ὑμῶν.) Ter in Siciliam navigasse tradit *Diog. Laërt.* III. p. 74. C. et prima quidem vice venundatum. Mirum autem est, de Xenophonte nihil hic additum, qui et ipse Parasiticae, et Parasitis credo, operam dedisse insimulatus est. Vid. *Athen.* 427. F. SOLAN.

Pag. 122. l. 1. Δευτέρῳ στόλῳ) In priore venierat. Vid. *Diog. Laërt.* p. 147. C. SOLAN.

Ead. l. 6. Ἀριστόξενος) Musicus dictus fuit a patre, musicae praecipuo magistro, auctore *Suid. Steph.* de Urbibus, in dictione *Tarentum*, scribit hunc fuisse patria Tarentinum. De hoc *Cic.* et *Gell.*. COON. Ἀριστόξενος δὲ ὁ μουσικὸς πολλοῦ λόγου ἄξιος καὶ αὐτός γε παράσιτος Νηλέως ἦν) Quis fuerit ille Neleus, qui parasitum habuit Aristoxenum, discimus ex *Strabone*, L. XIII. ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεὺς ἀνὴρ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου — πρῶτος ὧν ἴσμεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Non est mirum, si παράσιτον habuerit Aristoxenum, nam viri divitis fuit bibliothecam adunare, (an *adornare?*) et Aristoxenus eandem cum Neleo philosophiae sectam profitebatur. Aristotelis enim fuerat etiam auditor. De eo sic *Suidas*: Ἀριστόξενος υἱὸς Μνησίου τοῦ καὶ Σπινθάρου μουσικοῦ, ἀπὸ Τάραντος τῆς Ἰταλίας, διατρίψας δὲ ἐν

Μαντινείᾳ φιλόσοφος γέγονε, καὶ μουσικῇ ἐπιθέμενος οὐκ ἠστόχησε ἀκουστὴς τοῦ τε πατρὸς, καὶ Λάμπρου τοῦ Ἐρυθραίου, εἶτα Ξενοφίλου τοῦ Πυθαγορείου, καὶ τέλος Ἀριστοτέλους. Multa deinde de eo subjungit, quae videbis; et tandem addit, *συνετάξατο δὲ μουσικά τε καὶ φιλόσοφα.* Ex his patet, eundem esse, de quo hic *Lucianus.* PALM. *Ἀριστόξενος — μουσικὸς*) Quamvis Musicus audiat, Philosophus hic fuit; sed ob libros de Musica scriptos id nomen adeptus est. Scripserat etiam Platonis Vitam. Vid. *D. Laërt.* 122. D. qui saepe eum historiae caussa laudat, Spintharique filium in Vit. Socratis vocat, et seq. *Palmer.* notam vid. et eundem *D. Laërt.* 293. F. *A. Gell.* IV, 2. Dionysio II. aequalis fuit, *Jambl.* No. 234. SOLAN.

Ead. l. 7. *Νηλέως*) De hoc *Athen.* L. I. (p. 3. A.) COGN.

Ead. l. 8. *Εὐριπίδης — παρεσίτει*) Hoc abunde *Suid. et Gell.* L. XV. COGN. Huc adduci Euripidem nulli mirum videbitur, cui viri et vita et studium perspecta sint. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ἀνάξαρχος*) Legendus *Laërtius.* COGN.

Ead. l. 11. *Φιλοσόφους μὲν οὖν, ὥςπερ ἦν. παρασ. σπουδ.*) Fortean *φιλοσόφους μὲν οὖν, ὥςπερ ἦν, ὑποσχὼν, παρασ. σπ.* Nisi accipi *Lucianus* voluit, *ὥςπερ ἦν, ut erat,* pro, *ut est,* sive *ὥςπερ ἐστὶν,* sive, *ut res se habet.* MARCH. Tentat hic aliquid *Marcilius* p. 255. Ed. *Amst.* Sed, ut et ipse postea innuit, id vult Parasitus: *Ostendi ergo, Philosophos, ut plane se res habuit, parasiticae operam dedisse.* Quasi dicat: id quod de Philosophis commemoravi, Aristippo, Platone, Aristoxeno, quorum alii aliorum potentiorum mensas frequentarunt, vere fuit *παρασιτεῖν* idque ita esse, demonstravi. JENS.

Ibid. *Ὥςπερ ἦν*) I. e. *ἔφην.* Cui ignota illa Platonica *ἦν δ' ἐγὼ, ἢ δ' ὅς*; Possis etiam *ὥςπερ ἦν* interpretari, *quantum licuit, quantum poterant,* ut indicetur, non pari successu parasitatos esse Philosophos, sed pro suo quemque ingenio et facultate. GESN. Utramque explicationem contorsit h. l. *Gesnerus,* qui vertit: *ut dicebam.* Unice recte de formula satis nota cogitavit *Jensius;* quem secutus correxi interpretationem Latinam. LEHM.

Ibid. Παρασιτία) *Fr.* et *Par. παρασιτίᾳ. Ven.* 2. *περὶ σιτία.* Suspicor scriptum fuisse *παρασιτιᾶν*, vel *παρασιτεῖν*, ut cap. 31. ubi etiam cum *σπουδάζω* conjunctum vides; ut opponatur *τῷ φιλοσοφεῖν ἐθελήσαντα,* quod mox sequitur. SOLAN. *Παρασιτίᾳ*) Haud adeo leve est animadvertisse, hoccine cum puncto subscripto sit legendum, necne? Nam si qui studio id omisere, possent credi *παρασίτια*, neutr. plur. dare voluisse, (si modo inveniatur adjective) nam *σπουδάζω* etiam accus. jun-

gitur. Sed in hac varietate praetuli id, quod planum et usitatum est. Reitz.

Pag. 123. l. 9. *Μάλιστα χρησιμώτατοι*) Superlativus duplex. Articulum addit *Aelian.* XIII, 2. pr. *ἀνοσιώτατος δὲ ἀνθρώπων τὰ μάλιστα.* Reitz.

Ead. l. 18. *Περιορᾶν ἔξω*) Subaudi *τῆς πόλεως.* Guyet.

Pag. 124. l. 10. *Μὴ γελοῖον*) Subaudi *τὸ ὅρα*, aut simile quid, *ὅρα μὴ γελοῖον ἢ λέγειν* videtur. Guyet. Si cum *Salm.* interrogandi signum addas, quod feci, *μὴ* interrogativum non desiderabit eam ellipsin, quae in prohibendi formulis *ὅπως μὴ*, locum habet. At jubet *μὴ* acui *Budaeus*, quando interrogantis est. Verum non observatur hoc in *Luciani* aliorumve auctorum Edd. Ita in Ep. *Pauli ad Rom.* IX, 14. scribitur *μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ;* interrogative. *Aristoph.* Plut. *μὴ τ' ἀγαθά; Aelian.* XII, 22. f. *μὴ τοῦτον Ἡρακλῆν ἡμῖν ἕτερον ἔσπειρας;* at indicativum amat, quando simpliciter interrogat. Ideoque cum *Guyeto* elliptice exponere poterit, cui libuerit; sensu tamen eodem redeunte. Reitz. Ad libidinem haec referri minime debent: neque enim sensus eodem redit. *Μὴ γελοῖόν ἐστι;* foret: *ridiculumne est?* es ist doch wohl nicht lächerlich? Contrariam sententiam profert: *μὴ γελοῖον ἦ; Nonne ridiculum sit?* es sollte nicht lächerlich seyn? Vides alteri interrogationi inesse negationem, alteri affirmationem. In sequentibus verba, *τινὸς δεομένους ἀναλήψεως* reddiderat *Gesnerus: re quadam indigentes;* nescio qua vi et qua de caussa. Correxi itaque, monente etiam *Belino.* Ceterum *Schmiederus* hunc locum sibi suspectum esse profitetur. Lehm.

Ead. l. 14. *Οὐδὲ λευκὸς* (*τὸ μὲν γὰρ γυναικὶ*) Vide *Is. Casaubonum* ad haec verba *Theocriti* Idyll. 16. *ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω.* Bourd.

Ead. l. 15. *Ὁποῖον ἡμεῖς*) Sic *Ter.* Eun. II. Sc. II, 10. et seqq. *Viden' me* etc. Parodiam ex Tragico esse quae sequuntur verba existimo. Solan.

Ead. l. 19. *Ἀλλὰ τί δὴ ταῦτα εἰκάζειν, ἔχοντας αὐτῶν παραδείγματα*) Unde pendet *εἰκάζειν*; Scribe ex Ms. *ἀλλὰ τί δεῖ ταῦτα εἰκάζειν*; *sed quid opus est ista comparare?* Graev. *Δεῖ Ven.* utraque. In reliquis impr. *δὴ*, mendose. Solan.

Pag. 125. l. 3. *Εἰ δέ τις* etc.) Dicit, nullum Rhetorem aut Philosophum belli tempore sustinere in campum descendere, et extra muros prodire. *Εἰ δέ τις παρεδέξατο, φημὶ τοῦτον λείψαντα τὴν τάξιν ὑποστρέφειν, quod si quis coactus id suscepit, hunc deserta acie abscessisse dico.* Sed quid suscepit? *prodire in campum?* Sed vix Graecos sic loqui existimem. Ms. bellissime *παρετάξατο. Si quis vero in acie co-*

getur stare. *Παρατάττεσθαι* est *instrui in acie.* GRAEV. *Παρετάξατο Ven.* utraque. In reliquis *παρεδέξατο.* SOLAN.

Ead. l. 6. *ΠΑΡ. Λέγω δὲ ὅμως*) Nullus dubito, quin haec ita refingenda sint, ut exhibet margo *A. W. TYX. ὡς θαυμάσια πάντα, καὶ οὐδὲν ὑπισχνῇ μέτριον· λέγε δὲ ὅμως. ΠΑΡ. τῶν μὲν* etc. Sentiet, qui vel mediocri cum attentione perlegerit. REITZ.

Ead. l. 7. *Ἰσοκράτης*) Et alii, quos postea nominat, aetate eadem vivebant Athenis. Lege *Cic.* de clar. Orator. *Quintil.* I. I. *Plut.* in Phocion. COGN.

Ead. l. 9. *Φωνὴν*) Locus subobscurus, milique suspectus. Utut sit, *ἰσχνόφωνον* fuisse tradit *Plut.* in X Rhet. SOLAN. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

Ibid. Δημάδης) Meminit et infra Demosth. Encom. c. 15. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ὡς εἴγε τις*) Sic interpres legisse videtur: *ὥστ' εἴγέ τις.* GUYET. *Ὡς εἴγε — κατ' αὐτὰ*) *Fl. ὡς — καὶ ταῦτα.* Neutrum placet: alludere credo ad locum aliquem orationum Demosthenis, absque quo frustra sit, qui medicinam huic facere velit. SOLAN.

Ead. l. 14. *Κατ' αὐτὰ*) *κατὰ τ' αὐτά.* GUYET.

Pag. 126. l. 1. *Ἐν αὐτοῖς*) *Ἀν αὐτοῖς.* GUYET.

Ead. l. 2. *Ἀνδρειότεροι*) Sic recte scribunt *Ven. 2. Salm.* et *Amst.* Reliquae *ἀνδριότεροι.* SOLAN.

Ead. l. 8. *Κορυφαῖος*) Demosthenes. GUYET.

Ead. l. 10. *Φίλιππος*) *Hartung.* 663. Sed apud *Dem.* p. m. 70, B. est *ὄλεθρος Μακεδών.* SOLAN. Corrigendum non censeo Lucianum. Sive enim ad *Demosthenis* locum respicias, paullo liberius verba ex memoria pronunciari cogita, qui mos est nostro solennis, et hoc quoque loco in ceteris verbis conspicitur: sive linguae rationes spectes, non video, quid necesse sit *τὸν Μακεδόνων ὄλεθρον* cum *Belino* interpretari *Macedonum pestem*, quum aeque facile intelligi possit *sceleratissimus Macedonum.* *Ὅθεν* male olim redditum, *a quo*, jam a *Guyeto* video recte explicatum. LEHM.

Ibid. Ὅθεν) E Macedonia scil. CUYET.

Ead. l. 13. *Ῥίψας τὴν ἀσπίδα*) Demosthenes clypeo suo litteris aureis inscripserat, *ἀγαθῇ τύχῃ*· attamen cum ad pugnam ventum esset, abjecto clypeo aufugit, quod cum illi probro daretur, elusit hoc versiculo: *Ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.* Cetera hujus Dialogi desumta ex Iliad. et Odyss. COGN. Ipse *Demosthenes* docet, sibi *λειποταξίου γραφὴν* ab inimicis impactam; p. m. 378. et ibid. passim. SOLAN.

Pag. 127. l. 1. *Θρᾴξί*) De Philippo an Demosthene di-

catur hoc *κάθαρμα*, dubium videri potest: de Demosthene dictum cur statuam, ex *Plutarchi* loco disces, quem ad Somn. c. 7. descripsi. Videbis ei ab Aeschine objectum, quod ex Barbara natus esset. SOLAN.

Ibid. Καὶ Σκύθαις, ὅθεν ἐκεῖνο τὸ κάθαρμα ἦν) An oriundus e Thracia aut Scythia? Sed teste *Suida Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἦν Παιανιεύς*. Idem *Suidas* mentionem facit Demosthenis Thracis Grammatici. An utrumque confudit *Lucianus*, seu potius parasitus? GUYET.

Ead. l. 8. *Καταῤῥίπτοντες τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα*) Sic apud *Diog. Laërt.* in Stilpo. BOUHD. Conf. Gall. cap. 11. Similem phrasin vid. apud *Diog. Laërt.* Stilpone. SOLAN.

Ead. l. 14. *Πλάτων*) Reliqui an viderint, nescio, certe Platonem tradunt ter militasse. Vide *Diogen. Laërt.* III. pag. 72. A. SOLAN.

Ibid. Αἰσχίνης) Conf. supra Imag. c. 17. SOLAN.

Ead. l. 15. *Ὅμιλος*) Sic supra Asin. c. 37. *αὐλητὴς ὅμιλος*. SOLAN.

Ead. l. 16. *Μόνος δὲ τολμήσας*) Locus classicus de militia Socratis in *Platonis* Apol. p. m. 363. F. *ὅτε μέν με οἱ ἄρχοντες ἔταττον, οὓς ὑμεῖς εἵλεσθε ἄρχειν μου, καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ, καὶ ἐν Ἀμφιπόλει, καὶ ἐπὶ Δηλίῳ, τότε μὲν οὗ ἐκεῖνοι ἔτατιον, ἔμεινον ὥςπερ καὶ ἄλλος τις, ἐκινδύνευον ἀποθανεῖν κ. τ. λ.* Sed hanc militiam non minus, quam Lucianus, deridet et mendacii Platonem accusat, *Athenaeus* V, 15. praeclare ille quidem refutatus a *Casaubono*; add. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. 3, 17. Etiam *Plutarchus* in Alcib. p. 355. H. Steph. sine ulla dubitatione fortitudinem illius, et servatum in proelio Alcibiadem, translatumque in eundem praemium, commemorat. Add. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* 2, 22. seq. Aut historica fides nulla est, aut vir fortis in bello etiam fuit Socrates. GESN.

Ead. l. 16. *Ἐν τῇ πόλει*) Legendum omnino videtur, *εἰς τὴν Ἀμφίπολιν*. Vide *Suidam. Τὸ μάχην* glossema est. GUYET. Mirum est, neque interpretem, neque commentatorem, hunc locum emendasse: at mendum est, et manifestum; emendatio vero in proclivi. Quid enim est *τὴν ἐν τῇ πόλει μάχην*; Quaenam fuit ea pugna in urbe facta, in qua Socratis affuit? et quis Deorum Parnethen montem a Boeotiae finibus in Athenas ipsas transportaverat? Lege, lege meo periculo, *τὴν ἐπὶ Δηλίῳ μάχην*. Ea fuit, in qua Socrates *ἠρίστευσε*. Sed mira est hoc loco interpretis confidentia simul et ignorantia, qui de suo addidit, *adversus Lacedaemonios*. At ea pugna contra Boeotos facta fuit, et quod dicit inferius, *ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ*. ad eam pugnam non debet referri. Plures de ea pugna, et

Socratis in ea strenuitate loquuti sunt: sufficiet ad emendationis nostrae confirmationem *Plutarch.* in Alcib. *ἔτι δὲ τῆς ἐπὶ Δηλίῳ μάχης γενομένης, καὶ φευγόντων Ἀθηναίων, ἔχων ἵππον ὁ Ἀλκιβιάδης, τοῦ δὲ Σωκράτους πεζῇ μετ' ὀλίγων ἀποχωροῦντος οὐ προήλασεν ἰδών* etc. Vide et *Laërtium* in Socrate. Ceterum ex hoc loco, credo, *Ortelius* in suo Lexico imaginatus est urbem in Attica vel pagum, nomine *Ταυρέου Παλαίστρα*. Fuit enim in ipsa urbe Athenis is locus, et ipse Taureas is fuit, cui Alcibiades colaphum inflixit, de choragio contra eum immodestius contendenti, ut ait idem *Plutarchus* in Alcibiade. Palaestrae erant loca in urbibus, ubi juvenes exercebantur sub quodam exercitationum magistro. Sic apud *Theocr.* Idyll. 2. Simaetha Delphin Myndium suum amasium arcessit e palaestra Timageti — *ἀλλὰ μολοῖσα Τήρησον ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν. Τηνεὶ γὰρ φοιτῇ, τηνεὶ δὲ οἱ ἀδὺ καθῆσθαι.* PALM. Vid. *Xenoph.* p. 253, 32. et *Thucyd.* IV, 101. Expeditiones Socratis memorantur tres. 1) *Amphipolitana*, anno tertio Ol. LXXXIX. 2) *Potidaeensis*, de qua *Plato* et *Plut.* diserte: *ἰσχυρᾶς δὲ γενομένης μάχης, ἠριστήθευσαν ἀμφότεροι.* Alcibiades scilicet et Socrates. 3) *Apud Delium*, de qua *Tullius* de Divin. I. Trium harum diserte meminit in Apol. apud *Platonem* Ed. *Bas.* p. 11. f. *Athenaeus* tamen V. 15. negat unquam a Socrate pugnatum. Sed vide tu *Casauboni* Animadversiones, in quibus *Athenaei* judicium hac in parte luculenter refellitur. SOLAN. *Menagius* ad *Laërtii* l. c. ipse quoque corruptum ait h. l. et legi vult, *τὴν Ἀμφιπόλεως* (forte commodius *τ. ἐν Ἀμφιπόλει*) *μάχην*. Et sane favet ei Spartani militis mentio, quam cum hac fuga connectit *Lucianus*. Ad Delium vero non contra Spartanos, sed contra Thebanos pugnatum, constat. Similis ratio poterat etiam impellere aliquem, ut pro *ἐν τῇ πόλει* suspicetur legendum *ἐν τῇ Ποτιδαίᾳ*, ubi etiam cum Lacedaemoniis res fuit. Quin erat, cum servari suam libris, in quantum mihi constat, omnibus lectionem cuperem, et respici putarem ad fortissimum unum Socratis factum, cujus nescio quomodo laudati modo illius patroni mentionem omisere, relatum a *Diodoro Siculo* lib. XIV. p. 497. C. cum solus cum duobus familiaribus accurrit, ad eripiendum triginta Tyrannis Theramenem. Conveniebant verba *ἐν τῇ πόλει*· res gerenda erat contra praesidium Spartanorum: intelligi poterat fuga in Taureae palaestram. Sed rebellis est Parnes, quem montem intra Athenas conspici potuisse, apparet ex Aristoph. *Νεφ.* 522. et his, quae copiose *Meurs.* Rel. Attic. c. 9. Sed XII millibus passuum ab urbe remotum fuisse medio inter hanc et Thebas spatio, ostendit

Wasse in Addend. ad *Thucyd.* IV, 97. Sed idem quoque Parnes extra dubitationem fere collocat *Palmerianam* emendationem. Nam discrte *Thucydides* l. c. et *Plutarchus* de Daemon. Socr. p. m. 1032. pr. cum illa ad Delium contra Thebanos pugna fugae *παρὰ τὴν Πάρνηθα* mentionem conjungunt. Sed quid faciamus palaestrae Taureae? Ponamus illam in via e Parnethe Athenas ducente. Quid *ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ*; viderit Parasitus, h. e. Lucianus, qui cogitasse potuit duas alias pugnas, quibus interfuit Socrates. GESN.

Pag. 128. l. 1. *Ταυρέου παλαίστραν*) De qua vid. *Plat.* in Charmide statim ab initio 235. C. SOLAN. Ibique *Heindorf.* Mihi quidem non liquet, quatenus vel fides historica ab ipso Parasito sit laesa, vel librarii, maxime in verbis *τὴν ἐν τῇ πόλει μάχην* describendis, ab auctoris manu declinaverint. Quare in re tam dubia malui textum ad librorum fidem exactum reddere, quam comihittere aleae. LEHM.

Ead. l. 2. *Πολὺ γὰρ αὐτῷ* etc.) De Socrate, cum ex proelio in palaestram aufugisset, *πολὺ γὰρ αὐτῷ ἀστειότερον ἐδόκει μετὰ μειρακυλλίων καθεζόμενον ὡραΐζειν, καὶ σοφίσματα προβάλλειν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι.* Quae sic verterunt: *Ipsi multo urbanius videbatur, cum adolescentulis sedendo se ornare, et secum versantibus captiunculas proponere, quam cum Spartano viro pugnare.* Verum quis unquam audivit, Socratem se ornasse, aut pueros ornari in palaestra, ubi nudi corpus exercebant? Vide sequentem dialogum de gymnasiis, ubi se non ornasse in iis, sed pulvere commaculasse dicuntur. Adde *ὡραΐζειν* non significare *se ornare*, ut volunt interpretes. Omnia sunt absurdissima. Cogitabam olim pro *ὡραΐζειν* legere *παίζειν*, *ludere cum pueris*, nam sic et alibi locutus est. Sed postea in Ms. deprehendi veram scripturam, in quo legitur *ἀορίζειν*· sed scribendum *ὀαρίζειν*, *garrire.* Est in hoc verbo aculeata figura, qua Socrati exprobrat oblique *παιδεραστίαν.* Nam *ὀαρίζειν* proprie dicitur de colloquio amatorio. *Homerus* Iliad. Z, *εὖτ' ἄρ' ἔμελλε Στρέψεσθ' ἐκ χώρης ὅθι ἢ ὀάριζε γυναικί· quando jam erat Digressurus e loco, ubi cum sua colloquebatur uxore.* Et Iliad. X. *Τῷ ὀαριζέμεναι ἄτε παρθένος ἠΐθεός τε. Παρθένος ἠΐθεος τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοισιν. Cum hoc confabulari, ceu virgo adolescensque. Virgo et adolescens confabulantur inter se.* Hiuc *ὀαριστὺς* est blandus mulierum sermo, quibus capiunt animos virorum. Idem poëta de cestu Veneris: *Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς Πάρφασις· Ibi est quidem amor, inest desiderium, insunt blanditiae Illicientes.* Recte enim antiquus interpres *ὀαριστὺς πάρφασις* conjungit, et Etymologicum ma-

gnum exponit *ὁμιλία παρασκευαστική*, colloquium, quod praeparat, hoc est, animum ad amandum et consuescendum incitat. Idem: *ὅαροι αἱ γυναῖκες, αἱ γαμεταὶ, οἱονεὶ ὁμοαροί τινες οὖσαι, παρὰ τὸ ὁμοῦ ἀρηρέναι γάμῳ καὶ συνηρμόσθαι. ἐξ αὐτοῦ δὲ ὁαρίζειν λέγεται, τὸ τοὺς ἄνδρας γυναιξὶν ὁμιλεῖν.* Vide sequentia. Significat Lucianus, Socratem in palaestra non de virtute disputasse cum ephebis, sed colloquia habuisse plena amoris, ac blanditiarum. GRAEV.

Ead. l. 3. *Ὡραΐζειν*) *Faire le beau.* GUYET. Parum abest, quin recipiam emendationem *Graevii.* Sed quia non satis certum, quid *Lucianus* reliquerit, abstinui; licet vulgata lectio minus placeat, prae illa: adscripserat etiam *ὁαρίζειν Gesnerus.* Et in versione eo adlusit. REITZ. Non video prorsus, quid relinquatur dubitationis, quin unice vera sit *Graevii* conjectura. Cf. Alexandri oraculum supra Tom. V. p. 110. cap. 54. *Νυκτιπλάνοις ὁάροις χαίρει, κοίταις τε δυςάγνοις.* LEHM.

Ead. l. 4. *Ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ*) Suspectum. Forte *ἀνδρὶ σπαρτῷ*. Thebani enim et Boeotii dicebantur *σπαρτοὶ*, i. e. *sati.* Fabula nota. Vid. Nostrum Philops. c. 3. KUSTER. Adde *Eur. Ἰκ.* (pag. 330. A. 344. AB.) et *Ἡρ. μ.* (pag. 719. A.) et Nostr. De Salt. c. 41. Sed nihil muto. SOLAN.

Ead. l. 7. *Ὥςτε οὐδέν τι* etc.) I. e. vera dicis, non calumniaris. GUYET. Apparet quidem, haesisse in hoc loco *Benedictum*, dum quae nimia attulit *Obsopoeus*, amputare conatur; sed dum expedire se ab ejus interpretatione penitus nequivit, nihilo magis lectorem adjuvit, quam fecerat prior, qui sic interpretatur, *quibus per Jovem nequaquam voluntas erat haec illis illudendi gratia exprobrare, sicut tibi. Itaque parum gratiae arti tuae conciliare videris, tantos viros falsis contumeliis afficiendo.* Ex his omittens *Benedictus* illa *sicut tibi*, sequentia reddidit: *itaque parum gratiae arti tuae conciliare videris contra viros hosce mentiendo.* At quaeso quid est, quod in illis hic parasitus mentitur? Utique in praecedenti periodo testatur, se haec eadem audivisse ab viris bonis et fide dignis, nec ob ullam causam suspectis mendacii in istis hominibus. Hinc certe et in nostra periodo assentitur parasito, contra quam interpretes volunt. Nam manifeste Graecae voces hunc sensum efficiunt, *ut adeo nihil mihi videaris, gratificans tuae arti, in illis viris mentiri.* GRON.

Ead. l. 10. *Καὶ λέγε*) Nihil varietatis invenio; mallem tamen hoc loco *καὶ* ejicere cum *Gesnero*, qui in marg. notarat hoc forsan delendum. Nam nexus *φέρε καὶ σὺ λέγε* melior est, quam *φέρε καὶ σὺ καὶ λέγε.* Etsi de *καὶ* abundante jam ad nauseam commentati sumus antea. REITZ.

Ead. l. 12. *Οὐδεὶς ἀνήκοος Ὁμήρου*) *Οὐδεὶς μὴ ἀνήκοος Ὁμ.* Marcil. *Marcilius* hoc loco legit, *οὐδεὶς μὴ ἀνήκοος Ὁμήρου*. At id admittendum negant sequentia. Sensus est simplex: *Atqui, o amice, nemini, etsi vel maxime sit indoctus, usque adeo inauditus est Homerus, qui nesciat, Heroum etiam praestantissimos apud eum esse parasitos.* Jens. Mallem *ἀνηκοώς*. Solan. Minime probo *Marcilii* commaculationem, quae forsan hinc orta, quod crederet, duas negationes et hic negare, ideoque tertiam addendam. Sed non negant duae negationes, quando *μὴ* vel *οὐ* praemittitur adjectivo cum *α* privativo; nam *οὐκ ἀνάξιος* Graecis aeque est *non indignus*, i. e. *dignus*, ac Latinis *Ael.* V. H. IV, 18. *Συρακούσιον ἄνδρα χαρίεντα, καὶ τῶν Ὁμήρου μὴ ἀπαίδευτον*. Et *οὐκ ἀπαίδευτος ἰατρικῆς*, I, 7. pr. Ac passim apud quosvis, ita ut plura addere pudeat. Reitz. Cf. Varr. Lectt. Non puto necessario corrigendum esse, quum eadem vocis *οὕτως* ellipsis h. l. statui possit, quae satis frequens est ante *ὥςτε*, de qua etiam in *Bosiano* libro agitur Ed. Schäf. p. 777. sq. licet nec plene, nec satis accurate. Lehm.

Pag. 129. l. 1. *Νέστωρ*) *Hom.* Il. A, 249. Solan.

Ead. l. 3. *Ὅςπερ ἐδόκει*) *Ὥςπερ ἐδόκει.* Marcil. *Solanus* contra, cum *ὥςπερ* legeretur in *J.* id in *ὅςπερ* mutavit, cui adsentior, etsi et alterum tolerabile: sed quia in *ὅςπερ* optimae Edd. consentiunt, eo facilius id praetuli. Aliud est paullo post, *θαυμάζει ὥςπερ τὸν Νέστορα*. Reitz.

Ead. l. 6. *Δέκα Αἴαντας*) *Hom.* Il. B, 371. Solan.

Ead. l. 9. *Ἰδομενέα — παράσιτον*) *Hom.* Il. *Δ*, 256. Solan.

Ibid. *Ἔγγονον*) Quamvis consensiant libri, et apud alios ita etiam scriptum saepissime reperiatur, legendum apud omnes *ἔκγονον* videtur. Solan. Non filius Jovis, sed nepos, vel potius pronepos, fuisse traditur Idomeneus. Vid. *Homer.* Odyss. XIX, 181. et *Hygin.* f. 97. qui Deucalionis Cretensis filium narrant. Quamquam mox c. 47. *Lucianus* ipse Jovis *filium* facit Idomeneum, vel errans ibi, vel latiore sensu vocem *υἱὸς* accipiens. Sic certe secundum vulgare Grammaticorum praeceptum h. l. magis convenit *ἔγγονος*, qui est e posteris, quam *ἔκγονος*, filius. Quamquam facile largior *Solano*, crebram horum vocabulorum, et crebriorem etiam, quam forsan suspiceris, per libros veterum exstitisse permutationem; ut *Eurip.* Hecub. v. 941. Pors. Lehm.

Pag. 130. l. 1. *Πλεῖον*) Ex *Homero* Il. *Δ*, 262. reposuimus pro *πλέον*. Solan. *Πλεῖον*) Verum est, in *Homero* l. d. *πλεῖον* legi, ut versus mere spondaicus, *Homero* rarior, ibi postulat, ait enim: *Δαιτρὸν πίνωσιν, σὺν δὲ πλεῖον δίνας αἰεί.* Sed quia

in hemistichio, quod *Lucianus* profert, *σὺν δὲ πλέον* etiam versum, et magis fluentem facit, nihil mutavi; quia vel dedita opera sic potest scripsisse, vel memoriter. At cum *Homeri* adfectata spondeorum dimensio studio etiam a poëta quaesita videri potest, ad lentam admirantis et rem magnam parantis pronuntiationem exhibendam, legere jam *πλεῖον* et hic poterit, cui id videtur tanti. Reitz. Nihili est haec tota disputatio. Graecae aures sonis Homericis adsuetae vix tulerint hanc justa ratione carentem numeri mutationem. Legendum haud dubie *πλεῖον*. *Πλέον* ex sequente prosa huc delatum. Lehm.

Ead. l. 5. *Δι᾽ ὅλου*) Ita *V.* 2. et *Par.* scribunt, recte. In reliquis conjunctim scribitur *διόλου*, absurde. Solan.

Ead. l. 9. *Εἰς Ἀγαμέμνονα*) *Homer.* Il. H, 312. Solan.

Ibid. *Ἄγον*) Sic apud *Homerum* et in Ed. *Fl.* legitur: reliqua Lucianea sunt. Solan.

Ead. l. 11. *Ὡς αὐτός φησι*) Ubi hoc dicat *Homerus*, nescio; certe Il. B, 405. vocat ad coenam Nestora et Idomeneum in primis. Sed ex verbis ipsis Agamemnonis ab eo supra allatis (Iliad. *Δ*, 262.) id elicit. Ast ex quibus eliciat, Nestora etiam semper adfuisse Agamemnonis mensae, nescio. Solan. Junctum utrumque *Homeri* locum in suum usum torquet Parasitus. Lehm.

Ead. l. 14. *Ἐπὶ Καινέως*) Locus *Homeri*, unde hoc conjiciat, est Iliad. A, 264. Solan.

Pag. 131. l. 10. *Ἕκτορα*) *Hom.* Il. *Π*, 278. Solan.

Ead. l. 11. *Πρωτεσιλάου*) Iliad. *Π*, 293. Solan.

Ead. l. 15. *Σαρπηδόνα*) Iliad. *Π*, 480. De sequentibus vid. etiam ead. Il. *Π*, 788. et 819. Solan.

Pag. 132. l. 2. *Θεὸς καὶ δύο ἄνθρωποι*) Apollo, Hector, et ejus auriga, seu armiger. Guyet.

Ead. l. 2. *Καὶ τελευτῶν* etc.) *Καὶ τελευτῶν δὲ* (*Πάτροκλος*) *φωνὰς ἀφῆκεν, οὐχ οἵας ὁ γενναιότατος Ἕκτωρ, προσπίπτων τὸν Ἀχιλλέα — ἀλλ᾽ οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι παράσιτον. ΤΥΧ. Τίνας δὴ ταύτας; ΠΑΡ. Τοιοῦτοι δ᾽ εἶπέρ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν* etc. Sic puto hunc locum legendum, intextis personis, quae perperam exciderant. Ait Parasitus, Patroclum morientem non istiusmodi supplicem ad interfectores suos misisse vocem, qualem Hector, suppliciter orans Achillem, ut corpus suum cognatis traderetur; at misisse eam vocem, quae Parasito fuerit digna. Rogat Tychiades, quae demum ea vox fuerit? Respondet Parasitus id, quod ab eo moribundo prolatum fuisse, refert Homerus. Jens.

Ead. l. 3. *Ἕκτωρ προσπίπτων*) *Hom.* Il. X, 337. Solan. In *Homero* est *λίσσομαι*, non *προσπίπτων*. Sed an et *προσπίπτω* cum accusativo construitur? An verborum ordo est mu-

tandus? legendumque, *Ἕκτωρ προςπίπτων καὶ ἱκετεύων τὸν Ἀχιλλέα;* nam *προςπίπτειν τινὶ* cum dativo usitate dici, est notissimum. Non est quidquam immutandum, cum et *Eurip.* cum accusat. construat fere semper, ut Hecub. 339. *Πρόςπιπτε δ' οἰκτρῶς τοῦ δ' Ὀδυσσέως γόνυ.* Ibid. 737. — *πότερα προςπέσω γόνυ;* deinde Androm. v. 537. *Τί με προςπίπτεις, ἀλίαν πέτραν, Ἢ κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετεύων.* Sic et *προςπιτνοῦσ' ἐμὸν γόνυ* idem Suppl. v. 10. eadem ratione, i. e. ellipsi *τοῦ πρός.* Nam ibid. v. 43. *πρὸς γόνου πίπτουσα τὸ σόν.* Unum ex Andromache ejusdem locum protulit, non commonstravit, *Scapula,* quod tamen mirere, quia *Stephanus,* quem exscripsit, de hoc casu nihil. REITZ.

Ead. l. 7. *Τοιοῦτοι δ' εἶπερ*) *Hom.* Il. *Π,* 847. SOLAN.

Ead. l. 8. *Ἂν*) Ex *Homero* restitui. Nam antea legebatur *κ' αὐτόθ'.* SOLAN. Imo vero in *Homero ἂν* mutandum erat in *κ',* quod etiam recentiore aevo factum. Ceterum in *Bas.* 1. et 3. scriptum inveni *κἀυτόθι,* jota perperam subscripto. LEHM.

Ead. l. 16. *Μὴ ἐμὰ*) Iliad. *Ψ,* 83. SOLAN.

Ibid. Τιθήμεναι) Ex *Homero* restituit hanc vocem *Benedictus* in *Salm.* In omnibus antea prave scriptum *τιθέμεναι.* Socrates apud *Xenophontem* Achilles *amicum* fuisse probat, non *amasium;* qua de re ad *Ἐρ.* c. 32. B. SOLAN. *Xenophontis* locus est Sympos. VIII, 31. sed in sequentibus quem dicat *Solanus,* quamve ipsius notam, non video. Nam ille *Luciani* locus, quem habes Amorum c. 54. quique potissimum cum hoc nostro conferendus est, vix poterat nunc *Solano* obversari; praesertim quum illic nihil ipse de hac re monuisse deprehendatur. LEHM.

Pag. 133. l. 3. *Καὶ νῦν*) Quid hoc sit, nescio. *Homer.* l. c. v. 89. *ἔνθα.* SOLAN.

Ead. l. 9. *Μηριόνην τοῦ Ἰδομ.*) Il. N, 246, 295. SOLAN.

Ead. l. 11. *Τὸν μὲν Ἰδομ.*) Haud facile dixeris, quem locum respiciat. In catalogo 152. — 8. Idomeneus *δουρικλυτὸς* tantum audit, Meriones autem *ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ* v. 158. Sed non *θεράπων* illic, adeoque a verbis parasiti nimium recedunt. Il. N, 246. *θεράπων* audit; et 295. *θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,* et mox cum addit, *Οἷος δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πόλεμόνδε μέτεισι, τῷ δὲ Φόβος φίλος υἱὸς ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς ἕσπετο — τοῖοι Μηριόνης τε καὶ Ἰδομενεὺς ἀγοὶ ἀνδρῶν Ἧϊσαν ἐς πόλεμον.* Merionem videtur Martem facere, Idomeneum Phobum; illic enim saepius Marti assimilatur Meriones, Idomeneus eo quidem in loco nusquam; (328.) donec cum Aenea manum conserens (v. 500.) *ἀτάλαντοι Ἄρηϊ* dicuntur et ipse et Aeneas. Saepius autem hoc elogio ab *Homero*

ornatur Meriones, quam Idomeneus, quod ansam huic scurrae dedit. SOLAN.

Ead. l. 13. Ἀριστογείτων) Atqui apud *Thucydidem* meritorius est Harmodius, non Aristogiton. VI, 54. Praeterea pauperem facit et plebejum contra *Thucydidis* mentem, qui de eo ita loquitur: γενομένου δὲ Ἁρμοδίου ὥρᾳ ἡλικίας λαμπροῦ, Ἀριστογείτων ἀνὴρ τῶν ἀστῶν μέσος πολίτης ἐραστὴς ὢν εἶχεν αὐτόν. In reliqua historia sequitur *Lucianus* receptam de iis opinionem. Quod *Thucydides* autem de statuis reticet, minus mirabuntur, qui meminerint, ex Pisistrato ortum; quam causam recte assignat eius Scholiastes ad I, 20. Nobiles autem erant statuae. Rogante quodam, quodnam esset optimum aes? Ego, inquit Antipho, Atheniense optimum judico, ex quo Harmodii et Aristogitonis statuae conflatae sunt, apud *Philostr.* 900. SOLAN.

Ead. l. 14. Ὡςπερ Θουκυδίδης φησὶ) Cum *Hemsterh.* orae adleverit *Thucyd.* VI. p. 411. v. 98. ibique *Dukerum* adiri posse commonuerit, pauca ex eo addere volui; sed omiserunt operae. REITZ. Vid. ergo *Thucyd.* Vol. IV. Ed. Bip. pag. Annot. 401. ad verba μέσος πολίτης. BIP.

Pag. 134. l. 5. Ἀφείλετο) Propter phraseos raritatem addidit Noster, lectionem hanc esse constantem; nam cum proprie *abripere aliquem* significet, et privationi bonorum et honorum plerumque jungatur, mirum videretur hic adjungi contrario. Sed cum velit *ereptam* civitatem e servitute, sensus erit minime incongruus. Sic *eripere ex periculo* signif. apud *Aelian.* XI, 6. ἀφείλοντο οὖν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι. REITZ.

Ibid. Ἕστηκε χαλκοῦς) Sic Lexiph. c. 11. De Gymn. c. 17. Et χρυσοῦν σε στήσαιμεν *Alciphr.* I. Epist. 30. f. Alia simil. *Hemsterh.* ad Tim. §. 51. REITZ.

Ead. l. 6. Οὐχὶ πρῶτον μὲν etc.) Οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος (Παράσιτος) ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ἐπὶ τὴν παράταξιν, καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ, ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαι φησιν ἑστιάσει, καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι. Locus hic in posteriori parte paullum contortus, et forte male transpositus. Certe verus verborum ordo est, οὐ γὰρ ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαι, καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι, φησὶν ἑστιάσει. Interpres non satis fideliter hic egit. Verte: *Nonne autem is* (Parasitus) *primum pransus exit in aciem, quemadmodum et Ulysses censet? Etenim quem in bello pugnare, et quidem primo mane pugnare oporteat, epulis, ait, excipiet.* Forte scripsit quoque Noster φησὶν ἑστιάσειν, *ait se epulis excepturum.* Verba Ulyssis, ad quae respicit Parasitus, puto haec esse in *Homeri* Il. T, 160. Ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι θοῆς ἐπὶ

νηυσὶν Ἀχαιοὺς Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστι καὶ ἀλκή. Οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα Ἀκμηνὸς σίτοιο δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι. Sed vesci jube velocibus in navibus Achivos Pane et vino: hoc enim robur est et fortitudo. Neque enim vir toto die usque ad solem occidentem Expers cibi poterit contra pugnare. Huc faciunt verba Scholiastae *Theocriti* ad I. v. 51. *οἱ μέλλοντες πολεμεῖν, πρωΐας ἔτι οὔσης, ὀλίγον τινὰ ἤσθιον ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον ἔπινον, ὡς θερμοὶ ὦσι, καὶ μὴ δειλιῶσιν, ὃ καὶ ἀκρατισμὸν ἐκάλουν. Pugnaturi, summo mane, parum panis comedebant, et meracum bibebant, quo calidi et minime meticulosi forent; quod et ἀκρατισμὸν appellarunt.* Jens.

Ead. l. 8. *Οὐ γὰρ, ἀλλ'*) Id est, *non enim hoc solum faciet, sed etiam* etc. Exempla quaerenda. Guyet. *Jensius* transponendo haec sananda putat; sed addenda tantum vocula *εἰ* post *ἑστιάσει*, unde excidit, quia eaedem literae ipsius voculae sunt simul illius verbi ultimae. Ita vero sensus erit: *Nonne ita est? Immo quem in bello pugnare ait Ulysses, eum excipiet prius epulis, etiamsi confestim a prima luce pugnare oporteat.* Periz. ad Aelian. V. H. VIII, 12. Vid. *Homer.* Iliad. T, 162. et 230. Sed perturbata hic adeo sunt omnia, ut vix aditus pateat ad emendationem. Lego tamen *κ' ἄν* pro *καὶ*. Solan. Primo illud *οὐ γὰρ ἀλλ'* solo *etenim* reddidi: ut hoc pariter et multis aliis locis recte factum ab interpretibus aliis. Nempe asseverationem quandam habet ista particularum conjunctio, quasi tu dicas, *non est aliter: sed.* Et videtur haec supplendi ratio commodior breviorque illa altera, quam scrupulosa nimis diligentia ex ipso orationis contexto eruere docet *Devarius.* Deinde non puto opus esse illa, quam suadebat vir doctus, verborum transpositione, sed ut immutato tantum apice, pro *καὶ εὐθὺς* legamus *κἂν εὐθύς*. Est quasi gradatio: quem pugnare jubet Ulysses, eum vult antea cibum capere, idque etiam si summo mane in pugnam eundum sit, ubi alias cibi tempus non est. Huc pertinet apud *Homerum πρόπαν ἦμαρ κ. τ. λ.* Gesn. Recte *Gesn.* simpliciter *etenim* significare ait. Conf. *Fab.* Ep. L. 2. f. ad Aristoph. Eccles. v. 386. Et *Jens.* ad Vit. Auct. §. 6. Reitz.

Ibid. "*Ον ἐν πολέμῳ μάχεσθαι φησιν*) Glossema videtur. Guyet. Et ego mallem abesse; tum enim minus perplexa erit oratio. Reitz.

Ead. l. 9. *Καὶ εὐθὺς*) Lego *κἂν εὐθύς*. Guyet. Idque omnino reciperem, si vel una Ed. praeiret. Et parum abfuit, quin vel iis invitis sic dedissem. Reitz. Corrigendum esse liquet.

Ergo simplicissimam ego elegi correctionem *κεἰ*, a qua non multum differt illa, quam *Perizonius* supra suadet. LEHM.

Pag. 135. l. 1. *Ὡςπερ ὁ Αἴας*) *Hom.* Il. Θ, 272. SOLAN.

Ead. l. 7. *Ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου νεκρὸν ἰδεῖν*) Aliter videntur legisse interpretes, dum reddunt *adeo ut indignum sit facinus*, aut certe intelligunt aliter. In quo dubito an audiendi sint, et non potius Lucianum intelligere debeamus, ac si dicat, adeo ut sit operae pretium, ut mereatur et dignum sit huic adjacens philosophi cadaver adspici, ob maximam inde exstituram diversitatem. GRON.

Ibid. *Ἄξιόν γε*) *Εἰρωνικῶς* dictum videtur, *κατ' ἀντίφρασιν*. GUYET.

Ead. l. 10. *Ὑπασπιστὰς*) Forsan *ὑπεράσπ—*. *Anon.* SOLAN.

Pag. 137. l. 6. *Ἐν δὲ δὴ*) Amant *δὲ* et *δὴ* etiam sic jungere *Alciphr.* et *Longus.* Vid. hunc Past. II. p. 41. illum I. Ep. 30. p. 126. et alibi. REITZ. Quorsum talis lectionis ostentatio? si ne memineris quidem, praecedente capite in. legisse: *Εἰ δὲ δὴ καὶ* etc. et sic centies alibi. LEHM.

Ead. l. 6. *Τίς ἂν καὶ*) Et *καὶ* ita post *ἂν Phalar.* Epist. 38. *ᾧ τάχα ἂν καὶ ἐπείσθην.* Ne plura ex Nostro addam. REITZ.

Ead. l. 14. *Ἐκείνῳ*) *Ἐκείνων* conjiciebat *Gesner.* Favet huic conjecturae lectio *Juntinae;* ex qua, si opus foret, illud facile conficias. Nimirum retulit *ἐκείνων* ad philosophos, quibus jam comparatum it parasitos. Verum cum *τὸν βίον παρασίτου* praemittatur, recte jam procedit, se hanc vitam esse comparaturum *ἐκείνῳ* scil. *βίῳ τῶν φιλοσόφων καὶ ῥητόρων.* Interim bene vidit *Gesnerus,* vulgatam minus recte habere; et nisi *Junt.* succurrisset, *ἐκείνων* scil. *φιλοσόφων βίον,* recipi potuisset. REITZ.

Ead. l. 16. *Οἴονται· περὶ ῥήτορας*) Erat, cum non viderentur haec sana esse. Legendum putabam, *ὧν οἱ ἄνθρωποι οἴονται περὶ αὐτοῦ. Ῥήτορας δὲ κ. τ. λ.* Sed in viam me reduxere, quae deinde sequuntur, *εὕροις δ' ἂν οὐ μόνον ταῦτα περὶ τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πάθη.* GESN. Itaque non debebat *Schmiederus* denuo aberrare persuadendo sibi, *περὶ* delendum esse; idque tanto minus, quum cap. 53 in. vidisset pro *περὶ τούτοις* recte in Cod. Par. legi *περὶ τούτους.* Neque fuit, quod *Seagerus* Diar. Class. Vol. XIX. p. 24. pro *οἴονται* mallet *ὀρέγονται*; „Ita, inquiens *τὸ, δόξης καταφρονοῦντα* ex adverso staret *τῷ, ὑπὸ τύφου καὶ δόξης τριβέντας,* et *τὸ, οὐδὲν μέλον αὐτῷ, ὧν οἱ ἄνθρωποι ὀρέγονται, τῷ, ὑπ' ἀργυρίου τριβέντας.*" Nam neque clara satis et distincta haec foret oppositio, neque facilis aut commoda; neque omnino opus est ulla emendatione in loco per se sanissimo et indoli parasiti aptissimo. LEHM.

Ibid. *Περὶ*) Corruptum hunc locum arbitror. Vide tamen initio c. 53. SOLAN.

Pag. 138. l. 4. *Πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας*) Sic in Tim. §. 56. *οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων.* Tangit finem hujus dissertationis *Long.* lib. 4. *ποιμεν. Liban.* Paras. BOURD. Mox comparationem auri cum igne repete cum *Wielandio* e *Pindari* loco celeberrimo Ol. I, 1. sq. et confer simillimum *Luciani* Somn. s. Gall. c. 7. *Belinus* prorsus absurde sub igne cogitavit *carbones.* LEHM.

Ead. l. 8. *Ὡςτε τῶν μάλιστα νῦν εὐδοκιμούντων φιλοσόφων (περὶ μὲν γὰρ τῶν ῥητόρων τί δεῖ λέγειν;) ὁ μὲν δικάζων δίκην δώροις ἐπ' αὐτῇ ἑάλω*) Sic concipiendus hic locus, ut egregrie distinguitur in Ed. *Basileensi*, et versio simplex optime satisfaciet, omissis illis ineptiis, quas abunde nimis adjiciunt interpretes. Verte, *ita ut celeberrimorum hoc tempore philosophorum (nam de rhetoribus quid opus est dicere?* qui scilicet in foro et causis habitant, quod philosophus non promittit, et ideo absurdius sit, quod dicet) *alius quidem in causa sedens ut judex, in largitione fuerit deprehensus, alius vero* etc. GRON.

Ibid. *Φιλοσόφων* περὶ*) Hic desunt nonnulla. GUYET. Non credo, neque *Gronovius*, neque *Gesnerus* credidere. Quare distinctionem tantum *Gronovianam* sum secutus, abundantia commata delendo, et interrogandi notam addendo: sensusque adparet satis planus. REITZ.

Ead. l. 11. *Εἰςπράττεται*) *Liban.* Ep. 20. f. *τὸ γὰρ χρυσίον εἰςπραττέτω μέν, εἰςπραττέτω δὲ παρὰ τῶν λελοιπότων τὴν τάξιν. Alciphr.* III. Ep. 21. f. *παρὰ τοῦ λύκου δίκας εἰςπράξασθαι.* Verum haec alia est constructio. At ille duplex accusat. *εἰςπράττεται μισθὸν τοὺς μανθάνοντας* etiam recte se habet; nam et sic *Arrian.* Exp. Alex. 2. c. 1. f. *χρήματά τε εἰςέπραξαν τοὺς Μιτυληναίους, Mitylenaeis pecuniam imperant. Dion. Halic.* X. p. m. 610. pr. *Ἄππιος — τὸ Σαβίνων ἔθνος εἰςπράττων ἀρχὴν καὶ κράτος, Appius — Sabinorum genti imperium et dominatum vindicans.* REITZ.

Ead. l. 13. *Εἴ τι*) Sic Ed. *J.* Reliquae *ἔτι.* Neutrum admodum placet. Scribe tantum *εἰ.* Hic autem Apollonium petit, de quo vid. Demon. Vit. c. 31. et quae ibi sunt annotata. SOLAN. Scitissime monitum. Sed tum verba *καὶ οὐκ αἰσχύνεται* arctius sunt cum sequentibus nectenda, et manifestum est in voce *ἔτι* latere vitium, quod *Belinus*, quum *ἤδη* substituit, minime satis expunxisse videtur. Melius multo hoc negotium successit *Jacobsio* conjicienti: *καὶ οὐκ αἰσχύνεται, ἔτι πρεσβύτης ἀνὴρ, διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν καὶ μισθοφορεῖν.* et

Fritzschio Quaestst. p. 165. corrigenti: *καὶ οὐκ αἰσχύνεται, ἀλλ' ἔτι πρ.* et quae vulgo sequuntur. Nihilominus simpliciorem etiamnum habeo, quam dudum notaveram, emendationem, qua legas *ὅτι* pro *ἔτι·* quum praesertim simile quid, scilicet *εἴ τι*, jam exhibeat *Juntina*, cum qua etiam consentit margo A. 1. *W.* LEHM.

Pag. 139. l. 12. *Πάντως*) Quod orae *A. W.* adpictum est *πᾶσα*, Luciani stilo admodum est conveniens. Saepe enim ait *πᾶσα ἀνάγκη*, ut Hermot. c. 27. f. ac 39. pr. Nec non hoc Dial. Paras. c. 12. et 39. m. etc. Item *Epict.* Man. c. 29. aliique. Sed quia et alterum bonum, nihil propter unum Codicem immutarim. REITZ. Cf. Varr. Lectt. LEHM.

Ead. l. 13. *Ἐπεὶ ταῦτα ἀπόλλυνται*) Haec etiam male habent. SOLAN. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

Pag. 140. l. 16. *Οὐκ ἂν δή που εἰ μὴ ἐφοβοῦντο ὡπλισμένους*) Philosophos, ait, plurimos cum baculo prodeuntes invenias, *οὐκ ἂν δή που, εἰ μὴ ἐφοβοῦντο, ὡπλισμένους*, i. e. *qui sane non ita armati essent, nisi timerent.* Somniavit interpres, dum haec verba reddidit: *quod non facerent, nisi armatos metuerent.* Vides, voculas *οὐκ ἂν δήπου* sic nihil habere, quo referantur, quae certissime referri debent ad *τὸ ὡπλισμένους*, cum quo participio non jungendum verbum *ἐφοβοῦντο*, quod absolute hic ponitur, ut paullo ante de iisdem dixerat, *φοβοῦνται μάλιστα.* Haec L. Bos in Obs. Crit. pag. 78. Quare commatibus additis, quae in Edd. aberant, lectori succurrere non dubitavi. *Gesnerus* errorem pristinae versionis correxit sponte, quod non opus erit ubique monere. REITZ.

Pag. 141. l. 2. *Δεδιότας*) Miror, nihil hic varietatis quaesiisse, nihil emendasse *Solanum*, cum *δεδιότες* legeret, quod qui cum proxime nexis *προϊόντας* et *ἀποκλείοντας* stare possit, nemo exponet aut propugnabit; quare Edd. excussis, tamen vel iis invitis ita dedi. *Florentina* eodem vitio laborat; sed quia posterior syllaba per compendium in ea est exarata, quod in Mss. similiter fieri amat, facile erroris origo detegitur. REITZ. *Bas.* tamen 3. vere habet *δεδιότας* LEHM.

Pag. 142. l. 5. *Ἀπολογία*) Socratis Apologiam scripsere inter alios *Plato* et *Xenophon.* Reliqui suas quisque, quarum exstant etiamnum quaedam. SOLAN.

Ead. l. 8. *Τινι*) *Τινα* adscrips. *Gesn.* Et quia *Junt.* quoque sic habet, forsan praestaret sic edere, quia aliquantum ambiguum *τινι* pro *ὑπὸ τινὸς*, quando adjungitur ejusmodi verbo, quod etiam dativum post se amat, uti pluribus demonstravi in libro *de Ambigg.* Tit. Dativ. Nam *scriptum, dictum est mihi*, pro *a me*, ambiguitate non caret. Verum quia *πρὸς πα-*

ράστον additur, satis patet sensus, *nunquam a quoquam scriptam dicam adversus parasitum*, ideoque vulgatam non mutavi: nec testimoniis egere putem, dativum etiam Graecis ita additum verbis passivis personam agentem notare, alioqui adferrem hoc *Diod. Sic.* IV, 1. *εἴρηται ἡμῖν ἐν ταῖς προειρημέναις βίβλοις*, *dictum est a nobis* etc. *Herodian.* I, 2, 9. *ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται ἀνδρεῖα. Nostrum* Jov. Trag. c. 7. pr. *ἄριστα κεκήρυκταί σοι*, et similia ubique obvia. REITZ.

Ead. l. 11. *Τοῦ τῶν ῥητόρων*) Male exciderat artic. *τοῦ* in Ed. *Reitz.* quem reposuimus ex Edd *Salm. B.* 4. et Ms. Reg. 3011. BIP.

Ead. l. 15. *Κακοὺς κακῶς ἀποθανόντας*) Amant et Graeci hujusmodi repetitiones adverbii cognati. *Aristoph.* Pl. v. 65.— *ἀπὸ σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς.* Ibid. 418. — *ἐξολῶ κακοὺς κακῶς. Alciphr.* III. Epist. 28. f *κακὸς κακῶς ἀπόλοιο.* Item ib. Ep. 48. pr. etc. Ne quid plura in re nota. REITZ.

Ead. l. 16. *Φαρμάκῳ*) Socratem. GUYET. *Φαρμάκῳ — καταπρηοθέντας δυσουρίας*) Socrates, Heraclitus, Epicurus. LA CROZE.

Ead. l. 17. *Καταπρηοθέντας*) Ad Empedoclis in Aetnae cratera insilientis mortem referri, non videtur dubium, cum eam saepe alias rideat *Lucianus.* Quod autem in Scholiis Heraclitus hic nominatur, turbatum aliquid esse puto. Ad illum potius retulerim *φυγὴν* s. exsilium, quod commemorat praeter *Diog. Laërt.* 9, 15. etiam *Athenagoras* apol. c. 27. pag. 125. Dechair. Sed videtur etiam auctiore hic Codice Scholiastes usus. Antisthenis vero mentionem peperit credo verbum *φθινήσαντας*, quod de phthisi accepit, qua periisse illum tradit *Diog. Laërt.* 6, 19. GESN. Voce *καταπρησθέντας* etiam Peregrinum Protea significari, cujus mores et mortem in singulari libello narravit *Lucianus*, recte monet *Belinus.* LEHM.

Ead. l. 17. *Ἀπὸ δυσουρίας*) Epicurum. GUYET. Epicurum Stoici male accipiebant, quod diceret *δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη* sibi molesta esse ap. *Cic.* Fam. 7, 26. Et *Diogenes Laërt.* 10, 15. ait, eum *τελευτῆσαι λίθῳ τῶν οὔρων ἐμφραχθέντων.* GESN. *Cic.* Tusc. II, 19. tormina et stranguria tribuuntur Epicuro; et gravissimo hoc morbo eum mortuum esse, ipsius testatur ad Hermarchum (sic enim hoc nomen scribendum) epistola, quam Latine redditam servavit idem *Cicero* De Finib. II, 30. LEHM.

Pag. 143. l. 1. *Φθινήσαντας*) Sic etiam *Fl.* cum cett. *Gesnerus* emendabat *φθινύσαντας.* Recte, credo; nam *φθινύω* ignoro, et nil solemnius hac vocalium permutatione. Interim servavi suspectam vulgatam, si forte et alibi inveniatur. REITZ.

Quidni potius *φθινάω* subesse putes, quam *φθινέω;* Certe Substantiva *φθινὰς*, *φθίνασμα*, e. a. facilius ad *α* vocalem radicalem ducunt, quam ad *ε*. Et quod verbum *Gesnerus* h. l. vindicare cupit, *φθινύθειν*, vereor, ne pro hujus orationis indole nimis sit poeticum. LEHM.

Ibid. Φυγόντας) Aristotelem et alios GUYET.

Ead. l. 12. *Γύγου χρυσίον*) Vid. supra ad Bis Acc. c. 21. de annulo illo magico. Sed quid hoc ad rem quaeso? Nihil prorsus. Lege, me auctore, aut *Κροίσου*, aut *Μίδου*, donec ex Mss. Codd. utrum horum maluerit, constet; et vid. Diall. Mortt. II. SOLAN. V. Bis Accus. c. 21. post med. ubi *Γύγου δακτύλιον*, quo adludit; nec tamen opus erit *δακτύλιον* hic denuo legere, quia *χρυσία* generaliter omnia aurea ornamenta significant, maxime mulierum. *Menand.* fragm. XIII. v. 5. (Ed. minor. *Hemst.*) *Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κ' οὐ χρυσία.* REITZ. Opes Gygis non minus decantatas fuisse, quam annulum ejus magicum, probat *Belinus*, adducto *Archilochi* versu, *Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει* etc. adeoque vulgatam contra *Solanum, Γύγου* in *Κροίσου* aut *Μίδου* mutare cupientem, recte defendit. Versus *Archilochi* leguntur apud *Steph.* in Poët. Lyr. min. p. 246. Ed. 1586. BIP. Nec ignotum *Solano* illud esse debebat *Anacreonticum* (Qd. XV. in.) *Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω, Τοῦ Σαρδίων ἄνακτος.* LEHM.

Pag. 144. l. 6. *Δορυφορίας*) Ad satellites regios respici, non est quod dicam. Sic *δορυφόρημα*, de satellitio tragicio, supra Icarom. c. 9. atque alibi non semel. REITZ.

Pag. 145. l. 1. *Αἴσχιον*) Mallem *αἰσχρὸν*, ut infra deinceps usurpari ab eo videbis. SOLAN.

Ead. l. 16. *Παραπλεῖν*) In universum non facile est ea loca convertere, in quibus verborum lusus inest. Hic etiam *παρὰ* praepositio difficultatem aliquam habet, quae non *societatem* modo, sed excessum etiam et *superationem*, interdum etiam *vitium occultum* in compositione notet; quae forte in *παρασίτου* appellatione jungi possunt, ut *parasitus* sit, qui *cum* aliis, quibus *obrepsit, largius* cupidiusque caeteris, cibum capit. Sed cum inprimis tamen ad *cibi societatem* respiciatur, quorsum etiam illi Solonis *παράσιτοι*, atque *Phoebi Parasiti* pertinent; malui in caeteris compositis quoque hujus praecipue significationis rationem habere. GESN. *Praeternavigare*, dein *praecurrere, praetercurrere, praeterjaculari, ultrà jaculari*, adscripsit *Guyet.* Omisissem, nisi caussam viderem esse, quod pristinus interpres hoc male reddiderit, *adnavigare, adcurrere, adequitare, adjaculari*, quo facto jocus minus adparet; qui tamen haud ita planus est in singulis his verbis compo-

sitis, nisi ex conclusione argumenteris, parasitum velle, melius atque utilius esse *juxta*, i. e. *cum alio coenare*, quia id fit alterius sumptu, quam *coenare* apud se; adeoque et utilius esse comitem navigare ab alio adsumtum, quod et hoc fieri queat alterius sumptibus, idque mallem, si omnia reliqua verba ad eandem potestatem reduci possint: sed cum non videam, qui παρακονιζειν eodem detorqueri queat, restat, ut παρὰ in omnibus hic adlegatis compositis tantum significet excellentiam quandam, quasi praeter modum vulgarem haec omnia facere. Veluti qui praeter metam jaculatur, victor est, ut *Horat.* canit I. Od. VIII, 11. — *saepe disco, saepe trans finem jaculo nobilis expedito.* Adeo παρασιτεῖσθαι grandius quid sonare atque esse, quam simplex σιτεῖσθαι. Si vero et hoc friget, credamus id tamen personae parasiti conveniens, qui ex frigidis ejusmodi jocis risum captant; quos *Lucianus* dedita opera sic frigidos projecisse dici poterit, ut eos depingeret, quales sunt. Conf. Tim. §. 52. ubi *Hemsterh.* ad ἀλλὰ γαμῶ risus illos minime ingeniosos sibi non placere ait. Nec mihi placent. Interea nihil prohibet, quo minus liceat *Nostro* stultitiam adulatorum talem proponere, qualis esse solet. Cum vero hic lusus tantum in verbis sit, non valde quidem ingeniosus, nec tamen omnino absurdus, nihil hic, quod reprehendam, habeo Reitz.

Pag. 146. l. 5. Ἔθ' ἕλοιο) *Ven.* utraque ἂν ἐθέλοις. Solan.

Ead. l. 9. Σὺ δέ με — διδάσκειν) Infinitivus loco imperativi valde quidem usitatus; sed quia tum inest ellipsis verbi μέμνησο, possit etiam hac ratione illud μοι, quod *Fl.* habet, locum invenire, quod hortantis est, et quasi pleonastice in hujusmodi praecipiendi formulis inseri solet, ut non semel vidimus. Conf. saltem ad Asin. cap. 4. φυλάττου μοι, ἔφη, τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα. Infinitivi autem exempla etiam alibi dedimus ex *Hippocr. Homer. Lucian.* et *Arr.* IV. p. 180. pr. σὺ δὲ μηδενὶ ἄλλῳ παραδοῦναι — — τὸ ἐμὸν κράτος. Sed quia infinit. hic pendet a δίκαιος, significatque, *tu dignus es me docere*, nihil immutarim. Reitz.

Ead. l. 10. Φασὶ δέ) Hoc accipiendum est cum distinctione. Nam verum illud est in matre, quae non convolat ad secundas nuptias. Alias falsum, ut testantur politissimi *Homerici* versus, quos ex Odyss. profert *Stobaeus* serm. 192. Vide II. *Ambros.* 6. Hexamer. Bourn.

IN DE GYMNASIIS.

Pag. 147. l. *ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ*) De Anacharsi et Solone vide, quae supra annotata sunt ad Scyth. cap. 5. et *Plut.* in Sol. SOLAN.

Ead. l. 2. *ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ*) *Gesn.* vertit DE EXERCITATIONIBUS, quod hic retinui. At cum *de Gymnasiis* inscriberetur a pristinis interprett., ego hanc inscriptionem deinceps servavi, quia adlegationes ex hoc Dialogo in notis Commentatorum sic etiam sunt institutae, et lectores huic inscriptioni adsueti minus commode loca indicata possent invenire, si titulus Dialogi mutaretur. REITZ.

Pag. 148. l. 2. *Ταῦτα δὲ ὑμῖν*) Hanc paginam interpretor ad lib. X. *Heliodor.* BOURD.

Ead. l. 6. *Λίπα*) Oleum *μανίας φάρμακον* vocabat. *Diogen. Laërt.* I. Segm. 104. p. 27. C. SOLAN.

Ead. l. 7. *Ἄτερος τὸν ἕτερον*) Recte *Juntinam* habere *ἄτερον*, adscripserat *Solanus*, et quia *ἄτερος* tam prope praemissum, credat quis etiam *ἄτερον* rectius sequi, quam *ἕτερον*. Esse autem *ἄτερος* Atticum, ex *Aristoph.* demonstrat *Maittair.* de Dialect. pag. 15. pro *ὁ ἕτερος*. Addo *Callim.* fragm XCI. — *οὓς ἔσχεν ἄτερος δαίμων*, ubi *Bentlejus* etiam ex Epigramm. *ἄτερος Ἡρακλέης* adducit. Verum non adeo me movit solius *Junt.* auctoritas, ut contra ceteras Edd. et Codd. irem; quia in casibus obliquis aegre sic scribi posse monent Grammatici; in accusativo certe, non video, quae crasis pro *τὸν ἕτερον* locum invenire queat. At si usus tamen contra analogiam induxisset, facile admitterem; dum vero *ἄτερον* in accusat. aliunde probare non habeam, vulgatam servo. REITZ. Mendum *Juntinae* est *τὸν ἄτερον*. nam *ἄτερος* extra crasin pro simplici *ἕτερος* Atticis fuisse dictum, vix probabitur. Doribus hunc usum tribuit *Gregor.* Cor. p. 138. Quod statim de *μετὰ δέ*, formula absoluta, *Augustus Pauly* monet, *rariorem* ejus apud Atticos fuisse usum, frequentiorem apud Ionicos scriptores, interponam saltem *Luciani* nostri loca aliquot, unde judicium illud paullulum corrigatur: Diall. Mortt. IX, 2. Vit. Auct. c. 9. De Sacriff. c. 8. Eunuch. c. 12. De Astrol. c. 5. Icarom. c. 10. Alia plura nondum mihi notata dabit Index. LEHM.

Ead. l. 8. *Οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθόντες*) Huc pertinet illud ipsius Anacharsidis apud *Diog. Laërt.* I, 104. *τὸ ἔλαιον μανίας φάρμακον ἔλεγε, διὰ τὸ ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπιμαίνεσθαι ἀλλήλοις.* GESN.

Ead. l. 10. *Καὶ ἦν ἰδού*) *Καί νυ ἰδού.* MARCIL. Vid. *Xenoph. ἀναβ. Aristoph.* et *Nostrum.* Piscat. c. 51. SOLAN. Non

quidem ita edidimus in Pisc. c. 51. pr. sed *ἀλλ' ἰδοὺ* tantum, quia hoc plurimae Edd. et P. habebant. Jam ferme mallem *ἀλλ' ἦν ἰδοὺ* et ibi legi. Reitz. *Καὶ μὴν ἰδοὺ* vult *Belinus*. Bip. „Ah! par bleu!“ reddit illud commentum suum *Belinus*. At *ἦν ἰδοὺ* et h. l. legendum, et Piscatoris loco, quem ego jam post *Reitzium* expleri curavi. Cf. Diall. Mortt. X, 10. *Gesnerus* h. l. *ἦν* pro *ἐὰν* capiens totum locum reddendo corrupit, et sic, ni fallor, fraudi fuit *Belino*. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἐκ τοῖν σκελοῖν*) Posset *ἐκ* abesse. Sed additur crebro. *Diod. Sic.* IV. c. 19. p. 265. *πόλις ἐκ βίας ἁλοῦσα Soph.* Aj. 27. — *κατηναρισμένας ἐκ χειρὸς* —. Confer Nostrum supra, Asin. c. 23. Et ibid. cap. 45. *ἐμὲ δὲ ἁράμενοι ἐκ τῶν ποδῶν. Long.* Past. IV. p. 147. Ed. *Moll.* (vere 139.) *κρατήσας ἐκ τῶν κεράτων.* Reitz. Vide, si opus sit, *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* Vol. IV. p. 120. Lehm.

Pag. 149. l. 1. *Περιπλέξας*) Sic rursus infra c. 31. Solan.

Ead. l. 5. *Ἀναπλησθέντες*) Conf. supra De Merc. Cond. cap. 17. et Jov. Trag. 35. Solan.

Ead. l. 7. *Οἱ ἐγχέλυες*) Vid. supr. Tim. 29. ubi similis quidem phrasis, sed *ἐγχέλεις*, non *ἐγχέλυες*. At conf. *Steph.* ab *Hemsterhusio* ibi indicatum. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἐν πηλῷ οὗτοί γε* etc.) *Οὐκ ἐν πηλῷ οὗτοί γε, ἀλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι ἐπαμοῦνταί τε ἀλλήλους.* Sic Ms. non *ταράττουσι*, ut editur. *Sed hi non in luto, sed altam arenam in fossa subjicientes se invicem illa adspergunt.* Paullo post dicit *ἐπιπάττειν τὴν κόνιν*. Haphen intelligit, de qua *Mart.* VII. Ep. 67. *et flavescit haphe.* Sed de hac et aliis ad palaestram pertinentibus viri docti jampridem egerunt copiose; vide inprimis eruditissimum *P. Fabrum* in Agonistico II. 2. et 5. et 22. Graev.

Ead. l. 10. *Πάττουσι — ἐπαμῶνται*) Sic W. totum hunc locum habet; vulgatae aliter, nempe *ταράττουσί τε — πάττουσι. Polyaen.* eadem voce utitur. Ego antequam W. vidissem, *ἀράττουσι* legebam. Solan. *Ταράττουσί τε ἀλλήλους*) Mihi maxime placet *P. Fabri* conjectura, qui Agonist. 2, 1. *δράττουσι* legendum suspicatur, vel *ἀράττουσι*, ut tamen illud praeferam. Est enim de primo quasi actu sermo, ubi alter alterum primo prehendit, et, ut possit firmius prehendere, pulvere spargit. Eidem etiam *Fabro* assentior, *ὄρυγμα* fuisse locum depressiorem, effossum, dictum alioquin *σκάμμα*, s. *τὰ ἐσκαμμένα*, quae *ὑπερπηδᾶν*, transsilire, tanquam terminos, intra quos luctantes coërcentur, non licet; verbo, ipsam *caveam*. Gesn. *Πάττουσίν τε*) Probe etiam vidit *Gesn.* vulgatum *ταράττουσι* nihili esse. Et quamvis *δράττουσι* eleganter sit conjectatum a *Fabro*, prae-

ferendum tamen id, quod Codex suppeditat, cursus scripturam etiam in terminatione sequi consultum duxi, etsi ν paragogicum abesse possit. Cumque mox ἐπαμῶνται quoque ex 2 Codd. receperim, (nam πάττουσι jam iterato exhibere absurdum fuisset) versionem ad utrumque adcommodavi, non quod *Gesneri* versionem reprehendam, quae erat, *in cavea prensant se invicem, et — spargunt;* sed quod Graecus contextus, qualem nunc dedimus, aliam postulabat. REITZ.

Ead. l. 11. Ἀφυκτότεροι) Conf. Diall. Deor. XVII. med. SOLAN.

Ead. l. 12. Τὸν ὄλισθον) Scribitur iterum eodem modo cap. 28. Ego tamen legendum censeo τὸ ὄλ. SOLAN. Quod neutro genere τὸ ὄλ. maluit *Solan.* ideo factum suspicor, ut adjective accipiatur, et *lubricum*, *lubricitatem* significet: ita compositum εὐόλισθος adjective *Suidas* habet. Non displiceret, si auctoritatem pro τὸ ὄλισθον attulisset. Verum cum etiam *Hesych.* ὄλισθος, πτῶσις, habeat, nihil in *Luciano* mutaverim. Auctor *Etymolog.* etiam scribit: ὄλισθος, — ὁ ὅλως καταπίπτων. REITZ.

Ead. l. 14. Ὀρθοστάδην) Tria erant apud Graecos certamina, pancratium, palaestra, et cursus. De pancratio, ludorumque generibus, quibus Graeci antiqui et Romani usi sunt, leg. *Bud.* annott. ad l. *Athletas.* de his, qui notantur infam. et ad l. *Qua auctione*, ad l. *Aquiliam. Gellius* L. XIII. c. 26. *Propert.* L. III. COGN.

Ead. l. 16. Ἀποπτύσειν) Ita W. Reliqui libri ἀποπτύειν. SOLAN.

Pag. 150. l. 2. Παταχθέντος) Adscripsit frater: Recte παταχθέντος. Sed tunc versu priore αὐτοῦ pro αὐτῷ legendum. Si vero αὐτῷ retinemus, etiam structura παταχθέντι postulare mihi videtur. Jam et mihi. REITZ. *in Addend.* Obsecutum *Schmiederum* recte castigarunt *Pauly* et *Fritzsch.* Quaestst. p. 173. ille conferri etiam jubens *Popponem* ad *Thucyd.* Vol. I. p. 120. LEHM.

Ead. l. 6. Ἐγκονοῦσι) Poëtis Atticis frequens verbum illustrat. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 255. GESN.

Ead. l. 9. Μανίᾳ) Θαυμάζειν ἔλεγε, πῶς οἱ Ἕλληνες νομοθετοῦντες κατὰ τῶν ὑβριζόντων, τοὺς ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους. *Diogenes Laërt.* Anachar. pag. 27. C. SOLAN.

Ead. l. 17. Δόξαντα) Lege, meo periculo, δόξοντα. SOLAN. Hoc *Solani* periculum ne subirent, prudenter caverunt recentiores Editores. LEHM.

Pag. 151. l. 9. Ὑμῖν ταῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα καὶ τερπνά· ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι διαθείη, εἴσεται ὡς οὐ μά

τὴν διεζώσμεθα τὸν ἀκινάκην) Ista *ἐμὲ δὲ εἰ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι διαθείη*, vertuntur: *quod ad me attinet, si quis vestrum tale quid mihi proponat.* Verum *διατιθέναι τινά τι*, non est, *aliquid proponere alicui*: sed, *hoc vel illo modo aliquem tractare, vexare.* Noster infra in hoc Dial. c. 38. *μήτε τυράννου βιαζομένου, μήτε πολεμίων διατιθέντων, neque tyranno vim faciente, neque vexantibus hostibus.* In Pseudologista cap. 25. *τοιαῦτά με διατίθης, ita me tractas.* Sic *Demosthenes* aliique locuti sunt. L. Bos. Si quid testimoniis opus est, adde *Aesop.* Fab. 8. *σύ με χεῖρον διέθηκας*, de vulpe ab rubo vulnerata; at Fab. 39. *δεινῶς οὖν ὑπ' ἀλλήλων διατεθέντες.* Sed cum duplici accus. etiam *Alciphr.* I. p. 200. *τί με διαθήσει*, et quae *Bergl* ibi notat. Et *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I. c. 89. pr. ubi de crocodilis: *τοὺς τὰ δεινότατα διαθέντας, atrocissima perpetrantes.* Vel potius *Hemst.* ad Nigrin. c. 36. qui hoc multis jam egit. Reitz. Eodem h. l. legebatur vulgo *διεζώσμεθα*, quod etsi ut fortius quid satis se probaverit *Dorvillio* ad *Charit.* p. 533. Lips. tamen dubitavi retinere contra proborum Codd. et *Florentinae* Edd. auctoritatem; praesertim quum infra cap. 54. eundem in modum dictum reperiatur *ἀκινάκην παρεζῶσθαι*, et quae in *διαθείη* modo praecessit, praepositio facili casu in hoc verbum transferri potuerit. Lehm.

Ead. l. 15. *Λυκίου*) Lyceum, Gymnasium, de quo consule *Meursium.* Solan. Vid. inprimis *Creuzer.* Symbol. II. p. 132. sq. Ed. II. De simulacro autem Apollinis Lycii *Beck.* Archaeol. p. 156. sq. Lehm.

Ead. l. 16. *Τὸν ἐπὶ τῇ*) *Ἀντίπτωσις*, pro *τοῦ ἐπὶ τῇ στήλῃ κεκλιμένου τόξου ἔχοντος.* Guyet.

Ead. l. 17. *Κεκλιμένον*) Conf. supra Asin. c. 51. Solan.

Pag. 152. l. 1. *Ἀναχεκλασμένῃ*) Bene monuit in margine *Hemsterhusius*, adeundum *Dukerum* ad *Thucyd.* p. 460. Is autem ad verba L. VII. c. 25. *ἔκ τε τῶν ἀκατίων ὤνενον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς, καὶ ἀνέκλων*, quae conversa sunt, *vallos ex naviculis religatos circumagebant, fractosque convellebant*, ita commentatur: — *Ἀναχλᾶν hic non est, quod Vossius et Portus putarunt*, frangere, *verum sursum* attolendo convellere et educere. *Suidas et Scholiastes exponunt* e fundo evellere. *Sic Thucyd. II*, 76. *et alii apud Lipsium. V. Poliorc.* 8. *Ἀναχλᾶν machinam muro incussam dicunt eos, qui laqueis injectis eam* attollunt, *et avertunt. Et in aliis generibus loquendi non frangendi, sed inflectendi et in altum tollendi significationem habet. Aristaenet. I. Ep.* 3. *ὡς ἀναχλᾶν ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ τὸν αὐχένα πρὸς θέαν τῶν κύκλῳ συναιωρουμένων βοτρύων. Lucian. de Gymnas. p.* 272. (i. e. hoc loco) *ἡ δεξιὰ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς*

ἀναπεκλασμένη. Haed ille optime. Adde hinc *ἀνακλάσει ἐπτυγμένα γραμματεῖα tabellae plicabiles* ap. *Herodian.* I. c. 17. pr. Sed *κατακλωμένῳ* de saltatore, Noster etiam supra de Salt. c. 5. (quod *Gesnerus* tamen reddidit *frangenti.*) Ita *ἐπικλώμενον inflexum* signif. pro Imag. c. 13. et Deor. Dial. XI. Sed et *fractum*. Tox. c. 20. Est autem ubi multum differat, reddasne per *frangere*, an *attollere*, *sursum flectere*; nam e. c. crus, brachium, cervicem *frangere*, aut *flectere*, quanti interesit, quis non viderit? Interim non nego, etiam in illa arietis muralis adlevatione, ad ictum eludendum instituta, aliquam frangendi potestatem in verbo *ἀναχλᾷν* remanere, quatenus impetus ejus refringitur, sive potius, qua linea recta, ad quam ejus motus fiebat, ista sursum aversione quasi frangitur, veluti philosophi *refractiones* recte vocant radiorum lucis inflexiones per vitra contingentes. Interim male reddideris *arietem frangere*, pro *avertere*. REITZ.

Ead. l. 3. *Ἐκείνῳ*) Nihil mutare *Fl.* adpinxerat *Solan.* An ergo *ἐκεῖνο* quaesivit? Non improbem; sed nihil opus est, et vulgatum, quod sequimur, nihil incommodi habet. REITZ.

Ead. l. 5. *Παγκρατιάζειν*) Aliter et rectius *Aristoteles* Rhet. I. c. 5. p. m. 207, 38. *ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥίπτειν πως καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω δρομικός· ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός· ὁ δὲ ὠσαι τῇ πληγῇ, πληκτικός·* (legendum, ut in rec. Edd. fit, *πυκτικός.*) *ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος.* Vide etiam *Philostrati* locum ad Demonact. c. 49. supra adductum. SOLAN.

Ead. l. 6. *Πυγμῆς*) Oratio non satis perspicua: si enim alia *loca* intelligit per *γυμνάσια*, quid opus his? Sin vero nova *certaminum* innuit genera, cur et hoc inter ea recenset, quod cum Pancratio idem esse dixit? Vide tamen cap. 24. ubi distinguit. SOLAN. Conf. Tim. c. 50. et 53. f. ubi *πυξ —*. REITZ.

Ead. l. 11. *Στέφανος*) Confer infra c. 16. et 36. KUSTER.

Ibid. *Ἰσθμοῖ*) Idem *Dukerus* modo laudatus ad *Thucyd.* V, 18. hoc verum esse probat, quod et sic infra Neron. c. 8. occurrat. Et ita quoque in *Thucyd.* legi recte mavult, ubi *καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμῷ*. REITZ.

Ead. l. 12. *Σελίνων*) Vid. *Plut.* in Timol. Pineas fuisse olim in Isthmiis coronas, docet idem Symp. probl. V, 3. deinde in gratiam Herculis et *ad Nemaeorum exemplum ex apio* factas; tandem ad pineas reditum fuisse; p. 1203. f. *ἐκ δὲ Νεμέας κατὰ ζῆλον ὁ τοῦ σελίνου ξένος ὢν ἐπεισῆλθε δὲ Ἡρακλέα, καὶ κρατήσας ἠμαύρωσεν ἐκεῖνον, ὡς* [*ἱεροῖς οὐκ*] *ἐπιτήδειον*. Perite ergo et erudite haec *Lucianus* V. *Pott.* SOLAN.

Pro ἐκ αὐλῶν. Habuimus non semel. Conf. saltem ad Gall. c. 24. Beitz.

Eod. l. 12. *Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ*) Haec sic vertit *Vinc. Obsopoeus; poma sacerdotes Apollinis proponere consueverunt;* nescio quam bene, nam in Graeco de sacerdotibus ne verbum quidem: *ἱερῶν* inclinatur a recto *ἱερὸς*, id est *sacer*, non a *ἱερεὺς*, quod est *sacerdos*. Vertere igitur debebat: *poma Deo sacra proponebantur*. Olim suspicabar *μῆλα* hoc loco interpretari debere, non *poma*, sed *oves*, ut et apud *Max. Tyrium*. sermone 37. et in Antholog. primi libri, primo Epigram. eo quod campus *Crissaeus* vel *Cirrhaeus*, qui erat Apollini sacer, ad oves pascendas aptus erat, non autem ad poma ferenda, quando erat sine arboribus. Sic enim de eo *Pausanias* in Phocicis: *τὸ δὲ πεδίον τὸ ἀπὸ τῆς Κίρρας ψιλὸν ἐστιν ἅπαν, καὶ φυτεύειν δένδρα οὐκ ἐθέλουσιν, ἢ ἐκ τινὸς ἄρας ἢ ἀχρεῖον τὴν γῆν εἰς δένδρων τροφὴν εἰδότες.* Oves igitur, quae pascebantur in eo campo non arato nec arboribus consito, erant Apollini sacrae, e quibus, ut putabam, quaedam pro brabio dabantur cuidam athletarum generi. Sed aliter sentire me coëgit *Libanius Sophista* in laudatione palmae et pomi arboris, ubi haec leguntur: *φοῖνιξ μὲν γὰρ παντὸς ἀγῶνος γίνεται στέφανος, καὶ τὸν θάλλον ἔχει νίκης ὑπόμνημα, μηλέα δὲ αὖθις στεφανοῖ τὸν ἀγῶνα τὸν Πύθιον.* Itaque hoc loco non male *μῆλα poma* intelliguntur, *μηλέα* tamen pomum arborem, non fructum, significat, et videntur poma sola inepta ad coronam texendam. Sed ut *Libanius* cum *Luciano* concilietur, intelligo victorem coronatum fuisse ramusculis ejus arboris suo fructu oneratis. Sed notandum est, brabium mutatum fuisse a temporibus *Pausaniae:* nam a secunda Pythiade coronas pro brabio institutas ait, et quidem ex lauru. Sic enim in Phocicis: *δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἆθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο — δάφνης δὲ στέφανος ἐπὶ τῶν Πυθίων τῇ νίκῃ κατ' ἄλλο μὲν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστὶν οὐδέν, ὅτι δὲ τῆς Λάδωνος θυγατρὸς Ἀπόλλωνα ἐρασθῆναι κατέσχηκεν ἡ φήμη.* Aliam vero ejus rei causam refert *Aelian*, Var. L. III. c. 1. scilicet eo, quod Apollo, postquam Pythonem occiderat, in aqua Penei fluvii in loco dicto Tempe purgatus inde laurum decerpsit, et Delphos attulit. Laurea igitur corona olim praemium erat victoribus datum in Pythiis, sed tempore *Luciani* et *Libanii*, vel id mutatum fuerat, vel poma data sunt pro brabio in agone quodam multum postea introducto et recepto, laurea manente pro praemio cursoribus et antiquorum certaminum athletis. At ecce *Helidor*, in Aethiopicis armatis cur-

scribus palmae ramum pro brabio datum fuisse dicit. Sed in omnibus sacris certaminibus aliis brabiis auctarii vice datum fuisse, (ita legitur ap. *Palm.* pro *additum*) asserit *Pausanias* in Arcadicis, pag. 276. et *Plutarch.* Symp. VIII. c. 4. *Heliodorus* tamen nullum aliud praemium pro victoria suo Theageni adjudicat, praeter ramum illum palmae arboris. Sed non est dissimulanda summi viri sententia, qui in notis ad Dionem per poma vult intelligi lauri baccas, sed sine exemplo. *Ausonium* etiam reprehendit enumerantem diversa brabia, sic: *Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.* Sed cum eo consentit *Libanius* loco citato, qui *μηλέα* habet, non *μῆλα*. Tamen jure videtur arguere *Ausonium*, qui dum Graecum epigramma exprimit, male *μῆλα* per *malus* vertit. Sed fateor, per *μῆλα* me non posse capere, quomodo intelligi possint poma. PALM. Errat *Palmerius.* Vid. *Pott.* 417. SOLAN. *Lucianum* fructus arborum, *μῆλα* dicere, non ramos, puto. Non primum Anthologias epigramma laudo, ubi *κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτος*, forte ipsius societatis caussa suspicionem moveant, ramum esse intelligendum; sed hoc, quod hoc ipso loco simile plane Panathenaicorum praemium commemoratur, *oleum e sacra Minervae olea.* Deinde quoties praemiorum horum denuo mentionem in hoc Dialogo injicit, injicit autem aliquoties, *μῆλα* semper a coronis distinguit: praesertim infra, c. 15. med. *πρόκειται στέφανος οὐ πίνος, οὐδὲ κοτίνου ἢ σελίνων.* Quidni *μηλέας* aut *μήλων* adjiceret, si par erat ratio? GESN.

Ead. l. 13. *Παναθ. ἔλαιον τὸ ἐκ τῆς μορίας*) Quid hoc sit, docet *Meursius* Panath. Olearum nempe genus juxta Academiam, quae Deo sacrae erant; Schol. *Aristoph. Νεφ.* Accipiebant autem urceum totum, (idem Schol.) et exportare solis licebat. SOLAN. Adleverat marg. *Hemsterhusius*, videndum *P. Burman. Z. Καταιβ.* Ex hoc igitur quaedam adjecisse non alienum erit. Ait autem f. p. 281. Ed. iteratae: *Oleum ex ejus* (arboris) *fructu exprimere in sacros usus licuerit: nam victoribus in Panathenaicis inde oleum datum, docet Suidas, et Scholiastes Sophoclis ex Aristotele, et Apostolius proverb. Cent. XIII.* 28. *Ut et Lucian. in Anach. T. 2. pag.* 173. *Ed. Graev. Unde ab Athenaeo L. XV*, 11. *et Plin. XIII*, 1. Panathenaicum oleum *vocatur, quod optimae notae erat. Et fortasse corona oleaginea, qua victores coronabantur Athenis, teste Plin. XV*, 4. *ex his μορίοις fuit.* (sic legitur, pro *μορίαις.*) *Quod magis verosimile videbitur, si verum sit, quod notat Alex. ab Alex. III. c. 3. duces Athenienses in bellum profecturos sertum ex olea sacra sumsisse. Hoc saltem statuere licet, coronas inde aliquando factas. Ut Creon apud Eurip. Ion. V.*

1433. Cetera vid. ib. De *μορία* autem Commentt. ad Poll. seq. 242. *ἢ δὲ ἱερὰ ἐλαία, μορία. Hesych.* vero ibid. adductus: *Μορίαι ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς.* Confer et *Menag.* ad *Diog. Laërt.* III. Segm. 26. p. 149. T. 2. REITZ.

Ead. l. 14. *Ἐκ τῆς μορίας*) *Hesych. Μορίαι, ἐλαῖαι, ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς.* GUYET.

Pag. 153. l. 4. *Πρὸς ἀλλήλων*) Quod *Solanus* nihil mutare Edd. adjecit, indicio est, eum aliam lectionem optasse invenire; nam aliqui sponte patet consentire Edd. quando nihil notamus. Maluit autem *ὑπὸ* pro *πρός*. Vid. quae mox notamus ad c. 11. *πρὸς τῶν ἀντιπάλων.* REITZ.

Pag. 154. l. 15. *Ὑπὸ*) Sic W. hic. Supra tamen cum impressis aliter, nempe *ἀγχομένους πρὸς ἀλλήλων*, c. 9. SOLAN. *Πρὸς*) *Solanus* ex W. *ὑπὸ τῶν ἀντ.* rescribi maluisset, id enim in margine *J.* indicarat; non tamen *πρὸς* delerat, ut solet, ubi omnino necessariam putat mutationem. Ego, ut *ὑπὸ* facile admitterem, si pluribus testibus firmaretur, ita jam nihil muto, quia supra cap. 9. in *πρὸς* consentiunt Edd. et Codd. Idque verbis passivis frequenter adjungi eadem potestate, qua *ὑπὸ*, paucis indicavimus supra Icar. c. 21. f. ex Timon. §. 5. 9. 15. et 25. Adde Icar. 15. et Bis Accus. c. 5. pr. Sexcentis similibus idem probaturi ex solo Luciano, si quem de eo dubitare suspicari possemus. REITZ.

Pag. 155. l. 2. *Θοιμάτιον*) M. et *Fl. θοιμάτια.* Fortasse *θαιμάτια*, quod alibi reperiri testatur doctissimus auctor Emend. *Menand.* p. 105. SOLAN.

Pag. 156. l. 4. *Ἐμπειρίας δεινὰς*) Interpretatus *Belinus: L'adresse singulière*, in notula subjecta exclamat: „Qui ne riroit de voir dans la traduction latine: *horribiles peritias*;" non profecto risurus adeo stulte *Gesneri ἐμπειρίαν δεινὴν*, si recte cognitam levissimus homo habuisset veram Latini vocabuli *horribilis* (non Francogallici *horrible*) potestatem, quam vel ex *Ciceronis* ipsius ad Attic. VIII, 9. fin. verbis: „Sed hoc „τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est," discere potuit. LEHM.

Ead. l. 16. *Τὰ μεγέθη*) Quid reponam, non video: certe non recte habet illa vox. Navig. c. 12. pro *πάχος*, *μέγεθος* repositum est. SOLAN. Si proceritatem corporis intelligas, non mirere, cur suspecta vox fuerit *Solano*. At neque *μέγεθος* semper *ingens* quid signif. (licet ita accipiendum longe frequentius, atque ideo *parvo* opponatur a *Polluce* III, 88.) sed quamcunque etiam magnitudinem, i. e. certam quantitatem, adeoque et de re vel minima praedicari potest. Neque plurale *μεγέθη* ad procerum athletarum corpus spectare puto, (qui

ne quidem erant homines longi, verum torosi) sed ad dimensionem, i. e. proportionem membrorum pertinere arbitror, de qua etiam cap. 25. loquitur, quam foedant pugiles tumoribus, ac cicatricibus. *Μέγεθος* autem etiam de parvo homine praedicari videas ap. *Herodian.* IV, 7. fin. *καὶ γὰρ ἦν θαύματος ἄξιον ἐν μικρῷ πάνυ τὸ μέγεθος σώματι.* Licet ibi videatur de *viribus* accipiendum, ut ap. *Diod. Sic.* IV. c. 61. f. *μικροὺς μὲν τοῖς μεγέθεσι, πολλοὺς δὲ τὸν ἀριθμόν.* Numero magis, quam *viribus*, pollentes. Sed de spatio parvo diserte apud eundem V. c. 10. med. *ἔστι δὲ καὶ ἡ νῆσος τῶν Λιπαραίων μικρὰ μὲν τὸ μέγεθος.* Et sic iterum ibid. c. 11. pr. Et. c. 13. *καταμερίζουσιν εἰς μεγέθη σύμμετρα.* Interim de statura parva etiam Poll. V, 68. de lepore animali, *μέγεθος, οὔτε μέγας, οὔτε μικρὸς τὸ ὕψος.* Et sic de *mensura* s. dimensione *μέγεθος* dici, non est quod pluribus demonstrem. *Magnitudinem* similiter Latinis de re etiam parva dici, obiter notavi in libello *de Ambiguis.* Si quis tamen hic pro *τὰ κάλλη καὶ τὰ μεγέθη* legere malit, *τὰ κάλλιστα μέλη*, me non repugnantem habebit. Reitz. Habuit certe *Paulyum*, qui recte *τὰ μεγέθη* tuetur, nihil curans ineptissimam *Reitzii* disputatiunculam. Scilicet abstracta haec *τὰ κάλλη* et *τὰ μεγέθη* eleganter significant corporum tum formae pulchritudinem, tum staturae proceritatem, aut, si malis, membrorum torositatem. De dictione *τὰ κάλλη* paucis egit *Hemsterh.* ad Diall. Mortt. XVIII, 1. Editionis nostrae maj. Tom. II. p. 591. Leum.

Ead. l. 16. *Τοῖς ὑπωπίοις*) Div. *Paulus* in I. ad Corinth. IX, 27. *ἀλλ' ὑπωπιάζω τὸ σῶμά μου.* Ad quae verba exponenda multa, et hoc *Luciani*, adfert *L. Bos* in Obs. Philol. p. 142. probatque *ὑπώπια* esse *vestigia plagarum*, ac vulnera ipsa et contusiones. Recte; sed Medicis proprie maculae ac tumores caerulei ab extravasato sanguine grumoso, quales a baculorum lororumque plagis relinquuntur. Et similis oculorum morbus. Idque ap. *Hippocr.* et *Aret.* frequens. Reitz.

Pag. 157. l. 9. *Μηδέπω*) Sic M. melius, quam in impress. *μηδέποτε.* Solan.

Ead. l. 12. *Οἰκηθείη*) Ita M. et Ed. *Fl.* rectius, quam in vulgatis, quae *οἰκισθείη* legunt. Sic cap. 18. *ὅπως ἂν ἄριστα πόλις οἰκοῖτο.* Solan.

Pag. 158. l. 8. *Τινῶν*) Ego lectionem Cod. M. *τινὰ* praeferentis vulgata potiorem arbitror, quia auditu tantum ait sibi notum nomen Solonis legislatoris, adeoque adjectio *τις* potius ad personam, quam ad leges pertinet, nec quasdam tantummodo leges composuisse dicetur is, qui plurimas compo-

suit. Quia tamen non obscura neque plane absurda visa vulgata, propter unum Codicem eam rejicere, religio fuit. Reitz. *Νόμοι τινὲς*, leges *quaedam*, non sunt *aliquot* numero, quae sane nimis jejuna foret sententia, sed *quaedam*, ipsi loquenti adhuc ignotae, quemadmodum deinde dicitur *πολιτεία τις*. Miror *Paulyum* lectionem *τινὰ* procul dubio veram judicare potuisse. Lehm.

Ead. l. 14. *Τι*) L. *τε*, quamvis M. etiam agnoscat *τι*. Idem Anonymum conjecisse video, qui *τε* margini Codicis sui adscripsit. Solan.

Pag. 159. l. 4. *Διέξειμι*) Sic recte W. In impr. *διεξειμι*. Solan.

Ead. l. 11. *Πρόκειται ἀγὼν*) Sic *τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα* Div. *Paul.* in Ep. ad Hebr. XII, 1. ubi plura similia *L. Bos.* Addiderat *Hemsterh.* etiam videnda. *Synes.* Ep. 100. pag. 239. D. et *Basil. Seleuc.* initio Gr. I. Reitz.

Pag. 160. l. 5. *Ὁπόταν — καταμάθῃς*) Non fugit *Solanum*, *ὁπόταν* aeque cum optativo construi atque cum subjunct. sed meliorem hic esse subjunct. recte judicavit; non enim sensus est, *ubi intelligere velis aut possis*, sed, *postquam intellexeris*. Quare ei obsecundavi. Reitz.

Ibid. Καταμάθῃς) Ita W. Impressi omnes minus recte *καταμάθοις*. Solan.

Ead. l. 10. *Ἰσθμοῖ*) Sic et infra recte Ner. c. 8. *Ἰσθμοῖ ἀπέθανεν*. Sic *Πυθοῖ*, *Pythone* in urbe, *Thucyd.* V. 18 f. *Ἰσθμοῖ* etiam *Pindar.* Ol. 2. med. Reitz. Cff. quae propiora erant, supra capp. 9. et 11. Lehm.

Ead. l. 14. *Οὕτω*) Parvi est. Sed *οὕτως* probum arbitror, et ab librariis posterioribus euphoniae caussa mutatum. Ut enim sequente consona *οὕτω* frequentius scriptum invenimus, sequente vero vocali *οὕτως*, ita crebro *οὕτως* consona etiam sequente exaratum videas. Indicavi nonnulla ad Scholiast. Gall. c 9. Adde singula fere *ἐπιμύθια Aphthonii*, ubi *οὕτως νεότης*, *οὕτως φαῦλοι*, *οὕτως λίαν* etc. invenies perpetuo. Item *οὕτως καὶ Aesop.* fab. 8. Apud LXX. *Numer.* XXXVI, 5. *οὕτως φυλή*· ac 2. *Reg.* XVIII, 14. *οὕτως μενῶ*. *Diod. Sic.* III. c. 8. *οὕτως δέ*. Sed variatur fere perpetuo in Codd. ejusdem, aliis *οὕτω*, aliis *οὕτως* exhibentibus. At cum veteres in pronuntiando σ ultimum videntur elisisse, inde factum, ut deinde consona sequente, modo adscriberetur, modo omitteretur. Reitz. Cf. supra Paras. c. 8. Hermot. c. 31. et quae ad eundem Hermot. cap. 27. monuimus Tom. IV. p. 409. Lehm.

Pag. 161. l. 4. *Πῖλον*) Haud suo loco vox *οἴκοθεν* sita est, sed familiare hoc *Luciano*. De pileo quod habet, mu-

tatum deinceps. Atheniensium morem ex *Philostrato* discas. Vit. Soph. p. 572. Solan. Non adeo alienum est οἴκοθεν, si cum *L. Bos* de Ellips. p. 216. verb. Ἀπιέναι, exposueris, ejus participium subaudiendo, i. e. οἴκοθεν ἀπιόντι, aliaque non absimilia ab eo adducta contuleris. Reitz. Accuratius *Schäferus* ad *Bosii* librum p. 586. monet, notionem τοῦ ἀπιέναι, etiamsi nihil extrinsecus assumas, latere involutam adverbio οἴκοθεν, quod sit pro ἀπ' οἴκου. comparato loco *Homer.* Il. VIII, 53. sq. et laudato *Fischero* Ind. Theophrast. s. v. ἀπό. Vertit autem ad hunc modum *Schäferus*: *Pileum enim deponere, simulac domo exieram, visum est.* Paullo liberius et brevius, neque eo minus recte, *Gesnerus.* Lehm.

Ead. l. 6. Ὅτιπερ) Ego *Pelleti* conjecturam recipiendam arbitror. Reitz. Recepit vere *Pauly*, idque fortasse, quod aegre fero, confirmatus etiam mea quadam confidentiore adnotatione ad Somn. c. 17. Tom. I. p. 207., cui nunc, quatenus ad hunc quidem locum pertinet, facile renuntio, lectis, quae subtiliter de hac dictione nuper disseruit *Fritzsch.* Quaestst. p. 33. sq. imprimis p. 37. quamqnam non omnibus ac singulis, quae illic profusa legeris, subscribas. Verterat h. l. *Gesnerus: Tempus autem anni, quae fervidissima est pars astri, quod caniculam vocatis, adurentis omnia, et — reddentis*; quam interpretationem sane inficetam nunc ego mutavi ad *Fritzschii* rationes saniores. Paullo aliter *Seagerus*: *Anni vero tempus ardor est ipse ferventissimus illius sideris.* Lehm.

Ead. l. 6. Ἀστέρος — πάντα καταφλέγοντος) Canis sidus, quae et canicula, ardentissimo aestatis tempore exoritur, Sole primam partem Leonis percurrente, qui dies 15. ante Augusti Kalendas est. *Plin.* L. II. c. 47. L. XVIII, 28. Cogn.

Ead. l. 15. Αἱ ὑπαλθριοι) M. et Edd. omnes, exceptis *Ven.* quae omittunt. Solan.

Pag. 162. l. 2. Ὅπως μὴ) Subaudi, ὅρα, i. e. ὅρα ὅπως etc. Guyet. Vid. ad Timon. 28. Solan. (At ex divisione Hemst. jam est §. 48.)

Ead. l. 3. Προσέξεις) Miror, quî *Solanus* noster, facilis alias ad mutandum contextum, ubi quid melius alicubi invenit, hic nil mutarit. Ego praefero προσέξῃς ex W. Etsi μὴ τοῦτο ποιήσεις recte dicitur; tamen in ejusmodi ellipsi, quae hic subest, nimirum, ὅρα ὅπως μὴ προσέξῃς, subjunctivus est melior. In Tim. cap. 48. καὶ ὅπως — φυλάξῃ legas. Juvat addere, quia haec lectio discutienda est, alterum locum *Solani*, quem ad Tim. indicavit, esse in Prometh. c. 3. Sed quia *Hemsterh.* alia divisione instituta numeros in notis *Solani* tamen non mutavit, vide jam Prometh. §. 5. ubi rursus καὶ

ὅπως μου κατηγορήσῃς. Et sic *Eurip.* quem adducit; itidem cum subjunct. Immo vel simplex μὴ et ὡς μὴ subjunct. jungi, quis dubitat? *Phalar.* Epist. 26. μὴ ἀγνοήσῃς. Noster mox c. 18. f. ὡς μὴ περιπλέκῃς etc. Quia tamen μὴ ποιήσεις sine ὅπως haud infrequens, quod probatione non eget, etiam hic nihil muto, nisi plures Codd. accedant. Reitz. Vid. *Hermann.* ad *Sophocl.* Ajac. v. 557. et qui alii illic laudantur. H. 1. *Schmiederi* rationem, qui conjunctivum praetulit, recte improbat *Jacobus* ad Toxar. c. 35. p. 113. nec secutus illam *Pauly*. Lehm.

Ead.. l. 10. Ὅσα) W. et L. In impress. omnibus ὅσῳ, quod alibi elegans est; hic autem locum habere posse mihi quidem non videtur; ideoque rejeci. Vid. not. ad Phalar. II. c. 2. Solan. Ne mihi quisquam objiciat, post ὅσῳ intelligi μᾶλλον, quod ipsum saepe commonstravi; et sic vulgatum stare posse. Ego hic μᾶλλον locum vix habere video, nec ὅσῳ adeo habere, quo referatur; cumque mox τὰ μέγιστα sequatur, ὅσα eo cupidius arripui, quod tribus praeterea testibus firmatum se satis vindicat. Reitz.

Ead. l. 12. Οὐδὲν — ἀποκρυψαίμην αὐτὴν) Non audio Florentinae αὐτῇ. Ἀποκρύπτεσθαι enim cum duplici accusativo construi amat, quod vel Lexicogr. ex *Plut.* et *Plat.* tradidere. In Novo Foedere ἀποκρύπτω τι ἀπὸ τινὸς construi solet. Reitz.

Pag. 163. l. 1. Εὐεργέτης ὑμῶν) Ἐπώνυμοι prisci heroës fuerunt, a quibus Atticae tribus sua cognomina acceperunt: his magni honores ab Atheniensibus collati, statuaeque in arce ejus urbis collocatae. Horum nomina si quis desideret, *Pausan.* in Attic. et *Demosth.* ἐν ἐπιταφίῳ consulat. Cogn.

Ibid. Ἀναγεγράφθω) M. et editiones fere omnes. Sed *Veneta* utraque ἀναγραφέσθω. Solan.

Ead. l. 2. Χαλκοῦν αὐτὸν) Conf. Lexiph. c. 11. Paras. c. 48. et passim. Reitz. De formulis dicendi ἀναγράφεσθαι εὐεργέτην et στῆσαι, vel ἀναστῆσαι, χαλκοῦν, χρυσοῦν, plura se ad h. l. et ad Lexiphanem c. 11. dicturum pollicitus tum ad Charon. extr. tum ad Timon. c. 51. *Hemsterhusius* promisso stare non potuit, quia ad neutrius libelli fines pertinuit egregii viri cura. Quod detrimentum ex parte resartum a *Valcken.* ad *Herodot.* VIII, 85. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 624. Lips. Ceterum vitium satis grave, teste *Paulyo*, suboluit h. l. *Odofr. Müllero* in *Erschii* et *Gruberi* Encyclop. T. VI. p. 250. sq. Vix enim ferenda videntur παρὰ τοὺς ἐπωνύμους ἐν πόλει παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν, vel propterea, quod heroum dictorum statuae in Ceramico, ergo in urbe, Minervae vero simulacrum in arce positum fuit. Sed quae affertur per se quidem satis

ingeniosa medicina, *ἢ ἐν πόλει παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν*, non omnino mihi placet, quum *πόλις* h. l. pro *ἀκρόπολις* durius haud dubie sit dictum, nec probetur iis, quae *Pauly* ad hunc finem sedulo congessit. Quidni potius conjicias *ἢ ἐν ἀκροπόλει παρὰ τ. Ἀθ.* quemadmodum legitur Timon. c. 51. aut, quod multo mallem, *παρὰ τοὺς ἐπωνύμους ἐν πόλει, ἢ παρὰ τὴν Ἀθ.* (i. e. in arce) quam emendationem vix me continui, quin meo periculo reciperem. Lehm.

Ead. l. 3. *Τοὺς ἐπωνύμους*) *Hesych. Ἐπώνυμοι, οἱ τῶν φυλῶν ἐπώνυμοι Ἥρωες, οἵπερ ἦσαν δέκα.* Guyet. De duplici potestate hujus vocis vid. *Hemst.* ad Dial. Mar. IX, 1. et *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I, 20. Reitz.

Ead. l. 3. *Ἐπωνύμους*) Duplices hi *Meursio;* primo X numero, a quorum statuis dictae tribus. Secundo XLII, quorum statuae in Ceramico erant. Solan.

Ead. l. 11. *Αὐτόχθονας ἄνδρας*) *Thucydides* in proëm. histor. *Aristid.* in Panathen. *Aristophan. ἱππευ. Tzetz.* ad *Lycoph.* Vide virum clar. *Jo. Savar.* ad *Sidon. Apoll.* Epist. 6. lib. 8. Bourd. Adde *Spohn.* ad *Isocrat.* Paneg. c. 4. Lehm.

Ead. l. 15. *Οἰκοῖτο*) Conf. supra c. 14. sub init. Solan.

Pag. 164. l. 3. *Συνηρεφεῖ*) M. *Salm.* et *Amst.* Reliquae *συνειρεφεῖ*, mendose. Solan.

Pag. 165. l. 3. *Διακόψῃς*) Lego *διακόψεις*. Guyet. Non improbo quidem hanc conjecturam. Nihil tamen mutaverim: nam cum sit aorist. subj. activi, qui saepissime futuri habet potestatem, eo quod hic modus alio futuro careat; recte vertas, *ita amputaveris, praecideris ambages.* Usitatior quidem in *ἀποδόσει* ejusmodi indicativus, ut ap. *Hippocr.* S. 2. aph. 9. *ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις*, ne alia addam, in re tritissima: sed subjunct. nihil habet incommodi. Reitz. Non incommodi solum h. l. plurimum habet absolutus Conjunctivus, sed etiam vitium turpiusculum, siquidem eam, quam *Reitzius*, velis sententiam inesse. Correxi itaque confidenter, etiam antequam videram *διακόψεις* vere legi in B. 3. Lehm.

Ead. l. 4. *Ἐξαγώνια*) Id est, *ἔξω τοῦ ἀγῶνος*. Guyet. Habuimus supra, pro Imag. c. 18. pr. Reitz. Cf. infra c. 21. Lehm.

Ead. l. 5. *Βουλῇ ἐξ Ἀρείου πάγου*) Sic infra De Dom. cap. 18. f. *ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή*. Solan. Sed vid. de re ipsa notata ab *Hemsterh.* ad Tim. c. 50. Reitz. *Τῇ βουλῇ τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου Salm.* et *B.* 4. quas secuti sumus. Bip. Typographicum hoc est vitium unius *Reitzianae* Ed. Lehm.

Ead. l. 8. *Φόνου*) Subaudi *δίκην*. Guyet.

Ead. l. 10. *Ἐν τῷ μέρει*) Recte, pro *alternis vicibus.* Ita *ἐν μέρει vicissim*, supra Bis Accus. c. 16. f. vel *deinceps, suo*

ordine, ut *Diod. Sic.* II. c. 34. f. Ubi plura testimonia profert *Wesseling.* No. 80. Et *Hemst.* ad Dial. Mort. XII. ubi *οὐκοῦν ἐν μέρει ἑκάτερος εἰπάτω*, docet *per vices* significare, quod interpretes interdum fugerit. Reitz.

Ibid. Διώκων) Verbum hoc forense esse, etsi satis notum, et *actorem* notare, eique opponi *τὸν φεύγοντα. reum;* vid. tamen exempla pluscula adferentem *Jac. Elsn.* in Observ. ad Evang. *Matth.* V, 44. ubi et *Gatakerum* haec fugisse animadvertit, qui *μήτε διώκων, μήτε φεύγων* in *Antonin.* de reb. suis III, 7. frustra mancum pronuntiat. Reitz.

Ead. l. 13. *Ἦν δέ τις ἢ προοίμιον εἴπῃ*) Apud Areopagitas oratoribus haud licuisse affectus movere, ut quibus judicum animi a veritatis luce in falsitatis caliginem saepe abducuntur, auctor est *Quintil.* L. II. c. 17. Igitur Athenis interdicebat praeco dicturis in concione, ne vel praefatione vel affectibus uterentur, rem modo exponerent, *ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν.* Cogn.

Pag. 166. l. 1. *Περιπέττειν*) *Περιελίττειν* legit interpr. Guyet. *Περιπέττειν — ἐν τοῖς λόγοις*) De hoc pleonasmo praepositionis *ἐν*, satis dictum supra Herod. c. 5. Reitz. Comparat *Pauly Aristophan.* Plut. v. 159. *ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν*, et *Horat.* Sat. II, 7, 41. „verbisque decoris Obvolvas vitium.“ Lehm.

Ead. l. 2. *Γυμνὰ τὰ γεγεν. βλέποιεν*) Divus *Paul.* ad Hebr. IV, 13. *καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ* etc. ubi alia similia dedit *J. Elsner.* neque haec *Luciani* praetermisit. Reitz.

Pag. 167. l. 8. *Ἡμῖν*) Lege *ἡμῶν.* Solan. Nondum vulgatum immuto. Reitz. Cum hoc *Reitzio* pugnat is, qui in Varr. Lectt. judicium tulit. *Pauly* tuetur *ἡμῖν*, appositive, ut ait, jungens cum *ἑκάστῳ*, et provocans ad *Matthiaei* Gr. Gr. §. 301. At illic *Matthiae* usum illustrat frequentem et vulgarem, h. l. certe ad appositionis legem vix revocaveris verba. Nihilominus contendam nihil esse in vulgatis mutandum, haec autem sic intelligenda: *quale quid in nobis unicuique est anima;* i. e. *quale quid in se unusquisque nostrum habet animam.* Solam *ἡμῖν* ad *ἐν* referendum, *ἑκάστῳ* autem ad *ἐστί.* Lehm.

Pag. 168. l. 12. *Ἀφ᾽ ὧν τά τε εὐφυῶς διακείμενα, βελτίω παρὰ πολὺ γίγνοιντο ἄν, καὶ τὰ φαύλως ἔχοντα μετακοσμοῖτο πρὸς τὸ βέλτιον*) Planum est, legendum vel *γίγνοιτο*, vel *μετακοσμοῖντο.* At prius est *ἑλληνικώτερον.* Sic paullo post, *οἱ (γεωργοὶ) τὰ φυτὰ μέχρι μὲν πρόσγεια καὶ νηπιά ἐστι, σκέπουσι, καὶ περιφράττουσιν, ὡς μὴ βλάπτοιντο ὑπὸ τῶν πνευμάτων.* Et hic haud dubie *βλάπτοιτο* legendum, praecessi

enim *ἐστί*. Non tamen semper, vel ipsi Attici, neutrum plurale cum verbo singulari construunt. Nam apud *Nostrum* in Dial. Mortuor. XIII. §. 1. *ὅμοια ἐλέγοντο* · et in Parasito c. 53. *ταῦτα ἀπόλλυνται* · in eodem hoc libello cap. 24. *σώματα γίγνονται* · et alibi *ἱερήϊα θνήσκουσι*. Sic et apud *Aelianum*, *οὐ πιστὰ δοκοῦσι*, et *δρομικώτατά εἰσι*, pluraque talia. Jens. *Τῷ ὧν* M. et *Fl.* Ed. melius, mea quidem sententia, quam *ἀφ'*, quod in reliquis est. Solan. Quamquam non deest, quo vulgatum *ἀφ'* defendam, tamen facile hoc *Solano* et adductis auctoritatibus dedi, ut alteri praeferrem, quod melius est. Sic et Evang *Luc.* XI, 7. *ἤκουσε δὲ Ἡρῴδης — τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα*. *Herodian.* IV. XI. 5. *χαίρειν τοῖς γινομένοις ὑπὸ τῶν βαρβάρων προσεποιεῖτο*. Et alii passim. Alioqui ad vulgatam *ἀφ' ὧν — γίγνοιντο* defendendam adferrem *Long.* Past. II. p. 61. Ed. *Wech.* *ἀπώλετο ἡ ναῦς ἀπὸ τοῦ πνεύματος*. *Alciphr.* I, 29. pag. 120. *βουλόμενον σπουδασθῆναι ἀπὸ σοῦ*. (ubi *Bergl.* tamen *ὑπὸ* malit.) *Aesop.* fab. 65. in *Ἐπιμυθ.* *οἱ ἀδικοῦντες ἀπὸ θεοῦ κολάζονται*. *Aelian.* V. II. VII, 1. *καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης προσταττόμενα δράσαι*. Ev. *Luc.* VII, 35. *καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων*. Plura vid. in Obs. Miscell. vol. V. III. 427. Quae tamen minime eo adfero, quasi parum interesse inter *ὑπὸ* et *ἀπὸ* existimem, quod Graeci alias egregie distinguunt; (et melius, quam Latini, qui utrumque una praepositione *ab* efferentes saepe in ambiguitatem incidunt maximam, ut multis exemplis commonstravi in libello *de Ambiguis*) nam cum e. c. Evang. *Luc.* IX, 45. *ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν* legas, contrarius fere sensus emerget, si ibi *ὑπὸ* dixeris. Ita *αἴρεται ἀπ' ἐμοῦ*, *aufertur mihi*, sed *αἴρεται ὑπ' ἐμοῦ*, *ego aufero*, s. aufertur meâ operâ. Sic et *ῥυσθήσεται ἀπὸ σοῦ*, erit *liberabitur a te*, cum *ὑπὸ* vero, *liberabitur per te*. In nonnullis autem locutionibus perinde erit, utrum *ἀπὸ* an *ὑπὸ* utare, ut, *δοθήσεται ἀπ'* et *ὑπ' ἐμοῦ* · ubi eodem redibit, dabitur *a me*, sive *de meo*, an *per me*. Reitz.

Ead. l. 15. *Γίγνοιτο*) Vide *Jens.* in omnibus libris nostris mendose *γίγνοιντο*, cum sequatur mox *μετακοσμοῖτο*. Solan. *Γίγνοιντο*) Facile largior *Jensio* ac *Solano*, *γίγνοιτο* melius convenire sequenti *μετακοσμοῖτο*, et *Lucianum* forsan etiam sic dedisse; quia tamen non plane est vitiosa oratio, sine Codicum auctoritate hic nihil mutavi: nam ne regulae quidem Grammaticae ajunt conjunctionem similes numeros postulare; neque neutrum plurale semper singularem verbi requirit; (quod ipse *Jensius* recte monuit, et exempla plurima neutrorum cum plural. indicavit etiam *Wessel.* ad *Diod. Sic.* V.

c. 8. No. 85. ubi cum vulgo ederetur *ἔθνη διεφέροντο, καὶ — ὑπήκουεν*, jam tamen ex 2 Codd. *ὑπήκουον* concinnius editum, licet vulgatum defendi posset ex *Eunap.* in Oryb. p. 174. qui *ταῦτα μὲν οὖν εἰσι καὶ οὕτως ἔχει.*) Sic mox c. 24. *εὐτονώτερα γίγνοιντο* omnes. Ubi tamen solus W. *γίγνοιτο* iterum. Sed c. 24. med. idem Cod. cum Edd. *τὰ σώματα γίγνονται.* At si quid mutandum, *μεταχοσμοῖντο* potius pro *μεταχοσμοῖτο* scriberem, quia *γίγνοιντο* dedita opera in plur videtur constituisse, quod plurale *βελτίω* etiam addiderit, cum *βελτίον γίγνοιτο* dicere potuisset, si ad singularem transire voluisset: ut c. 34. *πολὺ ἄμεινον χρήσαιντ' ἂν αὐτοῖς.* Quamvis hoc pro argumento invicto non venditem, cum possit etiam *βελτίω* indeclinabile positum dici ab iis, qui singularem praeferunt, veluti *Diodor. Sic.* *πλείω* adverbii more uti solet, ut observat *Wessel.* ad L. I. c. 92. pr. Et ut *Lucian.* etiam Asin. c. 10. *πληγὰς ἔτι πλείω λάβῃς.* Immo et *βελτίω, μείζω, καλλίω* ex *Aristaen.* dedimus ad Abdicat. c. 16. pr. Verum et singularis cum plurali personae permiscetur in aliis locutionibus, ut *Liban.* Ep. 394. pag. 200. f. *εἰςήλθομεν εἰς ἄνδρας — τί οὖν εἰςῆλθες;* ibid. pag. 202. *φάρμακα πεπώκαμεν — φλέβα δὲ ἐτμήθην οὐκ εἰωθώς.* Et Ep. XV. *ἔγνωμεν καὶ ἠπιστάμην.* Notabilior transitus a plur. ad sing. est in Ep. *ad Galat.* VI, 1. *ὑμεῖς καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον — σκοπῶν σεαυτόν.* Sed aliud ejusmodi vidimus in Zeux. c. 7. *περίβαλε — καὶ ἀράμενοι*, cui adde Ev. *Luc.* V, 4. *ἐπανάγαγε — καὶ χαλάσατε.* Et *Aelian.* I, 4. ubi unius canis mentione praemissa, pergit, *οὐδὲ πίνουσιν ἐπιχιπτοντες.* Reitz. Etiam *Pauly* intercedit mutationi utriusque loci propositae, et tum *γίγνοιντο*, tum *βλάπτοιντο* servari vult, ad similem provocans, quae dicit, negligentiam *Homeri* Odyss. XII, 43. — *τῷ δ' οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα Οἴκαδε νοστήσαντι παρίσταται, οὐδὲ γάννυται.* et ad observationes *Davis.* ad *Cic.* Nat. Deor. I, 19. *Fischer* ad *Weller.* III. b) p. 61. *Heindorf.* ad *Plat.* Gorg. sect. 75. et *Hermann.* ad *Viger.* p. 898. Lehm.

Pag. 169. l. 5. *Μουσικῇ*) Inter reliquas Cyclicas disciplinas, primo loco Musicam discebant, quam et Epaminondas et alii nobiles viri summa cum industria consectati sunt, ut admonet interpres *Aristoph.* in Equit. et *Athen.* L. XIV. Cogn. Videndus ea de re *Plato Ποl.* et *Strabo* I. Solan. Adiri etiam *Pauly* jubet *Orellium* in commentatione inscripta „Aristoteles Paedagogik in Philolog. Beytr. von *Bremi* u. *Doederl.* I. p. 99. sq. Lehm.

Ead. l. 6. *Ἐπιλέξασθαι*) Cf. supra Diall. Marr. V. §. 2. ibique de hoc verbo notata ab *Hemst.* Adde 2. Ver. Hist. §. 36. Reitz.

Pag. 170. l. 1. *Ἑμαυτῷ*) Male Florentinam habere *ἑαυτῷ*, adscripserat *Solan.* At nescio, num prorsus male: nam ut id pro *σεαυτῷ* habuimus supra Paras. c. 8. et ipse fatetur *Lucianum* sic saepe solere, ita et pro *ἐμαυτῷ* 1. Ver. Hist. cap. 6. Asin. c. 13. etc. nam singula repetere nihil opus est. Interim vulgatum hic tutius servatur. REITZ.

Ead. l. 12. *Προῤῥήσεων*) Cf. supra de Sacrif. c. 12. pr. SOLAN.

Ead. l. 17. *Οἳ δημοσίᾳ* etc.) *Οἳ δημοσίᾳ πᾶσι πρόκειται ἀναγινώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἅμα ἀναγεγραμμένοι* sc. *νόμοι*, leges, *quae majusculis literis scriptae omnibus publice legendae proponuntur.* Quid *ἅμα* hic sibi velit, non video. In Ed. *Flor.* legitur: *μεγάλοις γράμμασιν ἅμα γεγραμμένοι.* In Ms. vero, *μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι*, ut omnino scribendum est. GRAEV. Parum abest, quin monente *Graevio*, ac praeeunte Ms. illud *ἅμα* ejiciam e contextu, quod e compendio *τοῦ ἀνα* — natum videtur, ita ut prior aberrans scriba *ἅμα γεγραμμ* — dederit, quod dein, cum in aliis exemplaribus *ἀναγεγρ* — inveniretur, una cum illo servatum est. REITZ. Praeterea notat haec *Pauly:* „Nempe leges in tabulis, quas „*ἄξονες* vocabant, conscriptae asservabantur vel in arce, vel „in prytaneo. Cf. *Plut.* Solon. Posterius tradit *Pollux* Ono„mast. VIII, 10. *Potter.* Archaeol. I. p. 294. sqq. De aliis ta„bulis *κύρβεις* dictis vid. *Schneider.* in Lex. Sitas eas fuisse „in *Βουλευτηρίῳ* probabile est. At forsan h. l. sermo est de „legum apographis parieti *τῆς στοᾶς τῆς βασιλείου* appictis „(*Fischer.* ad *Plat.* Eutyphron. c. 1. *Schneider.* ad *Vitruv.* T. „II. p. 311.) quae omnibus essent in conspectu. *Andocid.* de „myster. IV. p. 41. Ed. *Reisk.* Licet enim apographa ista tri„ginta tyrannorum aetatem excedere non videantur (*Potter* l. c. „p. 297.) haud tamen ita religiosum fuisse perhibeo Lucianum, „ut temporum rationem paullo migrare veritus esset. Idem „fecisse videtur supra de signo Apollinis Lycii, §. 7." LEHM.

Pag. 171. l. 5. *Σοφισταὶ*) Cum tam crebro fiat Sophistarum philosophorumque mentio, non inutile fuerit eorum discrimen explicare, idque ex *Platone* potissimum, qui Sophistam his fere coloribus depingit, ut sit avarus, ambitiosus, vanus, et virtutis expers, in nugis occupatus, ac propterea tum fugiendus, tum contemnendus: contra philosophus summum ac prope unicum veritatis studium habet, cetera omnia vel leviora ducit vel contemnit, probitatis et sapientiae magister et exemplum. COGN.

Ibid. Φιλόσοφοι) Solonis aetate nondum inventum erat *philosophi* nomen. Res notior est, quam ut diutius im-

morer. SOLAN. Nihilo magis corrigendus cum *Belino* anachronismus satis ille vel tolerabilis, vel prope necessarius h. l. Conferri *Pauly* jubet *Juvenal.* Sat. VII, 167. ibique *Rupert.* Paullo ante formula ἐκ τοῦ ἴσου ἀλλήλοις συμπολιτεύεσθαι minus recte a *Gesnero* reddita: *ex aequo capessere rempublicam*, monente *Wielandio*, corrigenda videbatur. LEHM.

Ead. l. 7. Κωμ. — τραγ.) Atqui minime probabat Tragoedos Solon, qui Thespin ideo agere et docere vetuit. Vide *Diog. Laërt.* p. 15. A. et *Plut.* Cautum etiam Athenis lege est, ne quis Areopagita Comoediam scriberet; idem *Plut.* de glor. Athen. Exstat *Aristidis* oratio *de non agendis Comoediis.* At Gorgias aliter sentiebat; vid. *Plut.* de aud. Poët. Haec fere ex *Menagii* ad *Diog.* notis. Antiquissima apud Athenienses inventores Tragoedia. *Plat.* 47. CD. SOLAN.

Pag. 172. l. 2. Κράνη — κεχηνότα παμμέγεθες) Conf. supra Quom. Hist. c. 4. SOLAN. Adde De Saltat. c. 27. Nigrin. c. 11. ibique *Cler.* LEHM.

Ead. l. 13. Ῥήσεις) Cf. supra Quom. Hist. c. 1. SOLAN.

Pag. 173. l. 8. Γίγνοιντο) Hic certe eodem redit, γίγνοιτο cum W. legas, an γίγνοιντο. Conf. supra ad fin. c. 20. dicta. Quare et hic constantem Edd. lectionem non muto. REITZ.

Ead. l. 15. Ὁμόσε χωρεῖν ταῖς πληγαῖς) Reddidit *Gesnerus: excipere e proximo plagas; Obsopoeus; ut pariter ictuum declinandorum periti evadant.* Multo rectius *Wieland.* ihrem Gegner zu Leibe gehen; *Belinus*: s' avancer courageusement au — devant des coups. Militaris scilicet proprie formula est ὁμόσε ἰέναι, ἐλθεῖν, χωρεῖν τινι de iis, qui in pugnam cum adversario cominus ineundam congrediuntur. Cf. Pseudol. c. 18. et Quom. Hist. Conscr. c. 29. et *Rudolph.* in Ind. s. ὁμόσε. Πληγαὶ autem h. l. sunt *plagae caestus ope adversario illatae.* LEHM.

Pag. 174. l. 2. Συννενευκότες) Ita recte W. solus. Reliqui mendose συνενευκότες. SOLAN. Idem mendum eodem modo emendatum sub initium hujus libelli. LEHM.

Ead. l. 5. Οὐκ ἀχρεῖα οὐδὲ οὗτοι ἐκμελετῶντες) Sustuli punctum, quod in Edd. nonnullis, atque in versionibus priscis aderat ante οὐκ, quasi separatus esset sensus, et nominativus adeo absolutus, qui jam, ut *Gesnerus* quoque voluit, a praemissis pendet. De nominativo illo absoluto alibi agemus, si usus postulaverit, quod Index commonstrabit. Qui vero periodum hanc separatam volunt, possunt intelligere verbum εἰσὶ, de cujus frequentissima ellipsi vid. *L. Bos*, et *Aretaei* Syntax. De οὐκ — οὐδὲ autem sic posito conf. 1. Ver. Hist. c. 6. Item c. 24. Et 2. Ver. Hist. c. 30. De Salt. c. 4. *Long.*

Past. III. 110. *οὐκ ἔλαθεν αὐτὴν οὐδὲ κλαύσας ὁ Δάφνις*, et *Bergl.* ad *Alciphr.* I. Ep. 32. p. 132. Reitz.

Ead. l. 8. *Σώματα γίγνονται*) Conf. modo dicta ad *εὐτονώτερα γίγνοιντο*. Reitz.

Pag. 175. l. 3. *Ἀργὸν*) Vid. *Thom. Mag.* v. *ἀργὸς*, et *Lucian.* Musc. Encom. cap. 8. ubi iterum genere fem. *ἀργὸς* dicitur. Solan.

Ead. l. 5. *Ἰδρῶτί τε — ῥεόμενα*) Supra ad 1. Ver. Hist. c. 7. ubi *ποταμῷ οἴνου ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ* (*ὁμοιωτάτῳ* editum culpa operarum) haec verba adferens scripsi *ῥέοντα*, quia sic legebam in *Junt.* (etsi male *ῥέονθα* typis in ea descriptum, quam tum prae manu habebam.) Jam vero ceteras *ῥεόμενα* habere video, quod mutassem, si plures Codd. juberent. Nam *τὰ ῥέοντα* magis obvium, quam *ῥεόμενα*. Est tamen apud *Homer.* Il, Ψ, 367. *χαῖται δ' ἐρρώοντο μετὰ πνοιῆς ἀνέμοιο*, quod *Schol* interpretatur *ἐκινοῦντο, ἐσείοντο* cumque *Stephan.* etiam ex *Galeno* adferat *ἱδρῶτι ῥεόμενος ὁ νεανίσκος*, quod ipse exponit eadem forma dici, qua *διαπνεόμενος*, jam omnino nihil hic immutatum velim. Maxime cum et supra l. d. id activa sive transitiva potestate, accusativo junctum habuerimus, quod *Solan.* frustra suspectum habebat ratione accusativi, ad quem probandum, praeter *Eurip.* ibi productum, etiam addo *γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι*, quod habemus quater apud LXX. *Exod.* III, 8. et 17. et XIII, 5. ac XXXIII, 3. Et plus decies ibidem deinde. Adeoque structura loci istius in 1. Ver. H. poterit eadem ratione stare, si construxeris, *ποταμῷ ὁμοιοτάτῳ ῥέοντι οἴνου, μάλιστα οἷος ὁ Χῖος ἐστὶν*, ut *Gesnerus* etiam accepit. At quia languet, flumen praedicare simile esse vinum fluenti, quod revera vinum vexisse adfirmat auctor, etiam nunc mallem aliquid emendare, ac legere, *ποταμῷ ῥέοντι οἴνου ὁμοιότατον* etc. ut similitudo referatur ad speciem vini. Mirere autem, cur hic spernat *Solanus ῥεόμενα*, infra vero intactum sinat c. 38. ubi *αἵματι ῥεομένους* quoque habemus, et sine varietate. Ideoque et hic esto intactum. Reitz. Cf. *ῥεόμενον ἱδρῶτι* Diall. Deor. XV. 1. et *αἵματι* Diall. Mortt. XIV, 5. Sed res jam nimis est nota. Lehm.

Ead. l. 6. *Ῥέοντα*) Venetae. In M. et Edd. reliquis *ῥεόμενα*, quod hic minus elegans mihi videtur. Confer Not. ad Ver. Hist. I. cap. 7. Solan.

Ead. l. 7. *Τὸ μεσημβρινὸν*) I. e. *κατὰ τὸ μεσο* — vid. ad Gall. c. 6. Reitz.

Ead. l. 11. *Εἰς χεῖρας ἐλθεῖν*) Phrasis apud Historicos obvia, aeque ac *ἐντὸς βέλους*, de pugnantibus. Contra in mitiorem etiam partem *Long.* Past. II. pag. 45. Ed. *Jung.* *ἐδεόμην*

οὖν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν μηδὲν φοβούμενον ἔτι. De sene Cupidinem orante, ut ad se veniret, se capere sineret. Sed εἰς χεῖρας δέχεσθαι et ἰέναι de proeliantibus habuimus 1. Ver. Hist. cap. 17. et Zeux. c. 9. Ἐν χερσὶν autem ἡ μάχη ἐγένετο *Arrian.* Exp. Al. I. p. 57. m. Reitz. Formulam ἐς χεῖρας ἐλθεῖν vide apud Nostrum Diall. Mortt. XIV, 2. extr. Ἐντὸς βέλους γενέσθαι in simillimo loco iterum occurrit Bacch. c. 4. oppositum dictioni ἔξω βέλους s. βελῶν εἶναι, quae fere proverbii vice in his libris fungitur, ut Diall. Deor. XIII, 2. Diall. Marr. II, 1. Conviv. c. 2. Lehm.

Ead. l. 13. Ἔμψυχον) Cum εὔψυχον invenirem in *J.* neque aliam varietatem adscriptam ab *Solano*, nisi quod ἔμψυχον in M. legatur, sed manu seriore exaratum, suspicabar eum εὐψ — probasse, atque sic edi voluisse. Ideoque Edd. cett. diligenter excussi, supraque addidi, et vulgatam prae lectione *Junt.* servandam existimavi: nam etsi εὔψυχον primo adspectu blandiri queat; tamen non adeo de magnanimitate heroica hic sermo est, quam de vegeto habitu corporis, in quo nulla languoris signa, sed calor, rubor, adeoque et alacres ac vividae actiones horum comites. Reitz.

Ead. l. 14. Ἀπολαύοντες) Cum ἀπολάμποντες sit in W. possis etiam ἀπολάμποντος conjicere. At cum in vulgato nihil sit incommodi, nihil potius tentandum. Alioqui splendendi ac nitendi verbum convenit hominibus boni habitus, ut cap. 29. στιλπνότερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. Et *unde sic nites?* lupus ait cani bene pasto apud *Phaedr.* III, 7. Sed in illo *Luciani* loco στιλπνὸς adhibetur post sordes ablutas, adeoque non prorsus est idem. Reitz. Quî *Reitzii* conjecturam ἀπολάμποντος cum reliqua oratione concilies, vix ipse dixerit, nisi de ἀπολαμπούσης forte cogitaverit. Sed missa utraque ineptia, *Pauly* probandam suscepit Wittiani Codicis lectionem ἀπολάμποντες, „Ne dicam, inquiens, veri esse similius, ἀπολαύοντες corruptum esse ex ἀπολάμποντες, quam ex illo hoc; frigidius certe „h. l. videtur illud ἀπολαύοντες. Non infrequens est ἀπολάμπειν s. ἀπολάμπεσθαί τινος apud ipsum adeo Nostrum. Syria „D. §. 30. ὁ νηὸς χρυσοῦ πολλοῦ ἀπολάμπεται." At ut largiar, quod tamen locus ille non omnino probat, ἀπολάμπειν εὐεξίας per se *Lucianum*, salvis linguae rationibus, scribere potuisse; sententia certe hujus loci vehementer repugnat novae lectioni: nam splendidus, s. nitidus, corporis habitus, quum nonnisi in obesam et pinguem cadat naturam, manifesto iis adversatur, quae mox sequuntur, οὔτε περιπληθεῖς ἐς βάρος, et, τὸ μὲν ἀχρεῖον τῶν σαρκῶν καὶ περιττὸν etc. Nec frigidum videri potest ἀπολαύειν τοσαύτης εὐεξίας, ubi cogites, hunc boni ha-

bitus fructum maxime cerni in bonae valetudinis robustaeque indolis sensu, voluptatis illo purissimae tum auctore, tum comite, certissimo. Nescio quo casu accidit, ut et *Obsopoeus*, et *Wielandius* haec, de quibus agitur, verba omnino omiserint interpretari. Praeterea non minus probabile est, ex ἀπολαύοντες potuisse per errorem oriri ἀπολάμποντες, quam Diall. Mortt. IV. 2. ἀπολαύοιμι in aliquot Codd. corrumpendo in ἀπολάβοιμι abiise reperitur. Cf. illic not. in Varr. Lectt. LEHM.

Pag. 176. l. 4. *Διευκρινοῦντα*) Probum hoc esse, bene multis probari posset: sed sufficiant *Diod. Sic.* IV. cap. 68. pr. τούτων δ' ἡμῖν διευκρινημένων, πειρασόμεθα διελθεῖν περὶ Σαλμωνέως, ac saepe alibi, ut ibid. cap. 71. et 73. pr. item 75. etc. *Dion. Hal. Περὶ συνθεσ. ὀνομ.* cap. 30. p. m. 21. f. τότε κἀκεῖνα διευκρινήσω, τὰ παρὰ πολλοῖς ἀπορούμενα. Noster supra Hermot. c. 7. *διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός*. Sed mox malim προσσωρεύοντα invitis Edd. REITZ. Si πρὸς, non πρὸ, composito huic inest, de quo vix ambigas; recte sane judicavit *Reitzius*, duplex σ requiri, recteque fecit *Pauly*, quod rectiorem formam prae ambigua, vel potius falsa, recepit. Ad eandem severiorem legem revocavi προσσχόντες Ver. Hist. II, 35. et I, 6. contra librorum fidem, qui vulgo ediderant προσχόντες. Vid. notam ad posteriorem locum. LEHM.

Ead. l. 5. Ἐπιμήκιστον) Sic scribebatur etiam Dial. Mort. VI. §. 5. Ubi *Fl.* quoque hoc in duo dispescit, etsi id in variantt. non addidit *Hemsterh.* Vid. tamen, quae de hac orthographia notat. Ἐπιμήκιστον iterum cap. 27. et 38. Edd. Ubi *Fl.* more suo rursus separat. Sed ἐπιπλέον conjungunt omnes infra cap. 34. med. REITZ. Cf. Diall. Mortt. VI, fin. Toxar. c. 18. Vellem nunc etiam Demon. Vit. c. 1. sic una voce ἐπιμήκιστον edidissem. LEHM.

Pag. 177. l. 5. Ἐνδιδοῦν) *Μὴ ἐνδιδοῦν* legisse videtur interpres; sed corrupte. *Τὸ ἐνδιδοῦν* participium est. GUYET. Esto participium; tamen ordinario *ἐνδιδὸν* facit. Ita ut lectorum plerique scripturam W. sint amplexuri. Quia tamen a *δόω* antique posset formari *δῶν, δοῦσα, δοῦν*, aeque ac *διδοὺς, οὖσα, ὄν*, a *δίδωμι*, nihil mutavi. REITZ. Vid. *Buttmann.* Gramm. Gr. maj. p. 518. Ceterum interpretationem horum verborum Latinam: *Si quid vero etiam cedit laboribus*, quia non percepit *Belinus*, vituperat pro more suo aeque arroganter atque imperite, is qui *Gesneri* potius discipulum, quam censorem, se gerere debuisset. Sic in proxime sequentibus etiam complura gravi fronte, eaque omnia injuria, improbat, praeter unum illud, quod *ἐπιπλεῖστον Gesnerus* non sane recte reddiderat *propemodum*. LEHM.

Ead. l. 16. *Ἀλλὰ καὶ ὑπεράλλεσθαι τάφον εἰ δέοι*) Pro *τάφον* recte viderunt eruditi reponendum *τάφρον*. Et sic plane Florentina. JENS.

Ibid. *Ὑπεράλλεσθαι τάφον εἰ δέοι*) *Τάφρον*, fossatum, scamma. MARCIL. Mirum, hoc manifestum vitium, quod olim *Marcilius* animadvertit, tolerari, cum non tantum in Florentina Ed. et Ms. sed et in interpretis libro recte legatur *τάφρον*. GRAEV. *Τάφρον* Ms. Gr. W. et Edd. *Fl. V.* 2. et *Par.* In aliis male *τάφον* legitur. SOLAN. Ut *Marcil.* correxerat, habebant jam Edd. plurimae. REITZ.

Pag. 178. l. 1. *Μολυβδίνας χειρ.*) Ridet *Constantinus* Lexicographus, vir de Graecis literis optime meritus, eos, qui usum globorum plumbeorum in saltu aliquem esse putant. (v. *ἁλτῆρες*.) Hinc ubicunque occurrunt *ἁλτῆρες* usum illum praestantes, rescribere jubet *ἁλκτῆρες*, quo pertica designatur, qua saltus haud dubie juvatur. Hanc viri docti rationem vel unicus hic *Luciani* locus subvertit. Adde, quod nostra quoque aetate quibusdam in locis mos ille antiquus obtinet. Vidi ipse in Scotia saltu certaturos, aut globulis ferreis in eam rem utentes, aut, si ad manum non essent, lapides aequi quam maxime ponderis conquirentes. Hos aliquamdiu cum vibrassent in ipsa jam saltus micatione, post tergum rejiciebant, ne *se* scilicet degravarent; eisque impetum juvari, usu se didicisse profitebantur. Consule etiam, si lubet, *Mercurialem* de Arte Gymn. II, 11. SOLAN. Alias eadem *Fl.* scribebat *μολυβδαίνας*, etiam ubi *μολυβδίνας* mallet *Solan.* Vid. Alexand. c. 25. et Lexiph. c. 5. Ego et hic *μολυβδαίνας* haud incongruum credo, at nihil muto. REITZ. Formam *μολυβδίδας*, fidis auctoritatibus h. l. firmatam, quam etiam *Hesychius* aliique agnoverunt, vid. *Wassium* ad *Thucyd.* I, 93. jure suo receperunt *Schmiederus* et *Pauly*, *Schneidero* etiam in Lex. prabante. LEHM.

Ead. l. 3. *Χαλκοῦν*) Disci haec elegans et suis omnibus numeris absoluta descriptio; qualem an apud quemquam alium reperias, haud scio. *Eustathius* aliter describit ad Il. B. *Βαρὺς λίθος*, inquit, *πλατὺς καὶ κοιλότερος*· ubi etiam discrimen observat inter discum et *σόλον*. Scholiasta *σόλιον* scribit; quae vox an et alibi reperiatur, nescio. *Homeri* utique locum respicit Il. *Ψ*, 826. ubi *σόλος* dicitur. SOLAN.

Ead. l. 7. *Ἄνω — πόῤῥω*) Posterius observandum; vulgo enim ignoratur ille disci usus. SOLAN.

Ibid. *Ἀναῤῥιπτοῦσιν*) In *ἀναῤῥίπτουσιν* jam converterat *Solan.* Sed quia et *ἀναῤῥιπτέω* invenias, nihil mutem. *Thucyd.* IV. c. 95. *τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν*. Et L. V. cap. 103. *ἀναῤῥιπτοῦσιν*. REITZ. Cf. *ἀποῤῥιπτοῦντες* Timon. c. 12. Phal.

I, 6. *διπτούμενον*, ubi tamen Gorl. *διπτόμενον*, frustra, me quidem arbitro. LEHM.

Ead. l. 11. *τοῖς ἄκροις*) De *brachiis* nescio quomodo cogitavit *Obsopoeus*. *Artus* vertit *Gesnerus*, secutus, nisi fallor, *Arnaldi* conjecturam *τοῖς ἄρθροις*, propositam illam in Miscell. Observv. Vol. V. Tom. II. p. 278. qui tamen etiam *τοῖς ἐπικαίροις* scribi posse suspicatur, i. e. partibus corporis *potissimis*; nisi forte *Gesnerus* sententiam *Dorvillii* respexerit, qui ad *Charit.* p. 337. et p. 398. sq. *τὰ ἄκρα* et *τὰ ἄρθρα* docet vi sua parum inter se differre. At sub *ἄκροις*, sive sint *τὰ ἄκρα* (int. *μέρη*. *L. Bos* Ellipss. p. 287. *Schäf.*) sive *οἱ ἄκροι* (int. *δάκτυλοι*) rectius aut digitos manuum simul et pedum, ut placuit *Wielandio*, aut, quod mihi potius cum *Paulyo* videtur, solos *pedum digitos* intelligendos esse tum usus loquendi, tum loci hujus natura, evincit. Nota est formula *ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βαίνειν*, summis pedibus incedere, Diall. Deor. XI, 2. pro qua alibi dicitur *ἄκροις τοῖς ποσί*, Diall. Marr. XV, 3., alibi una voce *ἀκροποδητί*, in nostro quidem scriptore frequenter, denique etiam ellipsi huc potissimum spectante, *ἐπ' ἄκρων*, i. e. *δακτύλων*, ut *Sophocl.*, quem locum affert *Pauly*, Ajac. v. 1209. Herm. *ὑψηλ' ἐκόμπεις, κἀπ'* (i. e. *ἐπ'*, non *ἀπ'*) *ἄκρων ὠδοιπόρεις*. Cf. unum verbum *ἀκροβατεῖν*. Hoc autem loco tanto magis de pedum digitis agi videtur, quum, ut *Paulyi* verbis utar, in ipso jactationis summaeque omnium virium contentionis momento totum corpus in extrema pedis parte potius, quam in planta, subsistat. Vid. Discobolum ap. *Winkelmannum* Gesch. d. Kunst, ed. *Mayer* et *Schulze*. Opp. T. VI. p. 64. nott. 369. et 375. tab. aen III. fig. A. LEHM.

Ead. l. 14. *Τὸν ὄλισθον*) V. c. 2. et scribe *τὸ ὄλισθον*. SOLAN. Immo vid. c. 2. ubi cum nihil mutarim, tanto minus id hic facio, quia forsan et *πλείω* in *πλεῖον* esset mutandum, quod *Solanus* non attendit; nam *πλείω* pro *πλείονα* hic mascul. est; alibi neutrum quidem, sed plurale. Nisi adverbii more immobile dixeris, ut *Diod. Sic.* id ponere amat, veluti indicavimus ad Asin. c. 10. et ad Abdicat. c. 16. pr. et hoc Dial. cap. 20. fin. REITZ.

Pag. 179. l. 4. *Ἀντιλαμβάνεσθαι*) Conf. supra Nigr. §. 19. ac de Merc. cond. c. 3. f. SOLAN.

Ead. l. 16. *Ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενοι*) Sic supra Deor. Dial. XVII. med. SOLAN.

Pag. 180. l. 1. *Κόνις*) *Plut. π. τοῦ. π. ψυχροῦ* refrigerare etiam putat; 1757. f. *ψύχει δὲ καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν ἡ κόνις σώματα, καὶ καταβύνυσι τοὺς ἱδρῶτας*. Vid. *Plin.* et

Theophr. Char. ubi *Casaubon.* observat, non omnem pulverem palaestrae aptum. 172. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἀποσμᾷ*) Conf. omnino Reviv. c. 14. Ubi etiam sic legi volebant *Graev.* et *Solan.* qui *Juntinae* ibi adscripserat *ἀποσμώμενον.* In notis vero ejusdem male *ἀποσμαίμενον* describentis errore exaratum, quod etiam corrigere sum oblitus. REITZ.

Ead. l. 8. *Ἀποπλύναι*) *Καὶ ὃν ἂν ἕλῃ ἀποπλύναι* etc. GUYET. *Ἀποπλύνας* necessario legendum, pro vulgato *ἀποπλύναι.* SOLAN. Malim cum *Solan. ἀποπλύνας* legere: licet enim *ἕλῃ ἀποπλύναι* construere queamus, immo jam debeamus, pro *ἕλῃ εἰς τὸ ἀποπλύναι,* minus tamen commode procedit, quam si alterum reponas. REITZ. Quidquid sit, certe, quod *Pauly* legendum censet, *ἀποπλυνάμενον,* nulla ex parte placere potest. Nec omnino videtur emendatione opus esse, quum non videam, quid impediat, quo minus *ἀποπλύναι* arctius cum *ἕλῃ* conjungas. LEHM.

Ead. l. 12. *Συγκεκροτημένος*) *Coactus.* GUYET. Supra Gall. c. 24. *ἵππος συγκεκροτημένη, equitatus exercitatissimus* conversum. Hic melius convenit, *compactum,* i. e. ad labores ac duritiem condensatum habens corpus. Habet enim *cogendi* et *colligendi* significatum, apud *Herodianum* frequenter. Sed et *componendi* atque *instruendi,* ut *συγκροτεῖν συμπόσιον. Long.* Past. IV, 127. (135.) Et *πανηγύρεις παντοδαπὰς συνεκρότει, Herodian.* V, 6. 14. Ac *Diod. Sic.* fin. L. IV. Alioqui et *συγκεκρατημένον* legere possis, i. e. *robustum,* ut *Aret.* Capp. I. c. 5. post med. *αὐτέοις οὔτε ὕπνος — συγκρατέει τὰ μέλη, iis neque somnus membra confirmat, corroborat.* REITZ. At videndus omnino *Dorvill.* ad *Charit.* p. 251. Lips. LEHM.

Ead. l. 13. *Λευκὸν*) Miror, ni *Lucianus λευκὸς* scripsit, addit frater; opportune, quamvis vulgatum tolerabile. REITZ. Cf. *Fritzsch.* Quaestst. p. 104. LEHM.

Pag. 181. l. 8. *Ἐστι — ὁπόταν*) Ita W. et *Fl.* Reliquae Edd. interponunt *λέγειν.* SOLAN.

Ibid. Λέγειν) Commodius aberit. Sed quia longe plures sunt, qui id habent, quam qui omittunt, ideo et hinc adesse passus sum. REITZ. Aegre passi sunt *Schmied.* et *Paul.* uncis notatum verbum, ut puto, genuinum. Cape: *illud licet dicere, quando* etc. Formulas *ἔστιν εἰπεῖν, ἀκούειν,* et ejus generis alias, quis ignoret? Hoc autem loco venustius simpliciori praeferendum arbitrabar. LEHM.

Ead. l. 16. *Περιπλέξητε*) Conf. supra c. 1. SOLAN.

Pag. 182. l. 7. *Ὑποδείξετε*) W. recte. In impress. *ὑποδείξητε.* SOLAN.

Ead. l. 9. *Τὰς πανοπλίας*) Proprie esse *gravem armatu-*

ram, pluribus probat *L. Bos* in Ep. ad Ephes. VI, 13. ubi *ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ* habemus. Indicavi monente *Hemsterhusio*. De apparatu autem illo theatrali confer, si lubet, Tox. c. 9. REITZ.

Pag. 183. l. 5. *Ἀφέντας*) Forsan *ἀφέντες*. GUYET. Idem et mihi venerat in mentem, et ad marg. notaram, ante inspectam *Guyeti* conjecturam. Nihil tamen muto, quia ad *αὐτοὺς* referri potest. Nominativus vero concinnior foret. REITZ. *Pauly* quoque vix sibi scribit temperare potuisse, quin *ἀφέντες* invitis libris omnibus reciperet. Longe facilius ego mihi temperabam, qui intelligerem aptius cogitari juvenes missa facere oleum ac pulverem, quam eorum praesides, sentiremque praeterea paullo exquisitiorem esse loci structuram, si *ἀφέντας* legas. LEHM.

Pag. 185. l. 3. *Ἐπιπλέον*) Servavi scripturam edd. Alias et *ἐπὶ πλέον* scribitur. Conf. *ἐπιμήκιστον* c. 26. pr. REITZ.

Ead. l. 7. *Παρεζῶσθαι*) Ita W. et *Fl.* In impress. *περιεζῶσθαι*. SOLAN.

Ead. l. 8. *Ὅστις ἐν ἄστει σιδηροφορεῖ*) Simile jus Romanorum; vetitum enim prodire cum telo. *Cic.* Parad. 4. Sic jure civili I. 14. ff. *de re milit.* Novell. 85. Legend. *Synes.* Epistol. 107. BOURD.

Ead. l. 9. *Μηδὲν δέον*) Sic absolute positum habuimus crebro; adeoque frustra sollicitatum fuit ab *Solano* in T. I. Ita *Noster* Jov. Conf. 11. *οἱ ἄνθρωποι δέον τῇ Εἱμ. θύειν*. Et Lapith. c. 8. pr. Ep. Saturn. 9. Et non raro alibi. *Alciphr.* I. Ep. 26. pr. Item III. p. 314. ac p. 442. f. *Herodian.* II. c. 8. f. etc. REITZ.

Ead. l. 12. *Πόλεμοι*) Immo *πολέμιοι*, nam de *bellis* quid opus fuit memorare, multa fuisse Scythis? Vide tamen Tox. cap. 36. ubi de iisdem dicitur *συνεχεῖς οἱ πόλεμοι*. SOLAN.

Ead. l. 14. *Αὐθαιρέτως*) Non agnoscunt W. et Ed. *Fl.* Quin et Cod. W. *ξυμπολιτευομένων* habet. SOLAN. Ante hoc verbum deesse aliquid videtur, minimum particulae *καὶ τὸ*, vel *τό, τε*. Et sic interpretatus sum: nec aliter superiores. GESN. Audacius *Pauly*, quasi re certa, intrusit *καὶ τὸ* ante *αὐθ.* Sed certius, aut longe saltem probabilius est, Codicem *Witt.* servasse genuinam lectionem *ξυμπολιτευομένων* — nam sic, credo, non *ξυμπολιτευμένων*, in Varr. Lectt. *Reitzius* notare voluit, cf. Adnot. idque convenienter cum marg. A. 1. W. Reddiderant autem *Obsopoeus: Ipsa quoque mutua infidelitas, et quod legibus nequaquam coërciti unam remp. incolitis;* et *Gesnerus: Etiam mutua inter vos diffidentia, et quod suo quisque arbitrio, non lege quadam in communione civili vivitis.*

Hanc ego jam interpretationem restitutae lectioni accommodavi. Lehm.

Pag. 186. l. 4. *Φείδεσθε*) In M. et impr. *φείδεσθαι*, quod mutavimus. Ratio mutationis in propatulo est. Solan. Imo recte *Fritzschius* Quaestst. p. 132. Infinitivum tuetur, intellecta e *περιττόν ἐστι* formula opposita *ἀναγκαῖόν ἐστι*. Quod autem *φείδεσθε* idem *Fritzschius Gesneri* quoque auctoritati tribuit, errat tanto gravius, quanto clarius ex ejus interpretatione patet, vulgatam lectionem ab eo tum recte captam, tum tacite retentam fuisse. Lehm.

Ead. l. 9. *Ταμιευόμενοι — τὰς ἀλκάς*) Eodem modo utitur *Diod. Sic.* IV. c. 12. Ad quem *Wessel.* No. 17. pluribus docet, usurpari de militibus non omnes vires primo impetu effundentibus, sed *dispensantibus*. Reitz. Addatur, monente *Paulyo*, *Schneiderus* ad *Xenoph.* Anab. II, 5, 18. Lehm.

Ead. l. 16. *Ὅσῳ τις*) Sequens *μᾶλλον* etiam hic tacite repetendum. Vid. quae de hac ellipsi noto ad Gall. c. 18. Reitz.

Pag 187. l. 1. *Τῆς Τθρας μῦθον*) Est ubi multum interesit, addasne in hac phrasi *περί*, an omittas. Nam *fabula Aesopi* erit, quam ille finxit, scripsit. *Fabula de Aesopo* autem, ea e. c. quam Phaedrus reliquit inscriptam, *Aesopus ludens*. Sed *fabula vulpis, hydrae* etc. idem quod *de vulpe, de hydra*; quia nullum ibi ab ambiguitate periculum, ideoque nihil mutavi; at si plures Codd. haberent, *τὸ περί* reciperem. Ceterum illud plerumque addi, ubi sensus perspicuitas id postulat, putidum foret exemplis docere. Vid. tamen de Sult. cap. 46., τὰ *περὶ Ὀρέστην δράματα*. Sed et negligitur vel cum nominibus personarum, non *a* sed *de* quibus fabula est composita, apud *Long.* Past. I. haud longe a fin. *ὠρχήσαντο τὸν μῦθον τοῦ Λάμωνος*. Et L. III. p. 88. (Ed. *Moll.*) *ἤρξατο αὐτῇ μυθολογεῖν τὸν μῦθον τῆς Ἠχοῦς*. Unum habet *Steph. ex Apoll. Rhod. μῦθος Αἰθαλίδου*, vertitque, *quae vulgo de Aethalide dicuntur*. Sed et sic *Aristot.* de Poët. c. 14. *Οἰδιποδος μῦθον*, fabulam s. tragoediam *de Oedipode*, (etsi male *τῶν μῦθον* habet Ed. *Lamarii.*) Quare vulgatum minime moveo, etsi vellem auctores hanc differentiam adcuratius observarent. Reitz. Vid. *Schaefer.* ad *Sophocl.* Antig. v. 11. et quem illic laudat, *Dorvillium* ad *Charit.* p. 592. Ed. pr. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἐπὶ πυρὸς καὶ λύχνου*) Quia video, tetrum errorem ex *Salmuriensi* Ed. in hanc propagari, putavi monendum, male in Latinis legi, *ut in igne et ligno usu venit*: quem si modo attendat, quilibet facile corrigat. Paulo post non sufficit versio eorum, *οὐ γὰρ ἂν' ἰσχυρᾶς οἶμαι τῆς ῥίζης ἀνεφύετο*, ubi Latina habent, *neque enim ab altius acta radice*

productum fuerat. Neque enim in ellychnio id procedit, quod potest esse longissimum, ut altissime demittatur, nec tamen erit *ἰσχυρὸν*, h. e. densum, robustum, ut tantam ex se praebeat flammae materiam, ut flatus non exstinguat: *ῥίζα* autem *τοῦ φωτὸς τοῦ λύχνου* est principium ipsius ellychnii. Aliena est hic consideratio radicis in arbore et frutice. GRON.

Pag. 188. l. 5. *Ἐγγενέσθαι*) Futurum postulat sententia. W. *γενέσθαι*. SOLAN. Futurum *Solanus* malit; nec ego repugno. Nihil tamen mutassim, quia infinitivi aoristos crebro pro futuris positos invenias: exempla complura dedit *Anonym.* ad *Xenoph.* Ephes. in Miscell. Observ. an. 1734. Vol. IV. pag. 286. REITZ. Cf. supra ad cap. 30. LEHM.

Ead. l. 8. *Τοιούτους*) W. et *Fl.* In reliquis *τούτους*. SOLAN.

Ibid *Ἐς τοσούτους ἀποδυσόμενοι*) Supra Herodot. c. ult. *ἐπ' ἐμαυτοῦ — ἀποδύσαντες ἴδητε*, paullo aliter, quam hic. *Ἐς* autem non modo hic pro *ἐν*, quocum frequenter permutatur, ut ad Asin. cap. 1. notavimus; sed quia intelligitur, in conspectum eos prodituros. *Τοσούτους* vero *Solano* dedimus, quia efficacius, si dicas, in *tot* ac *tantorum* hominum conspectum nudum prodire. *Generi* versionem tamen servavi, quia ad vulgatam composita nihil incommodi habet. REITZ. Mutavi tamen ego, ne auctor et interpres inter se, etsi non gravissima in re, discrepare videantur. LEHM.

Ead. l. 10. *Ἀπεργάζεται*) Ego scribendum putaram *ἀπεργάσεται*, sed nihil mutato opus est. SOLAN.

Ead. l. 12. *Δεινυσθαι τῷ ὄαχτύλῳ*) Conf. supra Harmon. c. 1. med. REITZ. Omnino vide Commentatt. ad Somn. c. 11. Praeterea conferas etiam Herodot. c. 2. Tom. IV. p. 122. et lepidam *Ciceronis* de Demosthenis levicula ambitione narratiunculam *Tusc.* V, 36. LEHM.

Pag. 189. l. 6. *Τί ἂν πάθοις*) Etsi supra non semel habuimus pro *quid facerem?* vid. ad 1. Ver. Hist. c. 4. adde *Liban.* Epist. 730. f. *μὴ σύ τι πάθῃς ἀβέλτερον*, *ne quid committas illiberalius*, (licet numerus epistolar. male inscriptus a *Wolfio;* Epist. enim 731. aut omissa, aut numeri ab operis male continuati) tamen hic melius erit, *quomodo adfectus fueris*, id est, *nonne mirareris?* Sed quia sequitur, *γελάσῃ δηλονότι*, eo respectu etiam *quid faceres* aliquo modo locum quidem haberet, minus tamen commodum fuerit. Interim liberior versio *quid diceres*, ad sensum adcommoda non displicet. REITZ.

Ead. l. 7. *Ὀρνίγων*) Certaminis *gallorum* meminit *Potterus*, laudatque *Aelian.* Var. H. II, 28. a Militade post Marathoniam pugnam institutum docentem. Videntur autem Tanagraei galli caeteris antecelluisse; Gall. c. 4. Adde *Xenoph. Συμπ.*

p. 514. l. 4o. Edit. *Steph.* De *coturnicum certamine* nihil habet vir doctissimus; quo magis observari meretur. Meminit passim *Arrianus* ad *Epictet.* SOLAN.

Ibid. Ἀλεκτρυόνων) Plinius scribit, Pergamis omnibus annis spectaculum gallorum gallinaceorum certantium solemniter ac publicitus edi solitum, ceu gladiatorum. Id et Athenis factitari coeptum est, *Aeliano* referente, a Themistocle superatis Persis. COAN. De his omnia *Sam. Petitus* ad LL. Att. l. 4o. s. pag. 84. Si veram eorum certaminum originem docet *Aelianus* V. H. II, 28. ubi refert ad Themistoclem, non cavit sibi ab insigni anachronismo aliquot aetatum vafer alioqui *Lucianus*, ut scilicet neque in illo, quod paullo post σύγχρονον Soloni facere videtur Lycurgum, ducentis forte annis majorem. GESN.

Ead. l. 14. Μηδὲ προαπαγορεύοιεν) Recte Ms. μηδ' ἀπαγορεύοιεν ὑπὸ τραυμάτων, ἢ καμάτων, ἢ τοῦ ἄλλου δυσχεροῦς. *Ne vulnerati, aut fessi, aut alia molestia affecti deficiant:* sic non male interpres, sed male vulgati sensim μὴ δὲ προαπαγορεύοιεν. Nam quis usus est τῷ προαπαγορεύειν, aut quid potest significare? Paullo ante διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως, *usque ad extremam animi defectionem.* Et c. 38. μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντες. GRAEV. E proxime praecedentibus Comparativis et τῶν ἀλεκτρυόνων satis, opinor, facile et clare elicitur cogitatio ea, quam *Gesnerus* Latine expressit. LEHM.

Pag. 190 l. 6. Σφαίρας πέρι) *A la boule.* GUYET. Intelligitur σφαιρομαχία, sive, quod prope idem fuisse videtur, ἁρπαστόν, quod lusuum pilae genus praeter *Pollucem* Onomast. IX, 7, 105. ut laboriosum et contentiosum describit *Forcellini* Lex. s. *Harpastum.* Omnino de variis pilae lusibus veterum egit, quem *Wielandius* laudat, *Burette* in commentatione inscripta: de la Sphéristique des Anciens in Memoires de l'Academie des belles lettres. Vol. I. p. 226. *Wyttenbachii* conjecturam in Varr. Lectt. a nobis relatam, σφαίρας περιδινούμενοι pro σφαίρας πέρι ut per se non damnare, ita nec commendare prae lectione vulgata, ullo modo ausim. LEHM.

Ead. l. 11. Συνωθ. ἐς τὸ ὕδωρ) Glossema videtur. GUYET. Caussam ego non plane assequor. LEHM.

Ead. l. 13. Ὀρχῆς μαστ.) Inter festa Lacedaemoniorum non minima celebritas. V. *Meurs.* Gr. fer. Nostrum Demonact. c. 46. et Icarom. c. 16. SOLAN.

Ibid. Μαστιγουμένους) Ad Dianae Orchiae aram pueri Lacedaemonii flagellabantur, ut patet apud *Pausan.* in Lacon. *Cic.* 2. Tusc. (c. 14.) *Plut.* in Lycurg. *Tertull.* in Apologet. COAN.

Ead. l. 14. *Αἵματι ῥεομένους*) Frustra igitur supra sollicitatur *ἱδρῶτι ῥεόμενα*, in c. 25. huj. Dial. ubi vid. quae noto. REITZ.

Pag. 191. l. 2. *Ἐναπέθανον*) Exemplum hujus rei in ludis illustre vise apud *Pausan.* Arcad. 520. Ed. *Sylb.* quem locum optime enarrat *Palmerius*. De eodem vid. etiam *Philostr. εἰκ.* p. 817. in Arrich. qui diserte habet *τὸ ἀπαγορεῦον ἐπισημαίνων τῇ χειρὶ*, p. 820. Apud *Philostr. ἐπαποθανὼν τῇ νίκῃ* l. c. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἀναστανθέντας*) M. et Venetae editiones L. *ἀναταθέντας*, quod proxime accedit vulgatae *ἀνατεθ*. SOLAN.

Ead. l. 8. *Διατιθέντων*) Hic *ἐπιτιθεμένων* legisse videtur interpres, sed depravate. GUYET. Versum nempe erat, *hostibus imminentibus*. Sed *Gesn. illam necessitatem imponentibus*. At nec prior versio, quam *Guyet.* reprehendit, etsi paululum deflectens, adeo longe abibat; nam hostibus cogentibus, i. e. ad id disponentibus, eadem ratione intellectui horum verborum satisfaciet. Et in vexationibus peculiarem huic verbo sedem esse, monuit etiam *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I. cap. 89. pr. quod obiter indicavi ad c. 6. f. hujus Dial. Est autem hic tantum variatio *τοῦ βιαζομένου*, quod proxime praemissum est; vel poteris *οὕτω* intelligere, si presse ad literam velis interpretari, i. e. *hostibus sic disponentibus, statuentibus*. REITZ. Nihilominus *διατιθέντων* male habuit *Paulyum*, ratum deesse prorsus non posse istud *οὕτως*. At quem is laudat, *Hemsterhusius* neutiquam hoc ad Nigr. c. 38. probavit, nec probare voluit. Et quod loca illic collecta ejus generis sunt, ut nullum in illis exemplum absoluti verbi *διατιθέναι* reperiatur, consulto id fecit vir elegantissimus, i. e. ad illius loci consilium apte. Sed hoc nostro loco neque *οὕτως*, nec *τὸ αὐτὸ*, nec aliud simile, opus erat addi, non magis certe, quam in praecedente *βιαζομένου*. Nam aeque h. l. patet, qualis haec sit *διάθεσις*, atque Amorum c. 27. quis *ὁ διαθείς*. LEHM.

Ead. l. 9. *Λυκοῦργος*) Cave credas, de Lycurgo hoc, ut vivo Solonis tempore, a *Luciano* dictum. SOLAN.

Pag. 192. l. 1. *Ὡς πρότερος*) Frater optimus C. C. conjicit *ὃς* pro *ὡς* reponendum. REITZ. Debebat saltem *πότερος πρότερος ἀπ.* jubente lingua, sed invitis auribus. Quas quum et ipsas consulendas duxisset auctor, haud dubie scripsit *ὡς*, ita fere, ut pro *ὅπως* accipi vellet, subjecto e voce *τὸν παλοντα* repetito: *Certans cum flagellante, ut prior* (scil. ille) *viribus deficeret*. LEHM.

Ead. l. 4. *Ἐφ' ἡλικίας*) De pubertate dici, eoque aetatis flore, qui opponitur provectiori aetati, vid. *L. Bos* ad Tyran-

nic. c. 17. Adde *Olympiodor.* in vit. Plat. adnexa. T. II. *Diog. Laërt.* p. 583. ἐν ἡλικίᾳ δὲ γενόμενος. At pro tota aetate, sive seculo, *Diod. Sic.* IV, 1. κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες. Lt. V. c. 20. τιμῶνται — μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς ἡλικίας. Reitz.

Ibid. Ἐκπρόθεσμος — τοῦ ἀγῶνος) *Obsop.* misere, *certaminis auctor existens*, cum ferme plane contrarium significet. Recte *Gesnerus, aetatem certaminis jam egressus*, dedit. Testimonia ex *Luciani* Hermot. aliisque attulit *Steph.* in Thes. Nostri autem verba sunt in Hermot. c. 8c. f. λέγων ὑπερῆμερον εἶναι καὶ ἐκπρόθεσμον τοῦ ὀφλήματος, ubi de eo, qui intra diem dictum non solvit, sive, *qui supergressus est tempus*, adhibetur. Reitz.

Pag. 193. l. 6. Ἑλλεβόρου) Sic scribitur ap. *Hippocr.* ubivis. Et quamquam adspirate interdum alibi in nonnullis *Luciani* Edd. inveni, item in Scholiast. tamen frequentius laevigatur in Edd. optimis, et sic etiam derivatum ἑλλεβορίζω Herm. f. et 2. V. Hist. c. 18. ἑλλέβορον autem uno λ, ut vitiosum, contemsi, licet et Cod. O. sic habeat infra, Navig. c. 45. et supra in Dial. Mort. XIII. f. quod in variantt. non notavit *Hemsterh.* quia *Juntinam* illam, in qua has varietates notarat *Solanus*, non posidebat. Sed res est parvi, et quam nobis ad ostentandam nostram in colligendis variis lectt. diligentiam facile relinquet ille, qui vel sine Codd. *Luciani* manum felicius restituere norit, quam nos illis instructi. Reitz.

Ead. l. 13. Ἀρεσκομένῳ αὐτοῖς) M. et *Fl.* Ed. Sed in Ms. ljtura est in priori voce. In L. etiam additum est. Reliqui libri corruptissime, ἀρεσκόμενος ἐν τούτοις. Solan. Antiquiorem quidem *Fl.* lectionem cum *Solano* arripui, quia etiam ex Cod. probatur, et *Noster* sic solet, ut Bis Accus. c. 14. ἔοικας — χαριζομένῳ etc. Alioqui per me non mutassem; neque credo structuram ἀρεσκόμενος ἔοικας vitiosam esse, cum et sic in *Apol.* V. H. XIII, 21. legam, καὶ ἔοικε κωφῇ, unde tamen facile κωφῇ quoque feceris. Sed sine controversia cum nominativo *Long.* Past. L. II. p. 68. (αἱ Νύμφαι) ἐφκεσαν ἐλεοῦσαι τὸν Δάφνιν. Habuimus idem ante, ubi *Solanus* tamen id quoque mutavit. At nihil intererit, num dicas, *similis erat furenti*, an, *videbatur furens*. Adeoque nominativus hic aeque bonus, etsi minus usitatus, quam dativus. Verum quia illud ἐν τούτοις Scholiastae stilum sapit, facilius mihi persuaderi sum passus, Florentinae lectioni locum dare. Neque ideo dico, ἀρέσκειν (imo ἀρέσκεσθαι. *Lehm.*) ἐν τινὶ Graecum non esse, qui et γελᾶν ἐν τινὶ, et similia, supra probavi; nec barbarum facio illud Novi Foederis Matth. III, 17. ἐν ᾧ εὐδόκησα, quod vel decies deinceps in Evang. et Epist. occurrit. Reitz. Cf. Vit.

Auct. c. 13. *ὁ δέ τινα ἔοικε πενθῶν*, et quae ibi sunt dicta; praeterea etiam *Fritzsch.* Quaestst. p. 182. Nihilominus auctoritatem optimi Codicis et principis Editionum lubenter sequor. LEHM.

Pag. 194. l. 5. *Παταχθῆναι*) *Εἰρωνικῶς* dictum. GUYET.

IN DE LUCTU.

Pag. 196. l. 6. *Ἰδιώτας*) *Ἰδιώτης ὁ ἀπολίτευτος, καὶ ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀγράμματος.* Lege *Cic.* VII. Verr. COGN.

Ibid. *Ὁμήρῳ*) De Homero fabularum patre vide Menippi et Aeaci Dialogum. COGN.

Ead. l. 9. *Ἅιδην*) Tartarus *Hesiodo* is locus est, in quo Saturnus et ejus comites continentur. Saepe tamen pro loco inferorum capitur. Sed eum esse aërem sub utroque cardine crassum, perpetuo frigidum, Crates scribit. De inferis et campis Elysiis scripsit accurate *Virgil.* Ex Gobria Mago apud Academicum Xenocratem. Sed an inferi sint, et de inferorum poenis, *Coel.* l. VI, 9. Dicitur autem *tartarus* a *ταράττω*, vel a *ταρταρίζειν*. COGN.

Ead. l. 12. *Τοῦ χάσματος*) Hic pro tartaro ipso, sed deinde Philopseud. c. 29. pro introitu ad tartarum poni, observat *J. Elsner.* ad Evang. *Luc.* XVI, 26. ubi *μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται* habemus; quem vide plura ibi adferentem. REITZ.

Ead. l. 14. *Πλουτέα*) Inde et Romanis *Dis pater*, vel *Dis* simpliciter. *Cic.* de Nat. D. II. *Terrena autem vis omnis atque natura Diti Patri dicata est, qui* DIVES, *ut apud Graecos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras et oriantur e terris;* et *Lact.* I, 14. SOLAN.

Ead. l. 16. *Αὐτῷ*) *Αὐτῶν* praetulissem, nisi longe major Edd. numerus *αὐτῷ* praeferret. In *Fl.* *αὐτῷ* est sine jota subscripto, quod suspicionem aliquam de *αὐτῶν* etiam parit. REITZ. *Παρ' αὐτῶν* si legeretur, sensus esset vel ab h. l. alienus, vel potius nullus. *Αὐτῶν* in Juntinum venit e Florentinae scriptura *αὐτῶ*. LEHM.

Ead. l. 16. *Τὸν τοιοῦτον*) Mallem cum *Fl.* omittere articulum. Non tamen eum abjeci, quia et saepe alibi abundat, ut Imag. c. 14. *τὸ γὰρ — τὸ ἀκριβέστατον.* Tox. cap. 50. ante med. *τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς τῆς Ἀρσακόμα, τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ.* Ante *τοιοῦτος* etiam additur artic. Hermot. c. 33. *τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι.* Sed alius non praecessit ibi. Eod. vero Dial. c. 26. *τότε τοίνυν τὸ πλῆθος*: ubi plura dedi. Adde *D. Sic.*

V. c. 72. *τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Aesop.* Fab. 2. f. *τὸ γένος τὸ τῶν ἀετῶν*, cujusmodi sexcenta liceret proferre, ut *τοῖς Ἡρακλέους τοῖς ἀδελφοῖς* ex *Pausan.* p. 162. Vid. *Maitt.* de Dial. p. 75. Si quis jam velit *τρόπον* h. l. intelligi post *τοιοῦτον*, ut sit, *κατὰ τὸν τοιοῦτον τρόπον*, ei omnino articulus erit servandus. REITZ. Vagam hanc disputationem, in qua diversissima loca miscentur, ac ne unus quidem ad hanc, de qua agitur, caussam pertinet, plane irritam fecit probissimorum librorum auctoritas. Non igitur male, ut *Jacobus* judicat Quaestst. Spec. I. p. 11., sed optime, articulum omisit *Schmiederus*, cujus pleonasticum usum si h. l. voluisset probare *Jacobus*, debebat ostendere, quod non fecit, nec, credo, facere potuit, *ὁ τοιοῦτος* non solum antecedentium, sed etiam sequentium, respectu dictum veteribus, maxime Luciano, fuisse. LEHM.

Pag. 197. l. 2. *Δεσμοῖς ἀφύκτοις*) Conf. supr. Deor. Dial. XVII. med. SOLAN.

Ead. l. 6. *Κωκυτοί*) *Κωκυτὸς* a luctu et ejulatu nominatur; lacus autem est inferorum, qui ex sententia *Homeri*, Odyss. *K*, ex Styge manat, de quo *Seneca* Hercul. fur. et *Virg.* VI. Aen. COGN.

Ead. l. 7. *Τὸ δὲ μέγιστον*) *Τὸ δὲ μέγιστον ἡ Ἀχερουσία λίμνη προὔκειται, quodque est gravissimum, praejacet Acherusia palus.* Sic interpres. Sed scribendum ut Ms. *πρόσκειται, Acherusia palus adjacet.* GRAEV. Genuinum est *πρόκειται.* Vid. Varr. Lectt. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἀχερουσία*) Inferorum fluvius, a nomine Acheron, carminibus poëtarum celebris, quasi sine gaudio. *Virg.* 2. Georg. et VI. Aen. COGN.

Ibid. Πρόκειται) Variant hic libri. Ms. Gr. et L. *προσκ* —. Edd. *προὔκ* —. *J.* et *V.* eam scripturam praeferunt, quam secutus sum. SOLAN. Non tamen secutus *Reitzius* retinuit vitium linguae. LEHM.

Ead. l. 12. *Ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως Αἰακός ἐστι*) Jam notaverat *Cognatus*, Aeacum esse Jovis filium, Plutonem vero regem dixerat supra *Lucianus* fratrem Jovis. An hinc ergo non satis debuerunt moneri interpretes, ne verterent *Aeacus est regis patruelis*, nec Aeacum et Plutonem facerent patrueles, cum alter sit patruus, alter fratris filius? Immo ipsa Graeca vox debuerat eos admonuisse. GRON.

Ead. l. 13. *Αἰακὸς*) Tres sunt inferorum judices, de quibus *Virg.* VI. Aen. *Ovid.* in Ibin. Jovis filii fuere, Aeacus ex Aegina Aesopi filia, Minos et Rhadamanthus ex Europa, uterque Cretensis, hic Lyciae rex, ille Cretae. COGN.

Ead. l. 14. *Κύων τριπίφαλος*) Cerberus a poëtis fingitur, canis triceps inferorum custos. Coon.

Ibid. Κάρχαρος) *Asper. καρχαρόδους.* Guyet. Confer supra de Merced. c. 35. Quom. Hist. c. 43. de Salt. 4. et Bis Accus. cap. 53. Proprium vero canis epitheton. Vid. *Lycophr.* Alex. v. 34. ibique *Schol.* et *Meurs.* Reitz.

Pag. 198. l. 1. *Ὑλακτῶν, καὶ τῷ χάσματι διδιττόμενος*) Vertunt, *allatrans, territosque in specum redigit.* Immo plane contrarium indicant Graeca, ut non tam redigantur in specum, sed abigantur, deterreantur ipso specu, non scilicet tartareo, sed oris Cerberei, atque adeo verti debebat *et rictu* vel hiatu *deterrens*, nempe ab tentanda ulterius fuga. Gron.

Ead. l. 3. *Ἀσφοδίλῳ*) Asphodeli mentionem et *Homerus* fecit, tradiditque, manes eo vesci. *Hesiod.* L. I. Oper. Coon. Vid. *Homer.* Odyss. XI, 539. et 572. Cf. *Lucian.* Charon. c. 22. et Necyom. c. 11. Lehm.

Ead. l. 4. *Λήθης*) Lethaei amnis *Ptolemaeo* et aliis fit mentio: dicitur *ἀπὸ τῆς λήθης*, ab oblivione. Coon.

Ead. l. 5. *Ὠνόμασται*) *Solanus* margini *Junt.* adscripserat, *ὀνόμασται* Florentina recte, et, *ὠ* in contextu deleto, *ὀ* reposuerat; quod plane non capio; nam nihil incommodi habet praeteritum. At vero, si *ὀνομάζεται* legeris, alia res foret, idque reciperem, si plures addicerent. Et forsan id ipsum voluit, at calamus aberravit: nam *ὀνόμασται* praeteritum sine augmento contra ipsius sententiam foret, qui augmentum deficiens ubique addere solet. Reitz.

Ead. l. 6. *Ἀλκησταις*) Confer Dial. Mort. XXIII. §. 3. Solan.

Ead. l. 8. *Ἐμοὶ δοκεῖν*) Et sic esse in *Fl.* ac *Fr.* adlevit *Solan.* Est et in cett. quid mirum? Ita enim solet, ut *ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν.* Paras. c. 42. pr. *Ἐμοὶ δοκεῖν*, infra de Dom. c. 17. f. et supra 1. Ver. Hist. c. 7. etc. *Alciphr.* III. p. 372. *ἐμοὶ δοκεῖν, Θετταλίδα τινὰ γραῦν — καταγοητεύει* Et sic *Plut.* Themist. pag. m. 115. F. *Aristoph.* Pl. 736. *Aelian.* V. H. I, 17. atque alibi. Reitz. Vide quae notavimus ad Somn. c. 16. Tom. I. p. 206. additis quae *Fritzschius* docet Quaestst. p. 26. sq. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἐριννύες*) Male vertunt *Ἐριννύες, ποιναὶ, Furiae poenae.* Cum sit, *Erinnyes, Furiae.* Graev.

Ead l. 13. *Φόβοι*) Mirum, ni corrupta haec vox. Scio tamen, et *Pavori* dedicatum templum. Sed de notis et tritis Diis hic sermo est. V. *Fl.* Solan. Argutari tum *Solanum*, tum modo etiam *Graevium*, Poenas extrudentem, vix est,

quod moneam. Verumtamen *Metum simul cum Eumenidibus* in Orci limine versantem vide ap. *Virgil.* Aen. VI, 276 sq. Lehm.

Ead. l. 14. *Αἰεὶ*) Licet *αἰεὶ* pro *ἀεί* potius poëticum, nihil tamen mutō, quia sic saepe apud Nostrum. Ita *εἵνεκα* pro *ἕνεκα* vid. ad Amor. c. 49. et mox ad c. 15. Reitz. Cf. *Poppo* ad Diall. Deor. I, 2. Lehm.

Pag. 199. l. 1. *Συναλισθῶσι*) Conf. infra Philops. c. 12. Solan.

Ead. l. 4. *Ἐς — χάρον ἐκπέμπουσι*) Non quidem vitiosum, quod J. habet *ἐκπέμπουσι*, error tamen operarum, aut forsan correctoris, qui duas praepositiones oppositas ferre non potuit; qua oppositione tamen nihil frequentius. Vide, quae notamus ad Hermot. c. 79. f. *ἐς ὅλμον ἐμπίας*. Ita *εἰς* et *πρὸς μὲ ἀποβλέπει* habuimus apud Nostrum vel centies: qui dubitat, adeat Tim. cap. 26. et 53. Nigr. §. 4. Imag. 1. et 2. Quom. Hist. c. 42. *πρὸς τὰ — ἀποβλέποντες*. Et Icarom. 23. Bis Accus. 20. etc. *Alciphr.* III. p. 150. Verum et eandem praepositionem repeti quis nescit? Quare pauca tantum tironibus: Tim. §. 25. *ἐκλελοιπὸς ἐκ τοῦ βίου*. Gall. 31. *ἐπαγρυπνοῦντα ἐπὶ φροντίδων*. Quom. Hist. cap. 4. m. *πρὸς — λιθίδιον προσπαίσαντα*. *Thucyd.* VII, 51. *πρὸς τὰ τείχη προσέβαλλον*, et c. 50. pr. *ἀφικόμενος ἀπὸ τῆς Λιβύης* Long. Past. III, 117. *εἰς πόλιν εἰσῆλασαν* Reitz. In *ἐκπέμπουσι* consentit cum J. Codicis Aug. auctoritas, quam tanto lubentius secutus sum, quum tales earundem praepositionum iterationes noster quam creberrime usurpet. De qua re vid. ad Toxar. c. 37. monita Tom. VI. p. 489. sq. Exempl is illic collectis adde nunc etiam Toxar. c. 50. *εἰς τὸ ἱερὸν — εἰσελθόντες*. Lehm.

Ead. l. 7. *Καθήμενος*) Quis? vide not. ad Necyom. cap. 14. Solan.

Ead. l. 7. *Ὑπὸ γυπῶν — Τάνταλος*.) *Homer.* Od. *λ*, 581. Solan. *Ἑστηὼς ἐν λίμνῃ* habet *Homerus*. Neque tamen propterea *ἐπὶ* in nostro loco mutandum, aut articulus abjiciendus, vel h. l., ubi plane id fieri non potest, vel Diall. Mortt. XVII. in. in verbis *ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς*, siquidem omnino ista verba genuina sunt. Solet enim *Lucianus* imprimis *Homerica* ex memoria et ad sententias tantum suis interponere. Lehm.

Ead. l. 8. *Ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸς ἕστηκε*) *Tantalus in ipsa palude stat.* Sic interpres. Cur omisit *αὐτός*; quia nullus ei hic erat locus. Quid enim esset, *Tantalus in ipsa palude ipse stat?* Legendum *αὖος*. *Ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε*, *Tantalus in illa ipsa palude siccus stat*, quippe qui *medius sitiebas in*

undis. Hanc meam emendationem certissimam esse postea firmavit vetus Codex. GRAEV.

Ead. l. 9. *Ἄνος*) Praeter G. etiam L. SOLAN.

Ead. l. 10. *Τοῦ μέσου βίου*) *Mediocris.* GUYET. Id est, cum *Benedictus* dedisset *mediae vitae*, *Guyetus* correxit *mediocris;* quod ipsum tamen in *Par.* Ed. jam erat. Ego vero *Benedicto* adstipulor: mens enim *Luciani* est, homines mediae cuidam inter bonos malosque vitae rationi addictos, statu etiam quodam inter felicitatem et cruciatus medio frui. Nam primo de bonorum ac justorum beatitudine, dein de malorum poenis dixit: jam de iis, qui quasi *neutris* accenseri possint, loquitur. REITZ.

Ead. l. 14. *Χοαῖς*) Ea de re jam supra ad Charon. cap. 22. et mox hic c. 19. Vide et *Philostratum* p. 32. SOLAN.

Ibid. Καθαγιζομένοις) Conf. Charon. cap. 22. SOLAN. Adde mox c. 19. Et *Wess.* ad *Diod. Sic.* IV. p. 269. No. 12. REITZ.

Pag. 200. l. 4. *Ὀβολὸν*) Alludunt ad hunc morem cum *Noster* alibi, tum alii multi. *Juv.* III: *nec habet quem porrigat ore trientem.* Hic nummus *δανάκης* dicebatur. SOLAN.

Ead. l. 6. *Νομίζεται*) Id est, sit in usu, consuetudine. GUYET.

Ibid. Εἰ διαχωρεῖ) Vertendum esse, *utrum admittatur*, monuit *Viger.* de Idiot. p. 170. Et *F. Guyet. s'il passe, s'il court.* REIZ.

Ibid. Διαχωρεῖ) Eandem hic notionem habet hoc verbum, quam cognato *προχωρεῖν* copiose vindicat *Salmas.* ad *Solin.* p. 769. b. B. quaeque convenit cum eo, quem vulgo *cursum* vocamus: Germani etiam suum *gehen*, ire, ita adhibent. GESN.

Ead. l. 9. *Πορθμία*) *Πορθμεῖα.* GUYET. Ego nihil muto. Nam sic solet apud *Nostrum πορθμίον* pro *naulo* scribi. Vid. Dial. Mort. IV. §. 1. f. *παραλογιζόμενον τὰ πορθμία.* Et Dial. XXII. pr. *ἀπόδος — τὰ πορθμία* etiam dedit *Hemst.* licet ibi Θ. et *Ft. πορθμεῖα.* Item Catapl. §. 18. *τὸ πορθμεῖα καταβαλεῖν*, et alibi. Confer omnino, quae *Hemst.* de differentia inter *πορθμίον* et *πορθμεῖον* dedit in Ed. *Lucian.* minore p. 18. quae cum vel omiserit in ed. majore, vel ad alium locum retulerit, per compendium saltem indicabo. *Πορθμεῖον*, aiti apud *Nostrum* nunquam non pro ipsa scapha vectoria ponsolet. Dein dissensum Grammaticorum, *Hesychii*, *Eustathii*, *Suidae*, et *Etymologici* circa haec vocabula tradit. REITZ, *Hemsterhusii* notam ex minore Ed. in hanc nostram receptam videbis Tom. II. p. 616. sq. LEHM.

Ead. l. 11. *Λούσαντες αὐτούς*) Lavabant Ethnici olim se-

pulturae danda corpora. *Eurip.* in Hecuba, *ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις λούσω.* Coon.

Ead. l. 14. *Βιαζόμενον*) Mallem *βιαζομένην*, ut ad *δυσωδίαν* referatur. Solan. *Juntinae* margini adscripserat *Solan.* noster, Forsan *βιαζομένην*. Sed cum pertinet ad *σῶμα*, nihil muto, nisi quod comma post *σῶμα* sustulerim. Reitz. Falli *Solanum*, bene, ut par erat, probavit *Fritzschius* Quaestst. p. 197. provocans etiam ad *Schaeferum* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 612. sq. Neque adeo ego nunc vellem in suspicionem vocassem integerrimam hujus loci lectionem *βιαζόμενον* ad Diall. Mortt. XXX, 2. Tom. II. p. 658. Lehm.

Pag. 201. l. 4. *Καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται*) *Diod. Sic.* l. c. 91. pr. *ὅταν γάρ τις ἀποθάνῃ παρ' αὐτοῖς, (τοῖς Αἰγυπτίοις) οἱ μὲν συγγενεῖς καὶ φίλοι πάντες καταπασσάμενοι πηλῷ τὰς κεφαλὰς, περιέχονται τὴν πόλιν θρηνοῦντες.* Ubi *Wesseling.* etiam hoc *Luciani* testimonio utitur, aliaque passim hoc *Diod.* libro ad illustrandas hujus generis antiquitates adfert. Reitz.

Ead. l. 5. *Καλινδοῦνται*) Hoc practuli, quia est in Edd. potioribus, et quia sic quoque c. 1. Gymnas. Alioqui utrumque probum esse, satis notum arbitror. *Epict.* Sent. 24. *ἐπὶ πλατείας κλίνης καλινδούμενον νοσεῖν. Ael.* XIV, 15. *γράψαι ἵππον καλινδούμενον*, ubi *Periz.* id aliis duobus *Luciani* testimoniis probat. Sed *κυλινδουμένοις λίθοις Herodian.* I, 12, 18. Et *κυλίνδεται Aristoph.* Vesp. 490. atque alibi. Reitz.

Ead. l. 14. *Εἰ λάβοι φωνὴν*) Suspensa oratio usque in pagin. sequentem, (202.) ubi ait, *εἶποι δ' οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς.* Marcil.

Ead. l. 14. *Φήσει*) *Φησὶν* interpres legisse videtur. Guyet. Non recepi Flor. lectionem, quia brevi post, pr. §. 14. iterum *φήσει*, etiam consentiente illic eadem Florentina. Reitz.

Ead. l. 16. *Οἴχῃ μοι*) Verbum istud in recenti luctu usurpatum illustrat, neque hoc praetermisso exemplo, *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 172. Gesn.

Pag. 202. l. 13. *Εἵνεκα*) Cum nihil varietatis notatum esset, in *Par.* tamen usitatiorem orthographiam *ἕνεκα* invenirem, in J. *εἵνεκα*, reliquas pervolvi, ac principes Edd. in hoc conspirare vidi; cumque et alias ita scriptum apud *Nostrum* invenerim, id servare non dubitavi. Reitz.

Pag. 203. l. 1. *Ἐμβοήσῃ*) Obiter vindicavimus hoc verbum *Luciano* supra in Amor. c. 13. ubi *Solan. ἀναβοᾷν* rescribi volebat. Addo jam *Thucyd.* IV. c. 112. *ἐμβοήσαντας δὲ ἀθρόον·* et *Dion. Hal.* XI. p. m. 718. f. Reitz. Emendavi

Reitzii judicium ad Amor. c. 13. opitulantibus Codd. et advocato usu *Luciani*, vel potius vulgari, Tom. V. p. 582. LEHM.

Ead. l. 2. *Αὐτοῦ*) Sic libri omnes. Ego emendandum censeo, legendumque *ἑαυτοῦ*. SOLAN. Nullo modo corrigenda talia esse, saepissime jam monitum. LEHM.

Ead. l. 5. *Οὔθ' ὅ, τι πέπονθεν*) Male iterum in vulgatis legitur *ὅτι*. *Neque scientem, quid filio suo evenerit.* JENS.

Ead. l. 11. *Ματαιάζοντα*) Aliter legisse videtur *Suidas*, nempe *ματαΐζοντα*. Sed aut genuina est lectio, quam sequimur, aut si quid mutandum, *ματαζ* — legendum fuit. SOLAN. Verba *Suidae*, ad quae in var. Lectt. hic respicitur, sunt: *ὁμοίως εὕρηται παρὰ τῷ Λουκιανῷ ματαΐζω*. At unicum tantum hoc *Luciani* testimonium ad probandum *τὸ ματαιάζω* adtulit *Steph.* nec ego alibi observavi; quare nescio, num *Suidae* sit adsentiendum. Quia tamen lectio est constans, nihil muto. REITZ.

Ead. l. 12. *Παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην*) *Th. Mag.* v. *τίλλω* haec eodem modo habet. SOLAN.

Ead. l. 14. *Ἦ τί*) Sequor Venetas, *ἦ τί numquid*, pro *ἢ aut*, scribens. REITZ. Ter hoc capite peccatum a *Reitzio* et *Solano*, quorum rationem et recentt. Editores contra librorum plerorumque auctoritatem secuti sunt. Cf. supra Anach. c. 9. et not. LEHM.

Pag. 204. l. 1. *Ἦ διότι*) *Fl.* Ed. cum plerisque aliis *ἢ δ. Ven.* 2. et hic et supra *ἤ*, quod magis probo. Sed hic J. quae prius *ἤ* etiam habebat, *νῆ δι' ὅτι* habet, quod sequi nolui contra fidem reliquorum Codd. SOLAN.

Ead. l. 4. *Τριακάδας*) Sic Rhet. Praec. c. 9. *οὐ κατὰ τριακάδας, ἀλλὰ κατὰ Ὀλυμπιάδας ὅλας ἀριθμῶν*. SOLAN.

Ead. l. 7. *Παρά*) Sic recte *Fl.* Ed. Reliquae *περί*. Qua de re jam supra dictum est. SOLAN. Has praepositiones saepissime omnium a scribis confundi, quis nescit? Conf. Asin. c. 22. et quae *Hemst.* habet ad Halc. c. 2. Quare minus forsan recte *περὶ τὸν βίον* reliquimus in Piscat. cap. 25, cum et ibi *παρὰ* tres Codd. exhiberent. Adde Catapl. cap. 9. ubi *παρὰ τὸν βίον* ex plerisque dedimus, dum nonnullae *κατὰ* ibi haberent, quod tamen aeque bonum; nam et sic *κατὰ τὸν βίον* sine varietate ibid. c. ult. REITZ.

Ibid. Τοὺς πότους) Nihil variari in hac scriptura, notabat *Solan.* Sed nec varietatem desiderem. Vid. ad Gall. cap. 12. et Icar. 7. f. REITZ.

Ead. l. 10. *Διψῆν — πεινῆν*) *Διψᾶν* et *πεινᾶν* Attica forma postulare videretur; verum *διψῆν, πεινῆν*, etiam his potius usitatum, bene monent Grammatici. Vid. *Aristophan.*

Nub. 440. *Παρέχω τύπτειν, πεινῆν, διψῆν. Phryn.* p. m. 18. *Πεινῆν, διψῆν, κέγε, ἀλλὰ μὴ ὅτα τοῦ ᾱ.* Scripsissem *διψῆν* sine puncto subscripto; sed quia plerique sic malunt, servavi et hic, et Parasit. c. 38. Reitz.

Pag. 205. l. 2. *Οὐδὲ συνουσία παρατρέψει) Non pervertet concubitus;* sed rectius antiquus liber *οὐδὲ συνουσία διαστρέψει, non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. *Παρατρέπειν* est *avertere, abducere; διαστρέφειν distorquere, corrumpere.* Graev.

Ibid. Παρατρέψει) An *παραστρέψει*; *Marc. Antoninus* de vita sua: *ἡ συνουσία ἐστὶ σαρκίου παραστρεψάριον. Παραστρέψει σε*, i. e. *atteret te, consumet, conficiet.* Guyet. *Παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις*) Interpretati sunt, *non pervertet coitus, neque hujus caussa bis terve per diem rem tuam dissipabis.* Ego, nec quid sibi *παραστρέψει, pervertet*, hic velit, recte intelligebam, neque quomodo aliquis *bis terve per diem rem suam dissipare possit.* Putabam autem legendum esse *παρατρίψει*, quod verbum convenire huic loco, non est opus, ut ostendatur. Alterum autem *σπαθάω* intelligebam de epulis, quas bis, aut ter adeo, solitas apud Graecos etiam instaurari in singulos dies, vel nomina *ἀρίστου, δείπνου*, ac *δόρπου* satis indicant, de quibus vid. *Poll.* 6, 101. seq. Porro ipsa propria verbi *σπαθάω* notio non tam ad *dissipationem* et *dilapidationem* bonorum pertinet, ad quam viri docti fere referunt, quam ad aliquid *densandum, inserciendum*, cum significet proprie spathae textoriae ope subtemen intra staminis tramas insertum densare et coire cogere. Puto igitur *σπαθᾷν* vel *σπαθᾶσθαι* dici eos, qui cupide ac copiose cibum potumque ingerunt, tum ventri avaro omnia donant, et in illud barathrum tota detrudunt patrimonia. Haec commode transtuleris ad loca auctorum, quae jam collegit *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph. Nεφ.* 55. Cogitabam etiam *οὐ δυσπαθήσεις*, aegritudine non afficieris. Sed non est opus aliquid mutare. *Ἐπὶ τούτῳ* verti eodem sensu, atque *ἐπὶ τούτοις insuper*: non quo vehementer probem, sed quod nihil novi reotius. Gesn. *Διαστρέψει* facilius concoquo, quam *παρατρέψει*. Placet tamen magis conjectura *Guyeti* et *Gesneri*, unius literulae mutatione sensum facilem praebens. Reitz. *Διαστρέψει*, cui lectioni Codices favent, ego non facile concoquo, idque propterea, quod ejus generis homines libidinosi et voluptarii, quales h. l. significantur, valde dubito, num Thersitarum instar *distorto* corpore, *διάστροφον τὸ σῶμα* (Advers. Indoct. c. 7.) fingi ullo modo potuerint. Effecta, quae Lucianus h. l. consuetudini cum mulieribus frequentatae tribuit, in interio-

ribus corporis viribus fractis, non in distortis membris, ponenda videntur. Unice probatur mihi *Guyeti* praestantissima conjectura *παραιρέψει*, quam praeter *Gesnerum* etiam *Boissonadius* amplexus est; ex qua genuina voce facili lapsu primum *παραιρέψει*, deinde aliae sive aberrationes, sive castigationes, *ἀναιρέψει* et *ἀναιρόψει*, *διαιρέψει* et *διαιρόψει*, quin etiam *διαιρέψαι*, orta esse videntur. Minus mihi liquet de sequentibus verbis, *οὐδὲ σπαθήσεις ἐπὶ τούτῳ* etc. Acquiesco tamen in vulgatis et *Gesneriana* interpretatione, quamquam suspicor et aliud nescio quid h. l. in verbo *σπαθᾷν* cogitasse auctorem, quod non tetigerit *Gesnerus*; et *ἐπὶ τούτῳ* non accipio pro *insuper*, sed *hunc in finem*. *Jacobsii* conjecturam, *οὐδὲ σταθήσεαι σε τὸ λουτρὸν*, *neque torrebis te lavacrum*, etsi elegantissimam, ut omnia, quae ex hoc ingenio nascuntur, tamen ut cautus Luciani librarius admittere verebar, quippe audaciorem paullo et artificiosiorem. Lehm.

Ead. l. 3. *Σπαθήσεις ἐπὶ*) I. e. *insuper*, pro fuse, bis aut ter in die *epulaberis*, vel rem prodiges in sumptus superfluos. Guyet.

Ead. l. 8. *Καὶ διανοῇ*) *Ὅτι διανοῇ*. Marcil. In *καὶ* consentiunt Edd. nec quidquam varietatis notatum invenio ex Codd. Reitz.

Ead. l. 9. *Καταλειφθεὶς ἐν ἐπὶ μνήματι*) *Ἐν ἐπιμνήματι*, *in superposito monumento*. Marcil. En quam facile regulae criticae sine librorum auctoritate fallere possint. Arripuit *Marcil.* quod literarum ductus suadebat, et sine mutatione, sola vocum conjunctione locum sanare visus est: sed illud τῷ pro ἐπὶ, quod libri suppeditant, et quod forsan conjicere non ausus esset, verius esse, quilibet videt. Reitz.

Ead. l. 12. *Δυνησόμεθα*) Ita L. recte. In impress. *δεησόμεθα*. Solan.

Pag. 206. l. 3. *Ἐστεφανωμένος*) Accentus *Juntinae* satis ostendit, eam praeteritum quoque exhibere voluisse, alioqui *στεφανούμενος* properoxytonos dedisset: de augmento omittendo hic non cogitandum, quod etiam *κακοφωνίαν* pareret, licet id alias omitti satis saepe monuerimus. Reitz.

Ead. l. 6. *Καθαγισμῶν*) Vid. supra dicta ad c. 9. Reitz.

Ead. l. 7. *Νοστιμώτατον*) Conf. supra De Merc. Cond. c. 39. Solan. Unde patet, id quod omnino notissimum est, falso *Gesnerum* reddidisse *τὸ νοστιμώτατον*, *quae facillime fugiunt*. Correxi itaque, monente etiam *Belino*. Lehm.

Ead. l. 13. *Μεταστελλώμεθα*) Vertitur *deportemus*. Redde, *petamus*. Guyet.

Ead. l. 17. *Ὃς ἄρα* etc.) *Hom.* Il. *H*, 502. et 855. Solan.

Pag. 207. l. 3. *Καὶ μεταστειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς*) Loquitur *Noster* de eo ritu, quo in funeribus solitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, et lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in verbis Graecis mendum est certissimum. Quid enim est *συνειληχότα συμφορὰς;* Pejus id in Ed. *Amst.* ubi *συρειληχότα. Συνειληχότα* est ab *συλλαγχάνω*, sive *συλλήγω*. Atqui id locum hic non habet. Emendo *συνειλοχότα*, quod Attice dicitur pro *συνειλεχότα*, ab *συλλέγω*, *colligo*, *corrado*. *Demosthenes* in Midian, *πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν, ἔχω λέγειν, ὥςπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ, καὶ πονηρίας τοιαύτας* etc. Expone itaque *Luciani* verba, *arcessentes luctus aliquem artificem, qui multos veteres casus, quos corraserit, narret, et in quovis funere idemtidem repetat.* Jens.

Ead. l. 3. *Θρήνων σοφιστὴν*) Hic est, quem *Homerus θρήνων ἔξαρχον* vocat, Il. Ω, 721. Alii aliter. Solan.

Ibid. Συνειληχότα) Immo *συνειλεχότα*, a *συλλέγω*. Guyet. *Συνειλοχότα* voluit *Solanus*. Sed cum alii aeque conjici posse dixerint *συνειληφότα*, Edd. lectionem intactam sivi, facile autem utrovis more emendandam, si quid opus fuerit; *Jensii* tamen conjectura magis placet. Reitz. Confirmatur etiam illa Codice Aug. Nec facile jam dubitationi relinquitur locus, quin unice sit vera. De forma vid. *Fischer.* ad *Weller.* T. II. p. 368. sq. Lehm.

Ead. l. 5. *Καταχρῶνται*) Dativum sive ablativum huic verbo proprium, contra *Graev.* probavit *Jensius* in Lectt. Luc. p. 333. Vid. et nos ad Asin. c. 52. Reitz.

Ead. l 8. *Ἕλλην ἔκαυσεν*) *Homer.* in funere Patrocli docet, Graecos cadavera combussisse. Cogn. Crematio *Macrobii* tempore in usu esse desierat, VII, 7. Vid. *Meurs.* AG. XI, 1097. Magi comburi corpora non concedebant. *Jambl.* No. 154. et *Diog. Laërt.* 2. D. Non Graeci tamen id soli factitabant. Brachmanis etiam mos ille, seu Gymnosophistis solemnis erat. Vid. De Mort. Peregr. c. 25. Solan.

Ead. l. 9. *Πέρσης ἔθαψεν*) Persas cera circumlitos mortuos condire solitos, scribit *Cic.* quod et Asiniis attribuitur. *Strabo* etiam sola, inquit, sepeliunt corpora Persae cera oblinentes. Cogn.

Ibid. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει) Lege *ὑάλῳ περιχέει*, seu potius *περιχύει*, id est, *vitro incrustat.* Indos mortuos incrustasse, testantur *Herodotus* et *Diodorus Siculus.* Pessime interpres, *adipe suillo oblinit.* Menag. Ὗαλος magis Atticum

esse, quam ὕελος, adsentior *Phrynich.* p. 136. etsi posterius quoque non semel apud probatos reperias; ideoque non damnaverim, quod *Phrynichus* facit: nam ὕελος *Diod. Sic.* fere ubique; vid. L. 2. c. 15. ubi vel sexies ita scribitur. Bene igitur *Th. Magist.* ὕαλος dixere Attici, ὕελος communiter Graeci. *Περιχύει* autem vel *περιχέει* pro *περιχρίει* malim ex eodem *Diod.* ubi jam non de orthographia, sed de re ipsa agitur: nam de mortuis hoc modo condéndis et condiendis loquens saepe et constanter verbo *περιχεῖσθαι* utitur, ut l. c. de Aethiopibus ait: *ταριχεύσαντες γὰρ τὰ σώματα, καὶ περιχεύσαντες αὐτοῖς πολλὴν ὕελον*· ac deinde ibid. *αὐτός φησι τὸ μὲν σῶμα ταριχεύεσθαι, τὴν μέντοι ὕελον μὴ περιχεῖσθαι γυμνοῖς τοῖς σώμασι.* Iterum deinde, *περὶ τὴν εἰκόνα χεῖσθαι τὴν ὕελον*· nec non III. c. 9, etc. non tamen idem, quod nostrum vitrum fuisse, recte ad loc. priorem *Diodori* No. 45. monet *Wessel.* conjiciens sal quoddam fossile pelluciditate vitrum referente ad id adhibitum. At si artificialis, quod *Gesn.* existimat, compositionis incrustatio fuerit, vulgatum *Luciani περιχρίει* aeque satisfaciet, ac *περιχύει.* Merum sal quidem sufficere mihi non videtur, quod ab humiditate aëris vel locorum subterraneorum facile liquescit, et frustra sic cadavera forent ante exsiccata: quare minerale quoddam firmius, ut lapis specularis, vel simile illi, unde vitreas laminas lucernarum conficiunt, requiri videtur. Etsi vitrum, quale nostrum, illo tempore dudum notum fuit, ut supra vidimus. Hoc autem ita circumfundi posse, non est verisimile. REITZ.

Ibid. Ἰνδὸς) Inungebant cadavera pollinctores et libitinarii, quae in pyra mox cremarent. *Virg.* COGN.

Ibid. Ἁλῷ) Vide *Gatak.* ad M. Aur. IV, 48. *Aelianus* V. H. XIII, 3. narrat, in sepulcro Beli repertam *πύελον ὑελίνην ἔνθα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἁλαΐῳ.* Sic in vitrea theca asservatum Alexandri Magni cadaver conspexit Augustus. Vide Notam ad Diall. Mortt. XIII. *Condiunt Aegyptii mortuos, et eos domi servant; Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Cic.* Tusc. I, 45. et *Herod.* I, 140. *Fl.* ὑέλῳ. SOLAN. *Suillum adipem* interpretationis antiquae facessere hinc jubeam equidem. Neque tamen *vitrum* proprium hic intelligi posse, manifestum est ex verbi *περιχρίει* notione. *Hesychius* non tantum ὕαλὲν et ὑαλόεν λαμπρὸν interpretatur ac διαφανὲς, sed ipsum etiam ὕαλόν. Et quid similius vitro, quam illa accepta a Seribus, h. e. Indis, pigmenta, quas *Laccas* vocamus? et variae gummatum solutiones ac praeparationes ad conditurum corporum idoneae? Fuerit itaque illa Indorum conditura similis *Theodori*

Kerckringii invento, qui integra cadavera succino circumfuso condivit, si vera sunt, quae narrat *Morhof.* Polyh. 2, 2, 2, 37, 3. GESN. Non adeo certa mihi visa est eruditissimorum hominum, in quibus jam etiam *Wielandius* est, emendatio περιχέει (sic enim, non περιχύει, scripsisse putandus Lucianus, siquidem rem eam voluit) ut eam mihi recipiendam contra librorum consensum ducerem, licet admodum speciosam. Quid? si consulto auctor usus sit verbo ad rem illudendam absurdiorem. Ita certe haud ineptum fuerit περιχρίειν. LEHM.

Ead. l. 10. *Ταριχεύει* etc.) *Sext. Empir.* III. Pyrrhon. Hypotyp. 24. p. 184. (monente *P. Wesseling.* ad *Diod. Sic.* l. c. 92. f.) *Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσι αὐτοὺς (νεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ὑπὲρ γῆς ἔχουσι.* Adde not. *Hemsterh.* ad *Nostri* Necyom. c. 15. REITZ.

Ead. l. 11. *Λέγω δὲ ἰδὼν*) Aegyptiorum mortui tempore *Luciani* adhuc condiebantur. GUYET. Scripta igitur haec post reditum ex Aegypto, (vid. Pro Merc. Cond.) cum antea illic fuisse non constet. SOLAN.

Ead. l. 12. *Δεομένῳ χρημάτων* etc.) *Herodot.* II. et *Diod.* I. §. 1. SOLAN. Confirmat idem *Diod. Sic.* l. c. 93. scribens: *νόμιμον δ' ἔστι παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονέων εἰς ὑποθήκην δανείου· τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὄνειδός τε μέγιστον ἀκολουθεῖ, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν στέρησις ταφῆς.* Ubi *Wesseling.* plura in hanc rem ex *Stob.* Serm. 38. *Herodot.* II, 136. aliisque, non omisso hoc *Luciani* testimonio, adfert. REITZ.

Pag. 208. l. 3. *Ἀγῶνας*) Vide Demon. Vit. cap. 33. et alibi passim. SOLAN.

Ead. l. 16. *Καὶ γὰρ*) *Homer.* Il. Ω, 602. SOLAN.

Pag. 209. l. 1. *Γαστέρι δ' οὔπως*) Iliad. T, 225. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα*) Leviusculum est, sed tamen notandum, in his me correxisse *Gesneri* versionem: *quae in luctu fiunt*: nec aliter *Erasmus*, et ceteri; quasi scripserit auctor τὰ ἐν τ. π. γιγνόμενα. Imo conjunge εὖρες γιγνόμενα (sine articulo) *inveniat fieri.* Ceterum eundem, quem in extremis auctor tangit, vulgi errorem sua ratione et pro loco suo tollere studet *Cicero* singulari disputatione Tusculana prima. LEHM.

IN RHETORUM PRAECEPTOREM.

Pag. 210. l. 1. *ΡΗΤΟΡΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ*) Scriptus videtur Dialogus in *Julium Pollucem*, cujus exstat Onomasticum. Hinc illud (p. 455.) *ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας* etc.

Sic infra Dial. Pseudolog. in Polycnetum Sophistam (p. 814.) Marcil. In *J. Pollucem* scriptum hunc libellum, ajunt *Scholiastes* et *Marcilius*, eum sc. cujus hodieque *Ὀνομαστικὸν* exstat: sane quod extremo libro scribit de nomine c. 24. ut recte conjecisse videantur, facit. Aegyptium fuisse *Palmerius* inde elicit, quod pater (eodem c. 24.) serviisse dicitur. Naucratites autem Pollux. *Philostr.* 592. quamquam *Ἀρδουέννας σοφιστὴς* aliquando audit. Vid. *Suid. Πολυδ.* et *Naυκρατ.* In alia sententia est *Hemsterhusius* in praef. et ad c. 1. *Pollucis*, de quo optime meritus est. Haec ego obiter. Ille ex professo, ideoque magis audiendus. Solan. Ejusdem plane cum *Hemsterhusio* sententiae sunt *Gesner.* in adnot. ad verba c. 11. *βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις*, et *Wieland.* in limine vers. Germ. Vol. VI. p. 3. Sed *Belinus* Tom. IV. p. 143. sq. graves illas, quibus *Hemsterhusius* Scholiastae et *Marcilii* opinionem impugnavit, rationes levissimis argumentationibus diluere studet, postremum exclamans: „Adeone improbabile esse, Lucianum eundem locum praeceptoris Commodi juvenis petiisse, quem nactus est Jul. Pollux, et vindictam a feliciore competitore sumsisse nota ei per hunc libellum inurenda?“ Adeone, sic contra mihi licebit exclamare, adeone facile fieri potuisse, ut Luciani nomen contra omnem fidem historicam ab ipso interprete et familiari levissime commacularetur? Scilicet nihil mihi quidem levius, nihil viro erudito indignius, esse videtur, quam ratio eorum, qui conjecturas alias aliis superstruendo novas modo sententias in medium proferre et laudatis viris se opponere gestiunt, parum curantes, quid inde vel lucri vel damni in ipsam historiam sit tandem redundaturum. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἐρωτᾷς* etc.) *Ἐρωτᾷς, ὦ μειράκιον, ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιο, καὶ τὸ σεμνότατον τοῦτο καὶ πάνδημον ὄνομα σοφιστὴς αὐτὸς εἶναι δόξῃς. Sciscitaris, adolescens, quo pacto Rhetor evadere, et venustissimum illud, vulgoque celebratum nomen Sophista ipse censeri possis.* Sic interpres. Sed in Ms. est *πάντιμον ὄνομα*, vertendum, *illud et quod ab omnibus colitur nomen.* Graev.

Ibid. Τὸ σεμνότατον τοῦτο καὶ πάνδημον ὄνομα) Haec duo in unam rem coire omnino nequeunt, et latet certe aliud, quod ex vetustis libris exspectandum. Interim solitus fui hic legere *πάνδεινον*, quod vocabulum in Philopseude quidem usurpat auctor ad malum, *πάνδεινα πάσχειν ἱερόσυλον ὄντα*· sed in bonum occurrit, et quidem in hac ipsa materia, in Rhetorum praeceptore, *πάνδεινόν τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστήν*. Gron.

Ead. l. 10. *Πάντιμον*) Ita Ms. Gr. L. et Ed. *J.* ac *V.* 2. recte; nec ulla amplius mutatione indiget locus. Reliqui impr.

πάνδημον. SOLAN. *Πάνδημον*) Non possum damnare lectionem impressorum, credo, omnium. Ut in fine hujus libelli Venus *πάνδημος*, quam omnis populus veneratur; sic *πάνδημον ὄνομα* non minus mihi rectum videtur, quam *πάντιμον*. GESN. Solan. *πάντιμον* praefert, ex *J.* et *V.* 2. Ceterasque male habere *πάνδημον*, margini adscripsit. Ego, quia utrumque eodem redit, numerum Edd. potiorem sequor, et sine necessitate vulgatum movere non sustinui. Immo, re accuratius examinata, *πάνδημον* veram esse lectionem video, quod ideo per *πάνδημον* Venerem juret in fin. hujus Dial. (vid. §. 25. f.) quod ipse voti hujus compos jam *πάνδημος* sibi factus videatur, et conclusio ita propositioni respondeat. His scriptis video, *Gesnerum* mecum plane consentire. REITZ.

Pag. 211. l. 2. *Ἱερὸν*) Ex Pythagoricorum schola haustum. V. *Jambl.* de V. Pyth. No. 85. KUSTER. *Platonis* aetate jam inter proverbia numerabatur. Theag. p. Ed. *Bas.* 239, 1. Ad *Menandri* senarium alludit, *Ἱερὸν ἀληθῶς ἐστιν ἡ συμβουλία.* Vid. *Steph. γνωμ.* p. 278. SOLAN. *Ἱερόν τι χρῆμα τὴν συμβ.*) Rursus infra Adv. Ind. c. 25. *σκόπει τοίνυν ὡς ἱερὸν χρῆμα συμβουλή. Long.* Past. IV. pr. *ὁ παράδεισος πάγκαλόν τι χρῆμα. Aristoph.* Plut. 895. *πολὺ χρῆμα τεμάχων. Aelian.* V. H. I, 3. *σοφόν τι χρῆμα ἦν γένος βατράχων.* Plura Commentt. ad utrumque. At quis hoc loquendi genus ignorare potest? REITZ.

Ead. l. 4. *Ἐπ' ἐμοὶ*) *Ἄκουε ἐπ' ἐμοὶ* junxit *Birckheimer.* vertens, *audi ex me:* quod defendi posset ex *Phalar.* Epist. 18. ubi *ἐπὶ σοὶ, quem tibi commisi.* Sed rectius *Gesnerus* cum *Benedicto τόγε ἐπ' ἐμοὶ* jungit, pro *κατὰ τό γε*, i. e. *quantum in me.* REITZ.

Ead. l. 5. *Τάχιστα*) Sic L. In impr. *μάλιστα.* Ex *Thucydide* autem verba haec mutuo accepit L. II, 60. quem et alibi eorum auctorem nominat; De Salt. c. 36. SOLAN. *Τάχιστα*) Non placebit haec emendatio illis, qui pr. c. 2. legerint: ubi, multo labore opus esse ad hoc ipsum, videtur innui; sed placebit porro legentibus c. 3. ubi promittit, se non ordinaria ac difficili, sed compendiosissima ipsum via ducturum. Magisque probabitur conferentibus c. 5. ubi unius diei rhetorem illum futurum promittit, et cap. 10. quo loco *ταχεῖα εὐθὺ τῆς ῥητορικῆς ὁδὸς*, et *τάχιστα — τῇ ῥητορικῇ συνεῖναι* itidem habemus. REITZ.

Pag. 212. l. 2. *Ἰδρῶτος μεστὴν*) *Hesiod. Ἔργ.* 290. GUYET.

Ead. l. 3. *Ἐπεὶ οὐδέν*) *L. Bos* de Ellips. p. 108. vertit, *alioqui — differremus;* cum ante versum esset, *siquidem differimus.* Sed *Gesnerus* jam sua sponte emendavit. REITZ.

Ead. l. 8. *Ἱππήλατον καὶ κατάντη*) *Facilem et acclivem* reddiderat *Birckheimerus:* cum deberet, *equitabilem ac declivem*, vel *pronam. Hemst.* illud *equitabilem* superscripserat, quod *Gesnerus* per circuitionem dedit. Reitz.

Ead. l. 11. *Αἰρήσεις*) Ex Codice L. hoc, qui *αἱρήσεις*, pro vulgato *ἀγρεύσεις*, habet. Solan.

Ibid. Καὶ, νὴ Δί', εὐωχήσῃ κατακείμενος, ἐκείνους, ὁπόσοι τὴν ἑτέραν ἑτράποντο, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπισκοπῶν) Inducit hic *Lucianus* quempiam, qui faciliori et breviori via aliquem ad artis Rhetoricae scientiam suscipit perducere. Mirifice itaque in exordio commendat et extollit hic *διδάσκαλος*, viae, qua discipulum suum ducturus esset, brevitatem, et commoditatem; ita ut sine ullo sudore et molestia ad summum pervenire discipulus possit: *quo cum veneris*, inquit, *hilariter profecto vives, decumbens, eos omnes, qui ad aliam se flexerunt viam, e summo despiciens, etiamnum haerentes in difficilibus et lubricis rupibus, aegre adscendentes, et subinde in caput devolutos* etc. *Marcilius* legit *κατακείμενος ἔκπονος*, pro *ἐκείνους*. Quae mutatio cur sit necessaria, equidem nullus video. Ipsum illud *εὐωχήσῃ κατακείμενος* satis efficax est ad denotandum eum, qui omni labore immunis, et solutus vivat. Adde, quod haec locutio, *ἐκείνους, ὁπόσοι* etc. est nimis rotunda, et *Luciano* nostro familiaris, quam ut sit sollicitanda. Noster in Hippiae initio, *τῶν σοφῶν ἐκείνους μάλιστα ἔγωγέ φημι δεῖν ἐπαινεῖν, ὁπόσοι* etc. et eandem pag. *τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι* etc. ac passim. Jens.

Ead. l. 12. *Ἔκπονους*) *Ἔκπονος*, ut *ἔκνομος, ἔκδικος, ἔκνοος*, et id genus alia. Sic paucis interjectis, *μονονουχὶ καθεύδων λαβών*. Et pag. 440. *ἀπονητί*. Marcil. *Ἐκείνους*) Ante *Benedictum* jam *Fl.* Ed. recte habebat. Reliqui libri, quod mireris, *ἔκπνους*. Solan. *Ἔκπονους, ὁπόσοι*) Sanus mihi videtur locus, tentatus, ut videtur, propter verbum nondum relatum in Lexica. Ut *ἄπνους* est, qui non respirat, *δύσπνους*, qui difficulter: sic *ἔκπνους*, qui labore, cursu, multum spiritus effudit, et nunc aegre eum recipit, verbo, *anhelus*. Jungo igitur *ἐπισκοπῶν ἔκπνους*, et deinde *ἀνέροντας κ. τ. λ.* Gesn. Fallitur *Gesnerus*, quum *ἐκπνόους*, quod cogitavit, nec possit, nec soleat, scribi *ἔκπνους*, accentu prave deflexo. *Ἔκπνους* foret *ἔκπνοος*. Facile igitur sequor *Jensii*, *Solani*, aliorum, judicium et *Reitzii* textum; sed propter hanc ipsam eaussam etiam vocem *anhelantes* in *Gesneri* interpretatione, ut par est, muto ad vocem Graecam. Lehm.

Pag. 213. l. 6. *Πρὸς Φίλιον Διὸς*) Etsi supra Tim. c. 1. *ὦ Ζεῦ φίλιε* necessario additur; hic tamen *Διὸς* cum *Fl.* omit-

tere malim, vereorque, ne ex interpretamento hoc irrepserit: nam et alibi solet sine Jovis mentione *Philium* solum dicere, ut Tox. c. 11. fin. ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; et alibi. Quin vel in jurandi formulis omitti solet Ζεύς. *Aristoph.* Acharn. 730. ναὶ τὸν Φίλιον, quod cum *Scholiast.* ibi exponat νὴ τὸν φίλιον Δία, facile ex simili glossa illud Διὸς huc irrepserit. Reitz. Non igitur viderunt *Reitzius* et quibus haecce ejus adnotatio fraudi fuit, ubi Φίλιος sine Ζεὺς dicatur, non item omitti solere, nec facile posse, articulum. Nec movet me locus Herod. c. 7. Tom. IV. p. 126. ut h. l. a sententia mea recedam Lehm.

Ead. l. 8. Εἰ γὰρ) Ἦ γὰρ, an. Guyet. Non plane opus esse arbitror, quia ex sequenti interrogatione sensus etiam τοῦ εἰ est apertus. Reitz. Εἰ γὰρ Ἡσίοδος — ῥήτορα δὲ etc. est schema, ut omnino haud raro obvium, ita frequentissime apud nostrum scriptorem. Vid. ad Hermot. c. 27. et *Fritzsch.* Quaestst. p. 45. sq. Lehm.

Ibid. Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα) *Hesiod. Theog.* 30. Solan.

Ead. l. 12. Ἀδύνατον) Subaudi ἔσται, nisi fortasse exciderit reponendum post τὸ ἀδύνατον. Vett. libri inspiciendi. Guyet. Nihil in Codd. subsidii reperio; sed nec adeo desidero. Reitz.

Ead. l. 14. Σιδωνίου) Absurda haec fabula, quam *Sidonio* mercatori ideo affingere puto, quia *Sidonium Sophistam* petebat, de quo in Demon. vita c. 14. Solan.

Ead. l. 15. Ἤδη) Conf. supra Scyth. c. ult. versus fin. Solan. Nihil peculiare hoc habet: hac enim potestate τὸ ἤδη saepius occurrit, ut Quom. Hist. c. 1. Ἀνσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος. Ne plura. Reitz.

Pag. 214. l. 5. Ἐλάσαντας) Ἐλαύνειν γῆν pro *vagari, peragrare* regionem, etiam supra Alex. c. 46. γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. Vide et Gall. c. 14. ubi nonnulla addidi. Reitz.

Ead. l. 6. Διανύσαντας) Sic *J.* et *V.* 2. melius, quam quod in reliquis διανύσαντα, nisi etiam, quod praecessit, ἐλάσαντας mutes. Solan.

Ead. l. 12. Λύτλινα μᾶλα) Si veram narrat historiam *Lucianus*, merito fides non est habita homini vano ab Alexandro, quem alia omnia edocere nempe poterant mensores sui. Inter fines occidentales Persidis et orientales Aegypti intersunt gradus non minus XV, id est, milliaria Germanica minimum CC, expedito etiam homini XX. mansiones denorum milliarium. Itaque puto, hanc ipsam narrationem, vel fictam, vel veram, pertinere ad ironiam *Luciani*, demonstrandumque

τὸ ἀδύνατον τῆς ὑποσχέσεως potius, quam eo, quo verba, illa praesertim, καὶ εἶχεν οὕτω, ducunt. Gesn.

Pag. 215. l. 2. *Κέβης*) Cebes Thebanus philosophus fuit, discipulus Socratis, quem scripsisse dialogos tres, qui inscribuntur Ἑβδόμη, Φρύνιχος, Πίναξ, auctores sunt *Laërt.* L. 2. et *Suid.* Sed praeter πίνακα nihil exstat. Cogn. *Cyzicenum* et h. l. et De Merc. Cond. c. 42. Cebetem hunc fuisse voluit *J. J. Garnier* in Memoires de Litterat. de l'Acad. des Inscr. et Belles Lettres Tom. 47. Par. 1808. 4. in peculiari commentatione de Cebetis tabula. Audacissimaque conjectura verba ὁ *Κέβης ἐκεῖνος* in *Κυζικηνὸς* utroque in loco mutanda esse statuit; in qua sententia mihi quidem nihil probabile inesse videtur. Lehm.

Ead. l. 5. Ἐφ' ὑψηλοῦ καθήσθω) Augent interpretes, *in eminenti solio sedet.* At non utique, cum sic loquuntur Graeci, de solio intelligunt: et ipse paulo ante citatus Cebes, cum de beatitudine agit, ὑψηλὸν agnoscit non de solio, sed de loco, ubi illa fingitur morari, et in illo ὑψηλῷ, quod statuit esse ἀκρόπολιν τῶν περιβόλων, ista κάθηται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ. Denique Lucianus non respexit ad solium, sed ad situm loci; unde mox inquit, πρόσει δὴ σὺ ἐραστὴς, ἐπιθυμῶν δηλαδὴ ὅτι τάχιστα γενέσθαι ἐπὶ τῆς ἄκρας, quae quidem ἄκρα non est demonstrata, nisi in solo hoc ὑψηλῷ, ita ut mihi certe videatur temere addi vox tertia Gron.

Ead. l. 6. Ἀμαλθείας κέρας) Rhea Jovem enixa, metu patris infantem in Creta occuluit, nutriendum a duabus Nymphis, Adrastea et Isda, Melisei filiabus: hae nutricaverunt illum caprae cujusdam lacte, cujus nomen fuerat Amalthea: eam capram Jupiter jam adultus in sidera retulit, vocaturque a Graecis αἴξ οὐράνιος· hujus alterum cornu Nymphis nutricibus dedit, videlicet officii praemium, hanc adjiciens facultatem, ut, quidquid optassent, id illis ex eo suppullularet. Hinc adagium, Ἀμαλθείας κέρας. Cogn.

Ead. l. 12. *Εἴ που*) Ut Quom. Hist. Conscr. c. 23. ἐοικέναι παιδίῳ εἴ που Ἔρωτα etc. *Ven.* utraque ἤπου, prave. De Hippopotamo consule omnino *Spanh.* 172.... qui in nummis formam ejus exhibet. De Crocodilis etiam eundem vide p. 175. At in nummis non insidet Nilus Crocodilo, sed adsidet. Πήχεις vero illi comparent recumbenti Nilo adstantes, in nummo Hadriani a *Spanhemio* memorato pag. 174. Verba ipsa viri illustrissimi, cum nummum ipsum videre non licuerit, accipe. (Exstat quoque in eadem gaza (regis Galliae) hujus Hadriani nummus, in quo *Nilus recumbens,* sphingi innixus, *circum autem pueruli quatuor,* quorum unus hippopotamo

insidet. Haud aliter ac *circumstantes* etiam *pueros* praefert *statua Nili* Vaticana; et ejusdem fluvii, uti a *Diodoro* alicubi (I, 9.) dicitur *πολυγόνου*, effigies apud *Philostratum* (Icon. I. p. 737. Ed. postr. p. 769.) traditur, quos alias *in Aegyptiis Nili picturis familiares* notavit *Heliodorus.* (l. IX.) Adde, quod de dedicata a Vespasiano in templo Pacis insigni quadam Nili e bisalte statua docet *Plinius;* ac ubi simul tangit, quid *liberi illi Nili simulacris addi soliti,* et quos alibi *Νάνους τοῦ Νείλου* dictos legisse memini, denotarent, (XXXVI, 7.) *Argumento* NILI XVI. LIBERIS CIRCA LUDENTIBUS, *per quos totidem* CUBITA *summi incrementi augentis se amnis intelliguntur.*) Quae omnia hunc locum mire illustrant: nam et res ipsa inde luculenter confirmatur, et simul vocis *πήχεις*, quae apud *Philostr.* etiam occurrit, ratio manifeste aperitur. Vide omnino *Philostratum* l. c. et 525. ubi eo alludit. SOLAN.

Ead. l. 14. *Ἐν αὐτῷ*) Id est, in Nili fluminis descriptione, sive pictura, icone. GUYET. Absurde hae duae voces adduntur: nolui tamen, cum in omnibus inveniantur, expungere. SOLAN. Etiam mihi suspecta sunt: nec enim satisfacit *Gesneri* interpretatio, nec placet omnino *Jacobsii* emendatio *ἐναργῶς*. Rectius, credo, habebuntur pro repetitione oscitantis librarii, qui scribendo priorum adhuc male memor esset. LEHM.

Ead. l. 15. *Πήχεις*) Amores dicti *πήχεις* a statura. *Philostrat.* tabula Nili, *περὶ τὸν Νεῖλον οἱ πήχεις ἀθύρουσι, παιδία ξύμμετρα τῷ ὀνόματι.* BOURD. Si quis inspicere velit *Philostrati* Icona 1, 5. et quae ibi dedit *ὁ πάνυ Olearius*, nihil ad explanationem hujus loci desiderabit. Caeterum *Πήχεις* ibi in versione Latina reliquit, *Peches*, Olearius; ego non dubitavi dare *Cubitos*, cum *Dactylos Idaeos Digitos* vocare non refugerint *Cicero* de Nat. Deor. III, 16. atque *Arnobius* III. pag. 124. sq. Nempe utrobique ad significationem nominis respicitur, quod de Digitis docet *Pollux* 2, 156. Cubitos *Philostratus* l. c. *παιδία* vocat *ξύμμετρα τῷ ὀνόματι.* Et quod *Noster* de Aegyptiis dicit, sine dubio illi nomine suae linguae, cubitum notante, utebantur. Sic *satos* non male dici *Spartos* illos, *σπαρτοὺς*, Cadmeos fratres, diximus ad de Salt. c. 41. GESN.

Pag. 216. l. 2. *Πρόσει*) *Ades.* GUYET.

Ead. l. 3. *Ὅτι τάχιστα* etc.) Adfert haec *Th. Mag.* verbo *βούλομαι* p. m. 31. ubi cum *ὅτι τάχιστα* recte sejungitur, uti et in Ed. *Lucian. Hag.* et ego sic dedi, cum *ὁτιτάχιστα* junctim exaratum invenirem in edd. *Par. J. Salm.* aliisque. Pleonasmum autem hunc *τοῦ ὅτι* esse frequentissimum, quid opus est multis confirmare? Vid. mox cap. 15. *φωνὴν ὅτι μεγίστην. Aesop.* Fab. 128. *ὅτι πλεῖστος χρυσός.* Adde *Bud.* Comment.

L. Gr. p. 688. Et ὡς ὅτι μάλιστα sive κάλλιστα, apud *Aelian.* V. H. II, 13. versus fin. ibique *Periz.* Reitz.

Ead. l. 8. Ἡ Ἄορνος) Confer *Philostr.* L. II. vit. Apoll. p. 58. ibique *Olear.* No. 2. et 4. docentem, *Aornum* esse, quam *Sisimithri petram Plutarch.* vocat in vita Alexandri, nomenque traxisse ab avibus, quibus careret, vel ad quas aves evolare nequirent. Adde *Curt.* VIII. c. 11. pr. narrantem, qua ratione haec petra ab Hercule frustra obsessa, tamen a Macedonibus occupata fuerit, ibique *Cellarium*, docentem, Ἄορνος et Ἄορνις, scribi. Quare in re nota plura non congeram. Confer, si vis, Dial. Mort. XIV. f. ubi jam demum video idem de diversa orthogr. jam traditum a *Hemsterh.* Ἀόρνου etiam scribitur Herm. c. 4. Reitz.

Ead. l. 15. Ἡσιοδος) Hesiod. I. Ἔργ. ait, asperam esse ad virtutem viam, cacumen vero molle; hinc Pythagorae litera, de qua *Virg.* Cogn. *Hesiod.* Ἔργ. 290. Solan.

Ead. l. 16. Εὔυδρος) Sic jam constanter Edd. ut supra quoque 1. Ver. Hist. c. 28. Neque Codd. dissentiunt. Alias facile variari inter εὔυδρος et ἔνυδρος, alibi vidimus. Variatur et in *Diod. Sic.* V. c. 2. p. 332 pr. Reitz.

Pag. 217. l. 2. Τό γε τοιοῦτο) An pro τοιοῦτό γε positum est? τὸ, τοιοῦτό γε magis hic placeret. Guyet. Τοιοῦτον, quod *Par.* habet, fere usitatius est. *Phal.* Ep. 28. τοιοῦτον ἀπέχω. Item 42. et alibi. *Epict.* Sent. 78. μὴ τοιοῦτον τῆς πολυτελείας φρόντιζε. *Ael.* V. H. I, 8. τοιοῦτον κακόν. Noster fere ubique. Sic παρὰ τοιοῦτον 2. Ver. H. c. 26. ubi plura in nott. Item in Tim. §. 41. χρυσίον τοιοῦτον. Et hoc ipsum τό γε τοιοῦτον in eodem Tim. §. 45. med. Quare nihil opus erit correctione *Guyeti*; nisi quis forte et cum *Par. v* addere velit, nihil veritus κακοφωνίαν, cum et π sequatur illic, τό γε τοιοῦτον παρανομήσομεν enim legitur. Et sic τοιοῦτον quoque Nostro frequentius esse, quam τοιοῦτο, non semel alibi vidimus. Atque ita τοιοῦτον et τοιοῦτον, pro τοιοῦτο ac τοιοῦτο, rursus infra hoc Dial. cap. 13. Reitz.

Ead. l. 8. Τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον) Hesiod. l. c. Solan.

Ead. l. 12. Ἐπὶ δ' οὖν εἰς τὴν ἀρχὴν) Ἐπεὶ δ' οὖν εἰ τὴν ἀρχήν. Marcil. Haec corrupta esse, bene vidit *Marcilius.* Sed ἐπεὶ non habet, quo satis commode referatur: sequitur enim ὡς οὖν. Equidem aut ἔπειτ' οὖν legendum putem, aut dicam, τὴν εἰς esse glossam τῆς ἐπὶ, proinde omittendam. Atque hoc interpretando expressi. Forte certiora dabunt libri. Gesn. Ἐπὶ δ' οὖν etc.) Ἐπεὶ jam habebant Edd. nostrae; sed quod *Marcil.* et εἰ scribat, pro εἰς, si modo scripserit, nihili est. Interim cum *Gesnero* malim ἔπειτ' pro ἔπειτα· et paullo post ἂν re-

ceperim, ne illud repetitum οὖν difficultatem pariat. Reitz. *Marcilii εἰ* accipio pro *εἴ*, accentu per errorem omisso. Divinasse enim videtur veram lectionem, quam unice vidit *Jacobsius, ἐπεὶ δ' οὖν εἰς τὴν ἀρχὴν ἀφικόμενος, quando primum adveneris.* Varias scripturas genuit et dictionis et collocationis verborum insolentia. Lehm.

Ead. l. 12. Ὡς ἂν) Ὅ οὖν L. In omnibus etiam, excepta *J. οὖν.* Solan. Ὡς οὖν) *Quemadmodum igitur* etc. Guyet. Recte; nisi ὅπως quis malit; quod tamen non opus esse credo, quia utrumque non semel confunditur. Reitz. Ms. Reg. 2954. ὅ, τι οὖν, non male. Bip. Et sic *Schmiederus.* Sed vid. Varr. Lectt. Lehm.

Pag. 218. l. 3. Ἑαυτὸν) Praeter variationem αὐτὸν, quam in sola marg. *A. W.* invenio, adscriptum erat eidem: ἐμαυτὸν legisse videtur *Bilibaldus.* Quod inde conjecit, quia priscus hujus Dialogi interpres Latinus *Bilibaldus* dedit, *me ipsum.* Id quod licebat, servata etiam vulgata. V. ad Paras. c. 8. Reitz. Restitui αὐτὸν, quod etiam in Gorl. reperitur. Nam vel solum αὐτὸν significat *ipsum me*, majore vi posita in oppositione discipuli et *ipsius* magistri. Lehm.

Ead. l. 3. Ἄσπορα καὶ ἀνήροτα) *Homer.* Od. I, 109. Solan. Sed ἄσπαρτα apud *Homer.* est et sic apud Nostrum jam crebro quoque ante adlegatur hic versus. Vid. ad 2. Phal. cap. 8. Adde Parasit. §. 24. ubi etiam ἄσπαρτα· ita ut mirum videatur, cur id jam variaverit. Reitz.

Ead. l. 5. Ἀνδρώδης τὸ βάδισμα) Conf. supra Tim. c. 32. Solan. Ex divisione *Hemsterhusii* jam est §. 54. Reitz.

Ead. l. 12. Φήσει) Non improbabit hanc mutationem vulgatae, qui sequens κελεύσει, et iterum sequens φήσει post ἀπαραίτητα conferet. Reitz.

Ead. l. 17. Εἶτά σε κελεύσει ζηλοῦν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἴσως παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων, οὐ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶν, Ἡγησίου, καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα, καὶ Νησιώτην) Vertunt: *Inde te priscos illos viros imitari jubebit, inutilia orationum proponens exempla, nec imitatu facilia, qualia vetustae sunt constructionis, Hegesii, Cratetis, Nesiotae.* Primum vertendum *Hegesiae.* Ἡγησίας enim Magnesius intelligitur ille orator, qui ut *Cicero* de eo ait in Bruto de claris oratoribus, Charisii voluit similis esse, ac se ita putavit Atticum, ut viros illos prae se paene agrestes putaret. *At*, inquit *Cic. quid est tam fractum, tam imminutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?* in Oratore dicit, eum Lysiam voluisse imitari, sed particulas incidisse, numeros infregisse, et concidisse, non

minus sententiis peccasse, quam verbis, ut non possit quaerere, quem appellet ineptum, qui illum cognorit. *Strabo* XIV. Geograph. tradit, eum principem fuisse styli Asiatici, et corrupisse receptam consuetudinem Atticorum oratorum. Fragmentum ex ejus oratione laudat idem *Strabo* lib. IX. *Ὁρῶ τὴν Ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τὸ σημεῖον. ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης. Ἐκεῖνο Λεωκόριον. τοῦτο Θησεῖον. οὐ δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον. Video arcem, et, quod in illa est, tridentis signum. Video Eleusinem, et sacrorum sum mystes. Ibi est Leocorium, hic Theseum. Non possum enarrare singula.* Dein legitur in Ms. *καὶ τῶν ἀμφὶ Κρίτωνα καὶ Νησιώτην*, quod est verius. Fuit quidem Crates Trallianus rhetor, cujus meminit inter decem hujus nominis claros viros *Diogenes Laërtius*, lib. IV. in Cratete, sed is fuit obscurus. Critias vero celebris fuit discipulus Socratis, corruptus a Thessalis, et unus ex triginta tyrannis. *Cic.* de claris Oratoribus, cum dixisset de Themistocle, Pericle, Cleone, *huic*, inquit, *aetati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes, quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, et ob eam ipsam causam interdum subobscuri.* Vide *Philostratum* lib. I. de vitis Sophistarum in Critia. Per *Νησιώτην* vero intelligit Gorgiam Leontinum ex Sicilia, quae *κατ' ἐξοχὴν νῆσος* dicitur, quia insularum maris mediterranei fuit maxima: is fuit Empedoclis discipulus, et principatum inter antiquissimos Sophistas tenuit. Vide *Philostratum* lib. I. de Sophistis, et *Plutarchum* in vitis Rhetorum. GRAEV.

Pag. 219. l. 2. *Παλαιᾶς ἐργασίας*) Sic infra Hipp. c. 5. f. SOLAN.

Ead. l. 3. *Κρίτιαν*) Ita L. etiam, quod probo. In impr. *Κράτητα*. Vide omnino Philops. c. 18. Quo loco rite perpense patet, ni fallor, delendam esse conjunctionem *καὶ*, ut Critias hic etiam *νησιώτης* dicatur. SOLAN.

Ead. l. 3. *Νησιώτην*) I. e. Gorgiam. KUSTER. Ego vero, qui non de Rhetoribus haec dicta puto, sed pictoribus, aut potius sculptoribus, ad Critiam confugio, qui Philops. c. 18. *νησιώτης* iterum vocatur, et inter sculptores recensetur. SOLAN. Laudantur apud *Plinium* inter nobiles statuarios *Critias, Nestocles, Hegias.* Hist. Nat. XXXIV, 19. pr. *Floruit* (Phidias) *Olympiade LXXXIV. circiter* CCC. *nostrae urbis anno. Quo eodem tempore aemuli ejus fuere* Alcamenes, Critias, Nestocles, Hegias. Unde ita hunc locum refingi vult *Belinus*: *Ἥλου, καὶ τῶν ἀμφὶ Κρίτιαν, καὶ Νεστοκλέα* l. *Νεστοκλῆ*. *Critiam*

certe pro *Cratete* etiam habet Ms. Reg. 2954. Bip. Mireris, h. l., ubi de rhetoribus agitur, opinionem oriri potuisse de sculptoribus antiquis. Sed favit mirae huic opinioni duplex casus; et primum quidem illud, quod infra Philops. c. 18. inter clariores antiquioris aetatis sculptores etiam *Κριτίου καὶ Νησιώτου* mentio injicitur; unde *Solano* in mentem h. l. venire potuit conjectura *Κριτίαν Νησιώτην* (abjecta copula), aut quidni potius *Κρ. τὸν Νησ.?* Deinde similitudo quaedam nominum, quae forte exhibet *Plinii* locus laudatus, Hegiae, Critiae et Nestoclis statuariorum, Phidiae aemulorum, *Belinum* sane ita potuit capere, ut serio nomina illa h. l. corrupta putaret tanquam ad *Plinii* normam restituenda esse. Accedit, quod dictio *παλαιᾶς ἐργασίας* similiter infra Hipp. c. 5. de arte statuaria occurrit. At vero haec omnia nonnisi speciem quandam veri habent. Revera h. l. recensentur oratores antiquae disciplinae; ac primum quidem non minus bene *παλαιὰ ἐργασία* h. l. de disciplina artis rhetoricae adhiberi potuit, quam infra c. 15. *Ταραντίνη ἐργασία* de genere quodam vestimentorum tenuiore; et in Epigr. XV. ap. *Schmieder.* Tom. II p. 694. *ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης*, de artibus nescio quibus obscoenioribus. Tum vero magis etiam, quam illud, quod antea dixi, acciderit necesse est hoc, quod quae vulgo h. l. leguntur, vel ab optimis certe libris comprobantur, nomina apprime cum testimoniis veterum, imprimis *Ciceronis*, conveniunt, et quod etiam eandem illam perversam concinnitatis consectationem, quae h. l. in Hegesia, Critia et Gorgia carpitur, in iisdem oratoribus a *Cicerone*, callentissimo ejus artis censore, reprehendi invenias, ut in Hegesia Brut. c. 83. et saepius; in Critia De Orat. II, 23., in Gorgia denique Orat. c. 49. Nam *Κριτίαν* h. l. e tribus vel, nisi fallor, quatuor Codd. pro *Κράτητα* rescribendum esse pro explorato habeo; habuisse etiam videtur *Guil. Langius* Dissert. l. p. 26. Et sub *Νησιώτῃ* aeque h. l. atque apud *Athenaeum* L. II. p. 70. intelligendum esse Gorgiam Leontinum Siculum, non Hecataeum quendam, quod *Casaubonus* haesitans suspicatur, facile credo *Toupio* ad *Longin.* sect. 3. p. 278. nec non *Graevio*, *Kustero*, *Wielandio* ad h. l. Ceterum pro *παρατιθεὶς* in antecedentibus verbis parum afuit, quin maluissem *προτιθεὶς*, ut cap. seq. in. et ubique fere de eadem re; praesertim quum et interpretes ad unum omnes substituissent verbum *proponere*. At *παρατιθέναι*, *apponere*, tropice h. l. dictum, desumta proxime metaphora a cibis obsoletis (*ἐώλοις*) adeoque marcidis. Lehm.

Ead. l. 4. *Ἀκριβῶς ἀποτεταμένα*) A pictura ducta est metaphora. Guyet.

Ead. l. 5. *Πόνον δὲ καὶ ἀγρυπνίαν, καὶ ὑδατοποσίαν, καὶ τὸ ἀλιπαρὲς, ἀναγκαῖα ταῦτα καὶ ἀπαραίτητα φήσει.*) Interpres: *Laborem autem, vigilias, aquae potum, et squalorem, haec omnia necessaria et inevitabilia dicet.* Squalor non desideratur in studiosis eloquentiae. Ms. *λιπαρὲς, assiduitatem,* quod reponendum. Superius idem mendum ope Codicis antiqui delevimus. Graev.

Ead. l. 6. *Λιπαρὲς*) Hoc ex Ms. Gr. In impressis enim *ἀλιπαρὲς* legitur. Solan. Supra Quom. Hist. c. 1. *λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ, febri continua,* s. magna, ubi et ex Abdic. c. 4. *προθυμίᾳ λιπαρεῖ* adduxi, quod *Gesnerus* reddidit, *multo studio.* At cum hic dedit, *cultum neglectiorem,* credo *ἀλιπαρὲς* ei placuisse. Jam vero verterem, *assiduitatem,* immo *indigentiam,* cum *Hesychio,* qui eadem ratione *λιπαρὲς, τὸ δεόμενον* exponit, *καὶ τὸ παρεδρευτικὸν, ἀπὸ τοῦ λίαν παρεῖναι·* unde et *λιπαρεῖν δεῖσθαι, κολακεύειν.* Non adeo per *indigentiam* hic intelligo paupertatem, sed aliorum gratiam auxiliumve rogandi necessitatem. Reitz. *Simillimum* locum vide Hermot. c. 24. ubi res jam, credo, profligata in adnot. Tom. IV. p. 402. sq. Lehm.

Ead. l. 10. *Τριακάδας*) Conf. supra de Luct. c. 16. Reitz.

Ead. l. 13. *Ἀπαιτεῖν*) Puto scriptum fuisse *ἀποτίνειν*, ut cum reliquis ad discipulum referatur. In impr. nihil hic subsidii. Solan. Nihil sani possum exsculpere ex infinito, quod habent, quorum inspiciendorum mihi fuit copia. Interpretatus sum, quasi legeretur *ἀπαιτοίη*, tenui mutatione. Gesn. *Ἀπαιτεῖ*) Quia *ἀπαιτεῖν* sensum commodum non fundit, quod et pristinus interpres sensit, *expetet mercedem* reddens, non dubitavi recipere *ἀπαιτεῖ*, nec invito, credo, *Gesnero*, cujus versio eodem redit, licet *ἀπαιτοίη* ab literis vulgati longius abeat. Reitz.

Pag. 220. l. 1. *Κρονικὸς ἄνθρωπος*) *Κρόνιος* forte. Guyet. Quare? Cum idem sit. Nihil igitur mutandum. Vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Pl. v. 581. Reitz.

Ead. l. 3. *Μαχαιροποιοῦ υἱὸν*) *Τὸν Δημοσθένη.* Guyet. Demosthenem designat, de cujus patre diximus ad Somn. cap. 7. Solan.

Ead. l. 4. *Ἀτρομήτου*) *Τὸν Αἰσχίνην.* Guyet. (Idem etiam adscripserat *La Croze.*) Aeschinem, de cujus patre multa *Demosthenes* in oratione de Corona cap. 40. p. m. 170. et seqq. quae cum leges, memento tamen paullo inclementius ab inimico dicta. Ibi autem *Τρόμης* verum ejus nomen fuisse dicitur, non *Ἀτρομήτης*, quod ab Aeschine mutatum fuisse ait. Sed, ut ut sit, hoc obtinuit. Vid. *Philostr.* p. 506. Solan. Vid

Toup. apud *Schaefer.* in Ed. *Demosth.* Tom. II. Adnott. p. 196. LEHM.

Ibid. Γραμματιστοῦ) Supra De Merc. Cond. c. 4. SOLAN.

Ead. l. 7. *Κεκαινοτόμηται*) *Τὸ καινοτομεῖν ἀπὸ τῆς σκυτοτομικῆς* translatum videtur. GUYET. *Viam secare*, ab aratoribus potius translatum puto. WETST.

Ead. l. 10. *Ἐκτραχηλίσῃ*) Ab equestri arte metaphora. GUYET.

Ead. l. 13. *Ἴθι*) Edd. et Ox. Ms. *ἴσθι*, mendose. Vide etiam Adv. Indoct. c. 28. SOLAN.

Ead. l. 14. *Πέραν τοῦ μετρίου*) *Πέρα* sine dubio, propter sequentem consonam quaesivit *Solan.* quia sic tum scribi amat, ut de Salt. c. 21. et pro Imag. c. 17. Sed quia nihil varietatis invenio, nihil muto. REITZ.

Ibid. Χαίρειν λέγε) An legendum *λέγειν*; ut sit, *ἴσθι λέγειν*. GUYET. Jam vero invento *ἴθι* nihil indigemus *τοῦ λέγειν*. Et quam belle sonarent tres illi infinitivi juncti *χαίρειν, ἀναβαίνειν, λέγειν*· ego, commate sublato, quod post *χαίρειν* erat, jam facile ita construo, *λέγε μαχρὰ χαίρειν, λέγε ἀναβαίνειν* etc. REITZ.

Pag. 221. l. 3. *Μὲν*) Ex Ms. O. ante *καὶ ἄλλους*. SOLAN.

Ibid. Πάνσοφον) Quem hisce designari credam, nota nostra ad titulum hujus opusculi indicavit. SOLAN.

Ead. l. 4. *Πάγκαλον — διασ. — ἐπιχειλ.* etc. Jam eleganti rursus asyndeto haec enuntiat, de quo pauca monuimus ad 2. Ver. Hist. c. 35. Adde Asin. c. 16. m. Icar. 12. Conf. Parasit. cap. 13. *μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγάς*. Quod ideo moneo, ne semper accusetur nimis repetiti *καὶ*. REITZ.

Ibid. Διαφεσαλευμένον) Sic supra de Merced. c. 33. f. *διαφεσαλευμένον τὸ βλέμμα*. REITZ.

Ead. l. 7. *Ταχινθίνας τὰς τρίχας*) Conf. supra Amor. c. 26. Adde *J. Arntzen.* de tinct. et colore comar. REITZ.

Ead. l. 8. *Κινύραν*) *Pindar.* in Nemaeis et *Plat.* L. 2. de leg. meminerunt Cinyrae. Item *Suidas* in dict. *καταγηράσκω*. COGN. Myrrhae patrem; alium enim famosum non novi: nec de muliere intelligi facile extorquebis. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ἀγάθωνα*) Agathonis poëtae tragici splendidi et liberalis meminit *Aristoph.* in Thesmoph. cujus carminum mollitiem multis modis deridet. Meminerunt *Suidas* et *Plato*. COGN. De hoc consule eruditissimi *Bentleji* Dissertationem de Epist. *Eur.* et *Philostr.* pag. 493. cum not. Vid. etiam *Lil. Gyral.* 299. f. *Aristoph.* p. 766. *Athen.* XIII. c. 4. II, 21. Varia eius vitia taxat *Arist.* de Poëtic. c. 16. et Schol. *Aristoph.* Vide et *Vossium* de Poëtis Gr. SOLAN.

Ead. l. 15. *Ἀρούρης καρπὸν ἔδομεν*) *Hom.* Il. Z, 142. Solan.

Pag. 222. l. 2. *Σεαυτὸν*) Florentinam male *ἑαυτὸν* habere, adleverat *Solan.* Non adeo male; quin vel sic ederem, si plures addicerent. Vid. ad. Paras. c. 8. Asin. 13. et modo ad c. 8. hujus Dialogi indicata: at quia vulgatum est ad normam, quis id moveret? Reitz.

Ead. l. 4. *Βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις*) *Julium Pollucem*, Onomastici auctorem non tangi hoc libello, cum satis luculenter ostenderit *Hemsterhusius*, non opus est, ut operam ea in re ponamus: sed illud tamen indicare placet, neque hanc formulam, neque illam alteram de *τεθρύλητοις τοῦ λόγου*, in Onomastico exstare, ut scilicet nec reliqua, quae hic ridet *Lucianus.* Nec est, quod quis dicat, in aliis libris iis verbis usum: non enim profecto talia omisisset in Onomastico. Illius porro singulorum librorum praefationes longissime absunt ab ea dicendi forma, quam *Lucianus* reprehendit. Sed praeclare actum a viro doctissimo, non agimus. Gesn. Cf. primam omnium ad hunc libellum adnotationem. De formula autem *βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις*, admonet hujus loci *Aug. Meineke* Quaestst. Scenicarum Spec. I. p. 30. Lehm.

Ead. l. 9. *Φαίη ἂν τοιγαροῦν πρὸς σὲ ᾠδή πως, ἀσπασάμενος ὁπόσον ἔτι λοιπὸν τῆς κόμης, καὶ ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο*) Vertunt: *Te igitur ita compellabit, reliquam adhuc tibi comam demulcens, et tenerum illud ac jucundum subridens.* Ubi est in Graeco *tibi? Theod. Marcilius* legit *ἀποσπασάμενος, dimota nempe a fronte in tempora*, inquit. Sed Ms. legit *ἐπισπασάμενος*, hoc est, capillos promittens, pectendo scilicet et comendo, non discipuli, sed suos, ut pulchrior et comtior videretur, majoreque polleret auctoritate. Sic in Anthol. *ἐπισπᾶσθαι πώγωνα* dicitur, qui barbam comit et expandit. Discipulus non multum comae amiserat, sed magister erat calvaster, ideoque dicit, *ὁπόσον ἔτι λοιπὸν τῆς κόμης* Mox pro *αὐτοθαΐδα* Ms. *αὐτὸς θαΐδα.* Graev.

Ead. l. 10. *Ἀσπασάμενος*) *Ἀναψησάμενος* legendum omnino videtur. Guyet. *Ἐπισπασάμενος*) Ita G. O. et L. In impr. *ἀσπ* — nisi quod *Fl. ἐσπ.* — mendose habet. Conf. Jov. Trag. cap. 16. Solan. *Ἀσπασάμενος* — *τῆς κόμης*) Est inter gestus eorum, qui dicere incipiunt. *Quintil.* II, 3, 158. *In hac cunctatione sunt quaedam non indecentes, ut appellant scenici, morae,* caput mulcere, *manum intueri, infringere articulos, simulare conatum, suspiratione solicitudinem fateri* etc. Retineo autem *ἀσπάσασθαι*, et refero ad primam et propriam notionem verbi, qua blandum aliquem manus vel oris contactum significat, quam declarat *Eustath.* ad Odyss. *Γ*, 35. *χερσὶν ἡσπάζοντο, ἀντὶ τοῦ*

ἐπεσπῶντο καὶ εἶλκον διὰ δεξιώσεως εἰς ἑαυτοὺς κ. τ. λ. pluscula enim sunt p. 111, 11. Similia habet ad Od. T. pag. 705, 8. GESN. *Ἀποσπασάμενος.* Dimota nempe a fronte in tempora. *Marcil.* At jam invento *ἐπισπασάμενος* placati erunt *Marcilii* manes. Lubens quidem cum *Gesnero* retinuissem vulgatum *ἀσπασάμενος*, si *ἀσπάζεσθαι κόμην* aut *κόμης* dici posse, novissem; nam cum ablat. *χερσὶν* alia res est. Cumque vel quatuor Codd. probent *ἐπισπ* — nemo me temeritatis arguet ex iis adsumsisse id, quod intelligo; nec enim ex libidine novandi sic egi. Florentinae quippe illud *ἑσπασάμενος* proxime quoque ad *ἐπισπ* — accedit; quia hoc ipsum poterit dici natum esse ex compendio scribendi *τοῦ ἐπισπ*. Codicum ergo scripturam praeferre debui. REITZ. *Ἐπισπασάμενος*, bonis adeo auctoribus assumtum, minime displicet: sed nec poenitet indicasse illam verbi *ἀσπάζεσθαι* notionem, quam bonam et facundam esse arbitror. GESN. *in Addend.*

Ead. l. 12. *Αὐτοθαΐδα*) Conf. supra Tim. c. 54. ubi *Αὐτοβορέας*, aliaque similia composita obiter indicantur. REITZ.

Ead. l. 15. *Δ' οὖν*) Ms. O. *τοίνυν. Ven.* utraque mendose *δ' οὖ*. SOLAN.

Pag. 223. l. 2. *Ὅτε Χαιρεφῶν*) *Diog. Laërt.* p. 42. D. E. *πρὸς τῆς Πυθίας ἐμαρτυρήθη,*

Χαιρεφῶντι ἀνελούσης ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφορόμενον,
Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Hujus oraculi meminit et *Plato* in Apol. Minime tamen spernendum, quod ex antiquo scriptore *Aristophanis* Scholiastes observat ad Nub. *τοῦτον τὸν χρησμὸν ὁμολογῶν ἐν τῇ κατὰ φιλοσόφων, ψεύδεσθαί φησι τὴν Πυθίαν· τοὺς γὰρ Πυθικοὺς χρησμοὺς ἐξαμέτρους εἶναι.* Idem integrum oraculum sic exhibet: *Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης. Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.* Emendare conatur *Menagius* verba haec Scholiastae ad *Diog. Laërt.* p. 56. D. SOLAN.

Ead. l. 3. *Ὁ σοφώτατος*) *Σωκράτης.* GUYET.

Ead. l. 8. *Παραλαβεῖν*) *Παραβαλεῖν.* MARCIL.

Ibid. Ἀλλ' εἴ τις) *Si quis unquam fuit aut Tityus* etc. GUYET.

Ibid. Ὦτος) V. Charon. c. 3. cum Schol. et Odyss. loco hic in margine citato. SOLAN.

Ibid. Ὦτος ἢ Ἐφιάλτης) *Homer.* Od. *Λ*, 307. Et Il. E. 385. SOLAN. In *Luciani* Edd. *Ὦτος* exarabatur: ego accentu circumflexo notavi, ut oportebat. REITZ.

Ead. l. 12. *Χοροὶ τοὺς ἐνδιδόντας*) Sola *J.* hic pro *χοροὶ* habet *χορικοί*. Vid. *Diog. Laërt.* p. 146. B. SOLAN.

Ibid. Τοὺς ἐνδιδόντας) *Ordientes cantionem, auspicantes.*

Ἐνδόσιμον auspicatus, *ἀρχὴ τῆς ᾠδῆς*. Guyet. Versum est, *qui remisse canunt*. Et est sane verbo *ἐνδιδόναι* etiam illa concedendi et remittendi notio, sumta ab his, qui poculum, ut hoc utar, ministrant et praebent bibenti, atque ad eum se accommodant; vid. *Xenoph.* Cyrop. I, 3. Unde deinde *ἐκδιδόναι* et *ἐπιτείνειν* opponuntur apud *Plut.* de discr. adul. p. 95. fin. *H. Steph.* 8. Verum haud paullo melius huc convenire videtur ille intellectus, quem monstrat nomen *τὸ ἐνδόσιμον*, late a *Budaeo* explicatum. Nempe *ἐνδιδόναι* dicitur praecentor, cum submissa voce choro tonum indicat, quo jam statim utendum sit. Etiam nostri vocant *den Ton angeben*, cum praecentor tenui voce, ut nemo praeter proxime adstantes exaudiat, harmonicam tetractyn c, e, g, c, vel similem accinit, quam illi deinde legem carminis habent. Hinc demum vis illa comparationis apparet. Gesn. De tono musico etiam dici, probavimus supra ad Salt. c. 10. Adde Alex. c. 19. ubi bis *τὸ ἐνδόσιμον λαβεῖν* eod. modo. *Hemsterh.* orae *Graevianae* adpinxerat, adeundum *L. Bos* Obs. Crit. pag. 78. Hujus igitur verba addam: *Καὶ οἱ χοροὶ τοὺς ἐνδιδόντας*, et chori eos, qui remisse canunt, *habet interpres. Significat quidem ἐνδιδόναι* remittere; *sed quando de cantione et choro sermo est, dicitur ἐνδιδόναι et ἐνδόσιμον διδόναι de chorodidascalo, qui cantionis exordium faciebat, cui chorus accinebat. Exempla passim occurrunt. Malim itaque verba Luciani reddere:* et chori eos, qui cantionem auspicantur, *vel* canendi exordium faciunt. *Facile enim totus chorus multitudine vocum superabat unam magistri et chorodidascali vocem. Pari modo errant saepe interpretes reddendo vocem ἐνδόσιμον* remissum, *ubi reddenda erat* incentivum, *ut apud Artemidorum ᾆσμα ἐνδοτικὸν* (*vel ἐνδόσιμον*) *καὶ κιλευστικὸν πρὸς ἔργα*, cantilena incentiva et hortatoria ad opera. *Perperam ibi Cornarius*, remissa. Reitz.

Ead. l. 14. *Ἐποὺ μόνον, ὦ Κλητίου μέλημα, οἷς ἂν εἴπω, καὶ ζήλου πάντα*) Interpres insulse: *solum o gloriolae studium, ea, quae dico, sequere, ac omnia imitare.* Num *κλήτιος* est *gloriola?* Verte, *o Clytii deliciae*, qui curae cordique eris Clytio. Sic et *φιλότης* amor, pro homine, quem amamus tenerrime. Sic *μέλημα* cura, pro qui nobis curae est. Clytius est rhetoris nomen. Graev.

Ibid. *Ὦ κλητίου μέλημα*) An *κλήτιος* Mercurii, aut Dei cujuspiam nomen, ut *ξένιος*, *φύξιος*, et simil.? Interpres *κλήτιον* a *κλέος gloriolam* exponit, sed qua analogia? Guyet. *Μέλημα* amatorium esse, jam observavit *Casaubon.* ad *Ath.* 845. *Mea cura.* V. *Eurip.* Or. 478. et 481. *κήδευμ' ἐμὸν, σύγγημ' ἐμόν.* Vid. etiam *Eur. Ἰφ.* A. p. 309. A. *Anacr.* Od. *εἰς ῥόδον.*

ὁδὸν ἔαρος μέλημα. Pind. Pyth. X. *ἔν τε παλαιοτέροισι Νεμέᾳ τε παρθένοισι μέλημα. Κέλτων μ* — legere jubet *Kuhnius* praef. ad *Pollucem;* quod *Hemsterhusio* non placet praef. ad Poll. pag. 26. Solan. *Κληΐου* om. Ms. Reg. 2954. Bip. Omittunt hoc nomen etiam alii Codd. Nihilominus consultius duxi illud cum *Bip.* servare, quam extrudere cum *Schm.* Utcunque enim corruptum videatur nomen — corruptum autem et ego puto — latere certe in eo potest allusio ad ejus rhetoris nomen, qui per hunc locum perstringitur; vel aliud quid, quod nec scio nunc, nec conjicio. Lehm.

Pag. 224. l. 5. *Δεήσῃ*) Hoc praefero; licet et alterum impersonaliter, ut dicimus, acceptum, non sit absurdum. Vid. ad Imag. c. 5. et hic c. 18. Reitz. Temere *Reitzius* ad locum c. 18. provocat, qui contrarium docet. Paullo majore cum specie provocasset ad c. 7. ubi tamen nunc correctum. Vellem jam etiam Imag. c. 5. correxissem. Quae enim illic monui, non videntur omnino satisfacere. Lehm.

Ead. l. 6. *Ἀνίπτοις τοῖς ποσὶν*) *Erasm.* Paroemiogr. Bourd. Latini, *illotis manibus.* Sed *ἀνίπτοις γε ποσὶ* habuimus etiam supra Demon. §. 4. pr. Reitz.

Ead. l. 8. *Περὶ πάντα*) *Παρὰ πάντα.* Marcil. (Idem praecipiunt scholiastae *Guyeti.*) *Παρὰ* Ed. *Fl.* uti conjecerat *Marcil.* Ms. Ox. etiam *παρὰ*, et *πάντα* omittit. Impr. *περὶ.* Solan.

Ead. l. 12. *Ἃ μὲν — ἃ δὲ*) *Th. Mag.* Lit. A. p. 1. *Ἃ μὲν, ἃ δὲ, μὴ εἴπῃς* etc. totidem verbis habet ea, quae Scholiastes noster. Sed vid. Tim. c. 57. ubi cum nemo *Th. Magistro* objecerit, et alios ita quoque solere, paucis id videamus. Ev. *Matth.* XXI, 35. *ὃν μὲν — ὃν δὲ — ὃν δέ. Diod. Sic.* IV, 31. *οὓς μὲν* et *οὓς δέ.* Item cap. 50. No. 85. ubi *Wessel.* aeque ac loco superiore plura indicavit, ac modo *οὓς μὲν, οὓς δέ,* modo *τοὺς δὲ* scribi ostendit. Quare addo tantum *Herodian.* VIII, 1, 8. *ἃ μὲν ἐκφορήσαντας, ἃ δὲ καταφρήσαντας.* Et V, 7, 11. *οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐφυγάδευσεν.* Item III, 8, 12. *ὧν μὲν ἐπιστολὰς προσκομίζων — οἷς δὲ δῶρα ὀνειδίζων πεμφθέντα.* Ergo non joci caussa sic scripsit *Lucianus;* si non prorsus Attice, at *κοινοῦς,* et usitate. Reitz.

Ead. l. 16. *Ἀμαθίαν*) Simile quid infra, (Fugit. c. 12.) ubi pariter Sophistas et declamatores exagitat. Kuster.

Pag. 225. l. 1. *Τούτῳ καὶ*) Ita Codex Ox. In *Fl.* Ed. *τούτοις.* In reliquis *τούτοις. καὶ ἄλλως δέ.* Solan. Equidem secus ac *Schmiederus* religioni ducebam in mutilae lectionis gratiam renunciare sanae et integrae. *Gesnerus* reddiderat *καὶ ἄλλως δέ, et praesertim,* casune, an consulto, nescio; certe falso. Quare emendavi. Lehm.

Ead. l. 7. *Τῆς Ταραντίνης ἐργασίας*) Sic Dial. Mer. VII. commendat *Ταραντινίδιον*. Est autem *Ταραντινίδιον, ὕφασμα διαφανὲς καὶ λεπτὸν τῶν Ταραντίνων περιφανέστερον τοῦτο κατασκευαζόντων*. Sic ad oram Codicis Memmiani. Bourd. *Pollux* VII, 77. *τὸ Ταραντινίδιον διαφανές ἐστιν ἔνδυμα, ὠνομασμένον ἀπὸ τῆς Ταραντίνων χρήσεως καὶ ἁβρυφῆς*. Laudatus ibi *Mercer.* ad *Aristaen.* I, 25. qui alia ibi *Luciani, Alciphronis, Philostrati* loca adhibuit. Gesn.

Ead. l. 7. *Ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα*) Dixi de his vestibus ad illud *Petronii: Palam prostare nudam in nebula linea.* Bourd. Similiter *Anacreon* Ode 28. *Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν Ὑπὸ πορφυροῖσι πέπλοις· Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν Ὀλίγον τὸ σῶμ' ἔλεγχον*. Plura simillá congessit in Animadv. ad *Anacr.* pag. 81. non omisso hoc *Luciani* loco, L. Bos.

Ead. l. 8. *Τὸ πολυσχιδὲς*) Vix dubium, idem esse genus calceamenti, de quo *Pollux* VII, 85. *Σχισταὶ πολυτελὲς ὑπόδημα, καὶ θρυπτικόν· ταύτας δὲ καὶ λεπτοσχιδεῖς ὠνόμαζον*. Porro ita interpungo hunc locum, *καὶ ἡ κρηπὶς Ἀττικὴ καὶ γυναικεία, τὸ πολυσχιδές· ἢ ἐμβὰς Σικυωνία π. τ. λ. Κρηπῖδας* et *ἐμβάδας* uno tempore ut induat aliquis, non videtur posse fieri: quare pro *ἡ ἐμβὰς* legendum puto *ἢ*. Denique *πίλους* intelligo tibialia e lana condensata vel conciliata. Unice huc facit *Pollux*, et, quem is laudat, *Plato*. Adscribamus verba VII, 171. *Οὐ μόνον δὲ ὁ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐπιτιθέμενος πῖλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῖς ποσὶν, ὡς δηλοῖ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς* (ut verisimile est ergo, in descriptione hominis *μαλθακοῦ*, qualis hic noster) *λέγων, λευκοὺς* (ut hic) *ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους. ὁ δὲ Πλάτων ἐν συμποσίῳ* (sub fin. p. m. 535. B.) — *ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους τε καὶ ἀρνακίδας*. Gesn. Cf. etiam *Athenaeum* Lib. VI. p. 259. C. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἐμβὰς Σικυώνια*) De hoc calceamenti genere p. 989. (i. e. D. Meretr. XIV.) Bourd. V. Diall. Merett. XIV. et *Leopard.* 7. Solan.

Ead. l. 14. *Σκορακιεῖ*) Quasi tu dicas *incorvabit*, h. e. in corvorum praedam cedere jubebit, iracunde rejiciet, a vulgari illo *ἐς κόρακας*. Illustrat *Bergler.* ad *Alciphr.* pag. 177. Gesn. *Alciphr.* I. Ep. 38. *τί δὲ τὸν Αἰγύπτιον ἔμπορον ὡς ἀπεσκοράκισεν*; vid. *Bergl.* p. 177. Sed video *Gesnerum* eodem jam remisisse. Reitz.

Pag. 226. l. 6. *Ἄττα*) Eundem vocum Atticarum usum affectatum perstringit *Themistius* Or. I. Vide plura eam in rem collecta a *Cressolio* Theat. Rhet. III. pag. 335. et de *λῶσε, Philostr.* p. 497. cum notis. Solan. *Κᾶττα* et *ἄττα* habuimus Lexiph. c. 21. Sed et *ἀττὰ* ibid. c. 5. Nec alibi abstinet *Lu-*

cianus, ἄττα etiam utens Tim. cap. 28. Imag. 13. Icar. 25. etc. Ἄττα vero Amor. cap. 17. Hermot. 30. f. Lexiph. 14. 21. ac frequenter eodem Dial. Affectatum Atticarum vocum usum etiam perstringi a *Themistio* Or. I. pluraque in eam rem collecta a *Cressol.* in theatr. rhetor. jam notarat *Olear.* ad *Philostr.* Sophist. L. I. pag. 497. No. 6. quae *Solanus* ei sublegit. Reitz.

Ead. l. 8. Ἐπίπαττε) Supra Reviv. cap. 22. f. ἐπίπαττε οὖν καὶ τὰς εἰρωνείας. Reitz.

Ead. l. 9. Ἀσύμφηλα καὶ ἀπῳδά) Λεξικοῤῥάφοι non ἀσύμφηλον legunt, sed ἀσύφηλον. Proferunt *Homeri* locum ex Iliad. IX. et alterum *Luciani* ex lib. de Hist. scribenda. Et quidem apud *Homerum* etiam *Cic.* ἀσύφηλον legisse videri potest, Tusc. III. in Latina interpretatione illius loci *Homerici*. Sed verum si amamus, non nauci utraque vox ἀσύμφηλον et ἀσύφηλον, neque *Cicero* ἀσύφηλον magis, quam ἀσύφυλον, legisse, ex illa interpretatione argui potest. Scriptura vero illa ἀσύμφηλος et ἀσύφηλος ex Criticae gentis delirationibus orta est, quas apud Etymologistam legere licet. Oratoria vox est ἀσύμφυλος, et poëtica, necessitate carminis ἀσύφυλος, ὁ ἔξω τοῦ φύλου αὐτοῦ, ἢ οὐκ ἐν τῷ φύλῳ αὐτοῦ, qui extra gentem suam sive extraneus genti suae, ut nunc ἀσύμφυλα καὶ ἀπῳδά, quasi quae extra gentem suam, atque extra chorum. Et vero etiam *Luciani* loco illo de hist. scribenda, rectius fuerit ἀσύμφυλον et ἀνάρμοστον, quam, ut nunc est, ἀσύφηλον, aut ἀσύφιλον, quia, ut praemonui, ἀσύφηλον non nauci vox, ἀσύφυλον poëtica. *Hesychius* tamen ἀσύφηλος, inquit, ἀδόκιμος, μηδενὸς ἄξιος, ἄτιμος. Sed ea omnia etiam recte interpretamenta vocis ἀσύμφυλος. Etiam illud Iliadis XXIV. Ἀλλ' οὔπω σοι ἄκουσα κακὸν ἔπος, οὐδ' ἀσύφηλον, rectius legeris, οὐδ' ἀσύφυλον, quasi dicat Helena, verbum erga me quasi extraneam, aut quasi peregrinam, neque gentis ejusdem. Patescet locum ipsum inspectanti: et illud Iliad. IX. ἀσύφηλον μ' ἔρεξε, melius ἀσύφυλον μ' ἔρεξε, *infamem fecit me*, nempe quasi de gente mea ejectum, aut exsulem. Vetus itaque scriptura illa fateor ἀσύμφηλος et ἀσύφηλος· sed etiam Saturniae Lemae veteres sunt. Marcil. Ἀσύμφυλα) Lubens edoceri me passus sum a viris doctis ad Quom. Hist. Conscr. cap. 11. ἀσύμφυλον et illic et hic in bonis libris esse, idque interpretando secutus sum. Gesn.

Ead. l. 9. Ἡ πορφύρα) Ἡ πάρυφος scilicet. Haec μεταφορικῶς accipienda. Guyet. Nimirum ad clavum illum purpureum tunicarum respicit, et ad praetextam togae purpuram, s. ἐσθῆτα περιπόρφυρον. Absurdam nempe hujus praeceptoris orationem sic declarat, ut dicat similem centoni misero, de

levidensi panno, filo crasso, vel de pellibus adeo hirsutis, cui attexta vel assuta sit purpura. Nempe σισύρας nomen non satis definitam habet notionem, et ista complecti potest omnia; quod apparet, si quis conferre velit, quae ad *Aristoph.* Nub. 10. attulit *Spanhemius*, et antiquus Schol. ad ejusdem Ran. 1507. GESN. Metaphoricam esse hujus loci rationem, non pervidit *Guil. Langius* Dissert. acad. supra laud. p. 26. alioquin abstinuisset a consilio, omnem hunc locum, ἡ πορφύρα — ἤ post verba praecedentia τῆς ἀναβολῆς rejiciendi, quod, ut etiam ipse sensit, vel vox μόνον impedit. LEHM.

Ead. l. 10. Σισύρα) Gl. Mss. σισύρα χιτὼν βαρβαρικὸς ἐκ δερμάτων. Rusticorum indumentum. Sic *Long.* lib. II. σισύρας ἐνδεδυμένος, penula scortea ex pellibus ovillis consarcinata, de qua *Casaubon.* ad *Apol. Apul. Jungerm.* ad *Long.* Dicitur etiam σίσυς, et σισύρνα, *Tzetz.* ad *Lycophron.* BOURD. Quae statim sequuntur verba, ita distingui vult *Fritzsch.* Quaestst. p. 199. sq. Μετὰ δὲ ἀπόῤῥητα καὶ ξένα ῥήματα καὶ σπανιακὶς ὑπὸ τῶν πάλαι εἰρημένα, καὶ ταῦτα ξυμφορήσας ἀποτόξευε etc. et καὶ ταῦτα referri jubet ad Ἀττικὰ ὀνόματα c. 16. Quod qui fieri possit, non capio. Tertium hoc praeceptum spectat ad vocabula ἀπόῤῥητα καὶ ξένα, distincta illa, ut consentaneum est, ab Atticis, de quibus in secundo agebatur praecepto. Ergo καὶ ταῦτα, i. e. de quibus proxime dictum, non Atticae sunt voces, sed peregrinae, quarum nonnulla mox recensentur exempla. LEHM.

Ead. l. 15. Ἀποστλεγγίσασθαι) Ea vox, Xenophontis aetate proba, usurpari jam desierat. SOLAN. Habet, verum est, hoc verbum *Pollux* VII, 179. illud vero alterum ἀποξύσασθαι non habet. Sed hoc nimis parvum argumentum est, quo nihil contra *Hemsterhusianam* disputationem, quam ante probavimus, efficitur. Caeterum nisi consultum videretur, in ipsa interpretatione signare, quorundam lectorum causa, voces damnatas, possit forte etiam effingendis de Latino fonte verbis ostendi, quid de Graecis judicet *Lucianus*. Sic ἀποστλεγγίσασθαι esset *destrigilari*, εἰληθερεῖσθαι (quod tamen alias probum et *Hippocratis* verbum esse, *Foesiana* ostendit oeconomia) *solicalere*, προτίμιον *propretium*, ἀκροκνεφὲς *summicrepusculum*, εὔλεξιν *benedicum*, σοφόνουν *doctanimum*, χειρόσοφον *manudoctum*. GESN.

Pag. 227. l. 2. Τὸν ἀῤῥαβῶνα δὲ προτίμιον) Ms. τὸν ἀῤῥαβῶνα δὲ προνόμιον. *Pro arrabo dicunt* προνόμιον. Προτίμιον, ἐπιτίμιον, προστίμιον, προστίμημα, est *mulcta*. Sed προνομία ἡ, et προνόμιον τὸ est praerogativa, ut constat ex *Suida*, et *Hesychio*. Videtur tempore *Luciani* a male lo-

quentibus acceptum esse pro ἀρράβων, quod tamen a politioribus improbabatur. Cum tamen τιμὴ sit pretium, et ἐπιτιμᾶν pretium intendere, προτιμᾶν pluris aestimare, non repudiandam duco vulgatorum librorum scripturam: videntur enim tum temporis non emendate loquentes προτίμιον dixisse, quod penditur pro re emta ante τιμήν, ante justum pretium. GRAEV.

Ead. l. 4. Ὀνοματοθέτει) Vox ab oratore, quem inducit, procusa. SOLAN.

Ead. l. 6. Χειρίσοφον) Ita Edd. hic unanimi consensu. Et sic de Salt. c. 69. At Lexiph. c. 14. f. χειρόσοφος legas. Utrum igitur rectius? Utrumque analogia admittit, sive a genit. χειρὸς vel dat. χειρὶ formatum velis; sed in compositis usus magis spectandus, qui ab analogia saepe recedit, ut bene monet *Casaub.* ad *Athen.* VII. c. 9. p. notar. 322. docens, compositas voces originem saepe dissimulare, mutatis, adjectis, detractis literis aliquot. — Sic ἡμεροδρόμος ait, dicimus, non ἡμεραδρόμος· sic ἡμερόκοιτος, non ἡμεράκοιτος, δοξόκοπος, θαλασσόκοπος, et similia multa. Ergo contra hanc analogiam usu receptum est, ut dicamus κορακῖνος, non κορακῖνος, ut et ἀγγελιαφόρος, non ἀγγελιοφόρος. Ita ἀργυραμοιβικὴ supra Bis Accus. 13. et 24. ubi Schol. ἀργυρομοιβική. Utrum autem usus magis comprobet, χειρίσοφος, an χειρόσοφος, non habeo dicere. Cetera certe a χεὶρ composita ρ praeferunt, ut χειρόγραφον, χειροβαρὴς, χειρόδοτος, et reliqua omnia; nam quod α sit in χειραγωγὸς et simil. aliud est. Βιβλιαφόρος et βιβλιοφόρος post dicetur. REITZ.

Ead. l. 8. Οὔτε ὄντος — οὔτε γεν.) *Thucydid.* VI, 38. WETST.

Ead. l. 15. Καταχρῆσθαι) Vulgatum recte habere, nec opus esse καὶ χρήσασθαι legere, facile est visu: nam et *malus usus*, et *nimius*, eodem hic redit; ut Latini *abuti* pro multum uti, ita et hic τὸ καταχρῆσθαι accipere licebit. Exempla darem, si quid necesse esset. REITZ.

Pag. 228. l. 2. Ὁπόσα ἂν ᾖ δυσχερῆ) Editi, quorum inspiciendorum mihi copia fuit, misere hic corrupti omnes: versio nec cum Graecis conveniens, nec sani sensus. Quomodo legendum censeam, jam interpretatio supra posita indicat, nempe hunc in modum: Ἅπαντα μὲν, ὁπόσα ἂν ᾖ δυσχερῆ, εὐχερῆ λεγέσθω, καὶ — αὐτῶν ἑλομένων. Καὶ μὴ μελλήσας λέγε, ὅτι κεν ἐπί γε χλῶτταν ῥῆμα ἔλθῃ. Sententiam sic exsistere bonam, et huic loco aptam, facile nobis, puto, viri docti concesserint. Videamus de mutationis ratione singulatim. Post δυσχερῆ ob similitudinem maximam excidisse ajo εὐχερῆ. Parum novit genus hominum, de quo hic sermo,

quod nondum totum κατὰ γαῖα κάλυψε, qui nesciat, primam artem esse contemnere, facilia nimis dicere, quae ipsi nesciant: postulat hoc supplementum sequens ἐκφαυλιζέσθω. Quam imperite divulsa sint αὐτῶν et ἑλομένων, ita apertum mihi videbatur, ut reverentia quadam lectorum nihil ea de re dicendum putem. Sed admissa semel prava interpunctione, καὶ in δὲ facile abiit. Μελήσας an ullo modo huc conveniat, valde dubito; μελλήσας aptum esse, apparet. Rhetor non permittit longum deliberandi spatium auditoribus, sed fortiter occupat argumentum, de quo ipse mavult dicere. Cui κε in γε mutatum audacius videtur, illum rogo, uti me doceat, ecquid possit κε post κεν, proximae voci adjectum, orationi addere? Denique ῥῆμα esse nominativum casum, et ab ἐπὶ regi γλῶτταν, dubio caret. Superest, ut ἐπὶ ad γλῶτταν admoveatur. Quemadmodum non ausim, nisi suffragantibus libris, aut uno certe antiquo, verba, quae proposui, in contextum orationis *Luciani* referre; sic non metuo, ne redux ab inferis Samosatenus noster, non inalit legi, quod nos dedimus, quam quod adhuc editum est. Gesn. Scite *Gesnerus* egit, ut solet; at confidentius h. l. quam solet. De inserendo ἐνχερῆ vix cuiquam persuaserit; praesertim quum omnino non opus sit hujus dictionis mutatione. In λεγέσθω eadem est vis, quae modo in λέγειν, vis scil. *verba faciendi*, et ἐκφαυλίζειν, *extenuare*, significat h. l. speciem prae se ferre, simulare vultu, gestu, sono, se agere de re pusilla et nullius operae. Sententia igitur haec est: *De materia qualicunque, quam proposuerint tibi, etsi vel maximae sit difficultatis, audacter age, et extenua eam, tanquam levidensem et omnino viro indignam*, i. e. *puerilem*. Sic fere etiam *Guil. Langius* judicasse videtur Dissers. laud. p. 26. Deinde recte quidem ἑλομένων a sequentibus avulsum cum praecedentibus jungit *Gesnerus*. Sed rectius haud dubie et facilius e vulgatis δὲ μὴ fit μηδὲ, quam καὶ μή, praesertim quum μηδὲν in nonnullis libris reperiatur. De μελλήσας pro μελήσας substituendo nemo dubitabit, qui praesertim contulerit locum Abdic. c. 5. ibique notata. Denique vero in sequentibus verbis formandis non, credo, adeo se torsisset *Gesnerus*, si memor fuisset loci Quom. Hist. Conscr. c. 32. ubi idem proverbium eademque prope cum variatione librorum legitur, et ipse *Gesnerus* de voce insolentiore ἀκαιρίμαν satis sana monet. Sed vide omnino illic notata. Ceterum etiam *Belinus* in vers. hoc proverbium ad locum modo laudatum refingendum putavit. Lehm.

Ead. l. 3. Ἑλομένων) Ἑλόμενος legisse videtur interpres. Guyet.

Ead. l. 4. *Μὴ μελλήσας*) Vide notam nostram ad Abdic. c. 5. Ms. O. *μηδὲν ἐπιμελήσας*. Impr. omnes hic *μελήσας*, quod in alio illo supra laudato loco a *Benedicto* recte mutatum fuerat. SOLAN.

Ibid. *Ὅτιχεν* etc.) Haec verba ex aliquo poëta desumta videntur. GUYET. Vid. Not. ad Quom. Hist. Conscr. c. 32. SOLAN.

Ead. l. 12. *Μαραθὼν*) Vid. Not. ad Jov. Trag. c. 32. SOLAN.

Pag. 229. l. 1. *Λεωνίδας*) Non male *Λεωνίδης* marg. *A.* 1. quia idem est, credo, qui *Aeliano* III, 25. memoratur Lacedaemonius, cum trecentis suorum civium ad Pylas mortem vaticinio sibi denuntiatam sponte subiisse. *Λεωνίδης* eidem ib. c. 14. dux Byzantiorum audit. Sed *Λεωνίδας* praepositus educando Alexandro scribitur *Plutarcho* in Al. pag. 667. B. Item Ag. et Cleom. p. 797. A. et ubique sic apud eundem, etsi non ubique idem homo designatur. REITZ.

Ead. l. 1. *Καὶ τὰ Ὀθρυάδου γράμματα*) *Plutarch.* in Parallelis c. 3. MAROLL. Vid. supra Charon. c. ult. SOLAN.

Ead. l. 3. *Αἱ Πλαταιαὶ*) Orthographia, tritissimus saltem usus, postulat *Πλαταιαί*· nobis sane, hoc nomen aliter efferri, non compertum est. Accidit quidem, ut sicut saepe perperam diphthongus *αι* permutatur in *ε*, et contra, quemadmodum in *ἕτερος*, et *ἑταῖρος* etc. ita, inquam, accidit, ut etiam usu constanti et ratione proba, utique usitata, *αι in ε* mutetur; sic notat Scholiastes *Theocriti* ad Eid. I. v. 12. pro *γαῖα* antiquos dixisse *γέα*, unde *γεωλόφος*, *ἀνώγεων*, *κατώγεων* etc. E contrario ap. *Hesychium* legas *Φαιναχίζει*, *Φαιναχισθεὶς*, *Φαιναχιαμός*· ubi tamen *Φεναχίζω* etc. soleat vulgo dici. (In *Luciani* tamen Amoribus legitur *φαιναχίζονται*, at in Ms. *Wittii* exstat *φεναχίζονται*.) JENS. Ms. Ox. ut scribendum esse monuerat *Jensius*. Reliqui corrupte *Πλατεαί*. SOLAN. *Πλαταιαὶ* hic omnino legendum videtur. *Guyet.* Vide interpretes ad *C. Nep.* Pausan. c. 1. §. 1. REITZ.

Ead. l. 4. *Τὰ ὀλίγα*) *Fl.* et *Ven.* utraque articulum habent. In reliquis abest. SOLAN.

Ibid. *Ἐκεῖνα ὀνόματα*) Supra dicta illa *ἄττα*, *κἄτα*, *μῶν* etc. GUYET.

Ead. l. 6. *Μηδὲν*) Sic Ms. Ox. In impr. *μηδαμοῦ*. SOLAN. *Μηδαμοῦ*) *Solan.* *μηδὲν* ex Ox. recipi voluit, et recte credo; sic enim solet *Noster* aliique verbum *δεῖ* vel *δέομαι* construere cum *οὐδὲν* et *μηδέν*. Ut modo c. 14. *οὐδὲν γὰρ αὐτῶν δεήσῃ*. Tim. c. 48. *οὐδέν δεήσῃ* etc. Icar. c. 14. *οὐδέν γε — ἐμοῦ δεήσῃ*. Infra Dial. Meretr. 2. a. m. *οὐδὲν δεήσει*. *Alciphr.* III. Ep. 56. pr. *ἐπαίρεις σεαυτὸν*, *οὐδὲν δέον*. At *μηδαμοῦ* proprie est *nusquam*, ut *Epict.* Man. cap. 42. pr. *μηδαμοῦ σεαυτὸν*

εἴπῃς φιλόσοφον, ut alia obvia non addam. Interim quia non ausim improbam adfirmare vulgatam lect. nec enim absurda est, intactam eam servavi. REITZ.

Ead. l. 11. *Ὁμηρὸς πατασσέσθω*) Gestus antiquus dicentium. Quid igitur sibi vult hic Scholiastes? *Quintil.* II, 3. 123. *Femur ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, et usitatum est* etc. GESN.

Ibid. Λαρύγγιζε) Vid. *Demosth.* p. m. 195. BC. ubi vitio id Aeschini datur. SOLAN. Quod Aeschini objicit *Demosthenes* pro Coron. c. 90. repetit *Plinius* Ep. 4, 7, 6. Videtur autem *λαρυγγίζειν*, qui imum patulumque guttur, quantum potest, ad pronunciandum adhibet, et inde tanquam ex *ἠχείῳ* quodam augere modulatioremque reddere sonum studet. GESN.

Ead. l. 17. *Τὸ πλῆθος*) Interpretes ad unum omnes ceperunt de *vulgo*. At non agitur de partitione auditorum; sed de rerum, quae admirationi esse possint, diversitate. In *θαυμάζωσι* subjecto sunt omnes auditores cujuscunque loci et ordinis, ac post ea demum distinguuntur *οἱ μὲν συνιέντες*, et *οἱ δὲ πολλοί*. Igitur *τὸ πλῆθος τῶν λόγων*, conjungendum et intelligenda *copia et ubertas rerum, de quibus verba fiunt*; distincta illa ab orationis colore et forma, de qua in praecedentibus agebatur. Sic fere etiam *Fritzschius* judicasse videtur Quaestst. p. 200. LEHM.

Pag. 230. l. 9. *Ἀπιστήσουσι μὴ οὐχί*) Adleverat *Hemsterh.* adeundem *Duker.* ad *Thucydid.* II, 101. Ubi cum *Thucyd.* dicat, *ἀπιστοῦντες αὐτὸν μὴ ἔξειν*, ille ex Scholiaste observat, *μὴ* post *ἀπιστεῖν Ἀττικῶς* abundare, Lucianumque in Rhet. Praec. h. l. ei duas negationes adponere. Eundem vero pleonasmum post *ἀπαγορεύω*, *κωλύω*, *ἀρνοῦμαι* et *εἴργω* observare *Stephanum* ad *Corinth.* artic. 8. et 43. Addo, etiam praemissa negatione post *ἀπαρνοῦμαι* sequi negationem, ut *Soph.* Aj. 96. *οὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή*, *non nego me fecisse*. At in Dialecto communi abest *μή*, ut *ὃν πάλαι ἠρνοῦντο εἰδέναι*, apud LXX. in libro *Sap.* XII, 27. et passim. REITZ.

Ead. l. 11. *Σμικρὰν*) Etsi eodem redit, *μικρὰν* an *σμικρὰν* legas, hoc tamen servo, quia hoc Diał. c. 2. pr alibique Cod. Ox. cum Edd. consentit. At infra c. ult. *μικρὰν* Edd. pariter et Codd. Et Noster promiscue utitur. Faciunt idem alii nonnulli. Sed quis hoc nescit? REITZ.

Ead. l. 16. *Ἐν τοῖς μεταξὺ*) *Senec.* Controv. IX. *Quid quod laudationibus crebris sustinentur, et memoria illorum assuevit certis intervallis quiescere?* SOLAN.

Ead. l. 17. *Τῶν ἐπαίνων διαλείμμασι*) *Moras laudationum* vocat *Quintil.* II, 3, 126. et 131. Illud artificium dissimu-

landi haesitationem tanto felicius procedebat nonnunquam, quod solebant interdum oratores ejus notae, quam describit noster, *resistere subito, et laudem silentio poscere*, ut ait *Fabius* l. c. s. 121. Hoc ut ponerem, dedi amico meo *Fabio*, e quo etiam illud *πηδάτωσαν* explicari potest, cum reprehendit II, 2, 9. *assurgendi* exsultandique *in laudando licentiam*. Alioquin omnes hic Sophistarum rationes et fraudes persequi longum fuerit, in quo juvare volentem poterit *Cressolius* in Theatro Rhetorum, qui pleraque etiam hujus libelli, dum adhibet, illustrat. Locus classicus de *choro* laudantium parasitorum est *Plin.* Epist. II, 14. Gesn.

Pag. 231. l. 4. *Διαλαμβάνοντα*) Fors. *διαλέγοντα*. Solan. Cogito *διαλαμβάνειν* esse h. l. *subtilius distinguendo explicare* rem, de qua modo verba fecerat rhetor. Quamquam nec mihi satis liquet. Lenm.

Ead. l. 6. *Ὁ Παιανιεὺς*) Quid per hanc dictionem sit intelligendum, nemo facile divinabit. Est tamen, qui *Platonem* intelligit, et fortasse recte, cum *Παιανιεὺς* tribus quaedam Atheniensis fuerit. Cogn. *Gilb. Cognatus* commentator misere hoc loco prodit memoriae suae defectum, dum nescire videtur, *Demosthenem* debere intelligi. *Plutarchus* in vitis decem Rhetorum et in Demosthene nos docet, plebiscita a Demosthene promulgata semper ita coepisse: *Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς τάδε εἶπεν*, id est, *Demosthenes Demosthenis filius Paeanius haec dixit*. Palm. *Demosthenem* intelligendum jam supra monuit *Solan.* Bis Accus. c. 31. Reitz.

Ibid. Καὶ πρὸς ἕνα) Haec interrogative pronuntianda videntur. Guyet. Idem visum *Gesnero*, ideoque signum interrogandi addidi. Reitz.

Ead. l. 13. *Τινὰ ἔπαινον*) Laudabant itaque, non plaudebant solum, et in ipsa etiam recitatione. Solan.

Ead. l. 14. *Ἐπιστρέφοντα*) *Ἀποστρέφοντα* legit interpr. Guyet.

Ead. l. 16. *Ἐπιφράττεσθαι τὰ ὦτα*) Idem supra Imag. cap. 14. Solan.

Ead. l. 16. *Ἐπισείσῃς — τὴν χεῖρα*) Supra Bis Accus. cap. 28. et Scyth. c. ult. Solan.

Pag. 232. l. 3. *Ἀμφιλαφεῖς*) Et etymon hujus nominis, et rem ipsam praeclare explicat *Epictetus* Enchir. cap. 65. *Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲν φορητὴν, τὴν δὲ ἀφόρητον κ. τ. λ.* Sed potest hic quidem *ἀμφιλαφὴς* simpliciter *opportunum* notare: qui reprehendere volunt, ansam ubique accipiunt. Gesn. Cf. *Schäfer.* Melett. p. 49. Lenm.

Ead. l. 4. *Τοῖς συκοφαντικοῖς*) Lege *Plutarch.* de curios. COGN.

Ead. l. 13. *Ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι*) Vid. si tanti est, *Bergl.* ad *Alciphr.* l. pag. 120. similes phrases adferentem, quibus probet *ὑπὸ τινὸς σπουδάζεσθαι* dicendum, non *ἀπὸ*, ut in *Alciphr.* editum. REITZ.

Pag. 233. l. 1. *Τὸ δεῖνα*) Scilicet *τὸ περαίνεσθαι*. GUYET. De formula *τὸ δεῖνα* vid. ad Vit. Auct. c. 19. adnot. Tom. III. p. 522. et *Fritzsch.* Quaestst. p. 50. sq. qui *Gesneri* interpretationem hujus loci perversam corrigit, ignorans, aut id quod longe minus veracis est Critici, ignorare se simulans ea, quae de hac formula *Luciano* familiarissima jam a me vel a *Seagero* acta erant. LEHM.

Ead. l. 2. *Αἰδεσθεὶς*) Lege *αἰδεσθῆς*. GUYET. *Αἰδεσθῇς* Ox. L. et *Ven.* utraque. In reliquis *αἰδεσθείς*. SOLAN.

Ead. l. 6. *Πλείων ἡ ἀναισχυντία καὶ θράσος*) *Buchanan.* de concionatore Franciscano: *Nec mihi displiceat primo muliebria passus Flore aevi, hinc effrons audacia* etc. GUYET.

Ead. l. 7. *Ὡς λαλίστεραι αἱ γυναῖκες*) *Liban.* BOURD.

Ibid. Λαλίστεραι) Mulier animal natura loquax. *Plaut.* in Aulul. *Nam multum loquaces merito omnes habemur.* *Idem* in Cistel. *Largiloquae extemplo sumus, plus loquimur, quam fas est.* *Eurip.* in Phoeniss. *Φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ, Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἡν λάβωσι τῶν λόγων, Πλείους ἐπεισφέρουσιν. ἡδονὴ δέ τις Γυναιξὶ, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.* COGN.

Ead. l. 9. *Πάσχοις*) Cod. Ox. In reliquis *πάσχεις*. Dein addit *Fl. καὶ καταυτίγε*. Legendum *καὶ κατὰ ταυτίγε*. SOLAN.

Ead. l. 10. *Πιττοῦσθαι*) Qui mos hodieque in Oriente obtinet. Factitant enim id sedulo in balneis plerique. Quae de re jam aliquid ad De Merc. Cond. c. 33. dictum est. SOLAN.

Pag. 234. l. 1. *Ὑποτελεῖν*) *Fellare*, obscoenae significationis. GUYET.

Ead. l. 2. *Ἔρωτας*) *Ἐρῶντας* legit interpres. GUYET.

Ead. l. 3. *Γονιμωτέρα*) *Τὸ τὴν γονὴν ἐκμυζᾶν* scil. GUYET. Non est nostrum, haec *ἀπόῤῥητα* et *ἀῤῥήτῳ* declarare. Sed illud monemus, etiam apud *Longinum* s. 31. *γονιμον* esse orationis virtutem, quam forte commodissime expressit *Pearcius*, cum *nativam* reddidit, *foecundam sublimitatis* alii, alii *puram*, *genuinam*. GESN.

Ead. l. 11. *Ὑπὲρ Ξοΐν καὶ Θμοῦϊν*) Ex hoc loco patet, *Lucianum* traducere quendam rhetorem Aegyptium: sunt enim *Xois* et *Thmuis* urbium nomina in inferiore Aegypto, unde nomi duo *Ξοΐτης* et *Θμουΐτης* nominabantur. PALM. *Ξοΐν καὶ Θμοῦϊν*) *Τοὺς Αἰγυπτίους δούλους*. GUYET. *Ξοΐν* ur-

bis nomen apud *Plut.* 656, 1. supra Aegyptum in Abyssinia, ubi hodieque regio est idem ferme nomen retinens. Solan.

Ibid. Μητρὸς δὲ ἀκεστρίας ἐπ' ἀμφοδίου τινὸς) Vertitur: *Matre vero sartrice, in bivio quodam natus sum.* Haec *natus sum* inferciunt interpretes, ut sententiam conficiant. In Graecis, ut vides, non habentur. Dein ἄμφοδος et τὰμφοδον est *δίοδος, bivium*, non *ἀμφοδίου*. Sed moror. Leg. ut Ms. *ἀκεστρίας ἐπαφροδίτου τινὸς, quae fuit satrix hominis venusti.* Graev. Puto ab eodem errore haec corrupta esse, qui Pisc. c. 19. fecit *ἐπ' Εὐφρατιδίων* pro *ἐπευφρατιδίων*. Certe enim vulgata non satis bene se habent, quae quidem sient optima, si legas *ἀκεστρίας ἐπαμφοδίου τινός*. Nam *Lucianus* gaudet quoque commentis talium vocum. Sic et initio Herculis Gallici agnoscit *ὑποταρταρίους*, licet hi apud poëtas praecipuos quoque exstent. Sed maxime miror, cur mox illa *συνῆν τινι κακοδαίμονι καὶ γλίσχρῳ ἐραστῇ* interpretentur *cum infelici, suavi tamen amatore*, cum certissime talis sit insuavis, et putidum est haec corrigere, quae nullius, nisi horum interpretum, oculos fugere possunt. Gron. Secutus sum Codicem *Graevii*, non interpretationem ejusdem. Ipsa enim mater dicitur *ἐπαφρόδιτός τις* cum nota quadam ignominiosa, quae innuat quaestum ejus subsecivum. Ceterum facile quis videat, eodem ducere etiam reliquarum quoque, quae notantur, variarum lectionum vestigia, ut mittere jam liceat vulgatam, sive *ἐπ' ἀμφοδίου*, sive cum *Gronovio ἐπαμφοδίου* eam scripseris. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἀδόκιμος*) Forsan et supra, Parasit. c. 5. praestiterit nominativus *πολυπραγμοσύνη εἶναί σοι δοκεῖ*, ubi *πολυπραγμοσύνην* edi passus sum, quia nulla Ed. praeibat, et quia tolerabilius erat, quam hic. Est quidem, ubi tam accusativus, quam nominativus, infinito verbo adjungi queat; vid. *Jensii* notata ad Prometh. sive Lectt. Lucian. p. 71. — 73. At hic si accusativum admiseris, ad *ὥραν* pertinebit, minus commoda sententia. Ceterum nominativ. habes Dial. Mort. XVI, 2. *ὥστε αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι.* Bis Accus. c. 2. f. *μόνῳ τῷ δεσπότῃ εἶναι δοκεῖν* etc. Accusativum Paras. c. 5. *δοκεῖ σοι εἶναι πολυπραγμοσύνην.* Jov. Conf. c. 7. f. *οὐ γὰρ ἀποχρῆσαι αὐτοῖς τὸ ἀθανάτους εἶναι.* Notabilior contra nominativus est ap. *Dion. Hal.* Ant. VII. pag. 473, 10. *δι' αἰσχύνης λαβεῖν, ἀνὴρ αὐτουργὸς καὶ γέρων ὀνείρατα πρὸς τὴν βουλὴν ἐκφέρειν.* Nisi ibi legendum *ἐκφέρων*. Reitz.

Ibid. Ἐπὶ ψιλῷ τῷ τρέφεσθαι) Non satis accuratus et hic fuit interpres, qui vertit *ob victus penuriam*, cum potius sit *nudi* vel *solius victus gratia.* Vitring.

Ead. l. 14. *Γλίσχρῳ*) Vertunt *suavi*. Redde, *tenaci, parco*. GUYET.

Pag. 235. l. 2. *Οὐκ ἔτι Ποθεινὸς ὀνομάζομαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας παισὶν ὁμώνυμος γεγένημαι*) Et ex hoc loco patet, Rhetorem, quem subsannat Lucianus, primum *Ποθεινὸν*, (sic enim legendum, non *ποτεινὸν*) deinde *Διόσκορον*, vel *Διοσκουρίδην*, vocatum fuisse. PALM. Primo *Photinus* dictus fuit, deinde *Pollux*. LA CROZE. Sed jam sub init. dictum, contra *Pollucem* haec non scripta. REITZ.

Ead. l. 3. *Διὸς καὶ Λήδας π. ὁμών.*) Pollux eatenus designari hic credi poterat, quia Naucratis erat, atque adeo Aegyptius. V. *Suid. Ναυκρατικά*. Sed pater Pollucis *Rhetor*, non *servus*, *Philostrato* tradente, erat, p. m. 313. A. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἐγαστριζόμην*) Vertunt, *laute accipiebar*, cum sit, *in ventrem caedebar*, i. e. nimio coitu vexabar. GUYET. Recte Attici, *Phrynichus*, *Th. Magiter*, ipse etiam *Hesychius*, ac *Suidas*, cum ajunt significare hanc vocem *λαμπρότερον τρέφεσθαι, ἐμπιπλᾶσθαι, κορέννυσθαι, χορτάσαι, λαβρότερον τρέφεσθαι*. Sic certe hic *Lucianus*, in libello, ubi Sophisticam licentiam reprehendit. Sed in hoc falluntur quidam eorum, quod hanc solam significationem antiquorum esse ajunt, et prohibent adhibere hoc verbum de ventris percussione: cum nondum, quod sciam, antiquioris *Luciano* (qui utitur etiam Merett. Dial. Chelid. et Dros. vers. fin.) testimonium, pro hac ventris implendi notione, prolatum sit; pluscula autem sint apud ipsum parentem Atticismi *Aristophanem*, ubi ventrem vel alterius, laedendi caussa, vel suum inter saltandum, ferire significat. Vid. *Kuster.* ad Eq. 275. et, quem laudat, *Menag.* ad *Laërt.* 7, 172. Sensit hoc jam *Eustathius*, et contradixisse videtur vulgo, ad Od. *Υ.* p. 720, 1. Bas. *Ἰστέον*, inquit, *ὅτι γαστρίζεσθαι κατὰ τοὺς παλαιοὺς, οὐ μόνον ὡς ἐρρήθη χορτάζεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς τύπτεσθαι*. Respicit nempe ad ea, quae dixerat ad Od. *Σ.* p. 656, 21. *τὸ γαστρίσαι δηλοῖ μὲν καὶ τὸ χορτάσαι, σημαίνει δέ φασι καὶ τὸ εἰς γαστέρα πλῆξαι*. Nec alterius significationis, quam hujus, mentionem facit *Sextus Empir.* M. I, 217. GESN. Pro *sagina* ventris utitur etiam *Alciphr.* III. Ep. 45. f. *Τίς ἔτι ἀνέξεται τῶν κακοδαιμόνων τούτων; εἰ τοσούτου τὸ γαστρίζεσθαι πωλούντων, ὠνούμεθα κινδύνῳ τὸ ζῆν*· et ne quisquam de hoc significatu dubitet, videat idem ab ipso auctore exponi per *πλησμονὴν*, nam illico subjungit, *καὶ τὸν ἐκ λιμοῦ θάνατον δεδιότες, τὴν μετὰ κινδύνου πλησμονὴν ἀσπαζόμεθα*. Quare minime adsentior *Guyeto*, pristinam

versionem rejicienti. Reitz. Vid. omnino *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 94. sq. Lehm.

Ead. l. 8. *Τὸν ἄθλον*) Id est, laborem Venereum, coitum. Guyet.

Ead. l. 14. *Κἂν ταῖς δίκαις ἐξετάζομαι*) Vertitur, *et in judiciis contendo*: mallem, *in judiciis versor*. Sic loquitur *Corn. Nep.* in Themistocle. Vitring. Causidici illius aetatis Sophistae etiam fere erant. V. Pro Merc. Cond. finem. Solan. *Contendo* adscripsit *Guyet.* cum in *Paris.* versum esset *me ostento*. Contra, cum *Bened.* dederit *contendo*, *Vitringa* vult *versor*. Tu vide, an *Gesnerus* melius rem tetigerit. Reitz. Cf. *ἐξετάζεσθαι ἐν ταῖς τῶν εὐδαιμόνων τούτων φιλίαις* De Merc. Cond. in. et quod proxime ad nostram phrasin accedit, *ἐξετάζεσθαι ἐν δικαστηρίοις* Diall. Mortt. XXIII, 2. h. e. *in judiciis versari*, nihil aliud. Nimis ad verbum reddidit *Gesnerus*, minus ad formulae usum. Lehm.

Ead. l. 16. *Οἱ φοινικίς δὲ*) Advocatorum palmae aliquando sine lemniscis et corona, ut apud *Juvenal.* Sat. 7. *Ut tibi lasso Figantur virides scalarum gloria, palmae.* Et *Martial.* Epig. 27. lib. 7. *Sic fora mirentur, sic te palatia laudent, Excolat et geminas plurima palma fores.* Palmas coronatas, ut hoc loci *ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ ἐστεφανωμένοι*, tangit *Arrianus* Epicteti cap. 12. lib. 3. Bourd. De palmis ad januas Rhetorum et caussidicorum *Casaub.* ad *Sueton.* Domit. 23. ubi ex hoc ipso loco lucem affundit *Juvenali* VII, 138. Caeterum cogitabam, an forte melius legatur *ἐστεφανωμένῃ*, ut ad *θύρᾳ* referatur: sed necesse quidem non est. Gesn.

Pag. 236. l. 4. *Πολὺ πρότερον τῶν λόγων*) *Ἐπὶ μοχθηρίᾳ* scilicet *τῶν λόγων*. Solan. Repeto *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* verba, *ἐπλημμον ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ*. Qui nondum vitam hominis norunt, odio tamen illum habent ob orationis perversitatem, cum primum audiere. Nescio, cur maluerit *Birckheimerus*, *morum pravitate longe prius quam sermonum esse insignem.* Gesn.

Ibid. Πλήττεσθαι τῷ δακτύλῳ) Habuimus hoc saepe, ut Harmon. pr. Gymn. c. 36. etc. Reitz.

Ead. l. 7. *Νὴ τὴν πάνδημον*) Conf. supra cap. 1. hujus Dial. ubi paucis disquiritur, sitne et ibi sic legendum, an *πάντιμον*. Hic vero *Venerem* Deam quidem intelligi, notum est; at respicitur simul ad eam orationis venustatem, qua celebritatem per totum orbem, vel saltem universam suam nationem orator adipiscitur. *Νὴ* vero hic potius esse, quam *μὰ*, quod *μὰ* frequentius negationem adjunctam aut intellectam habet, dictum supra ad Icar. c. 14. Adde Gall. c. 11. Etsi *μὰ*

quoque interdum adfirmat, ut Gall. c. 29. f. aliisque locis, supra jam indicatis. Reitz.

Ead. l. 9. *Εἶεν*) Hoc verbo excipit relatum a se sermonem Dioscoridis, s. Clytii, *Lucianus*. *Plato* de Rep. I. p. 419. E. *Ἐγὼ δέ σοι ὥςπερ παῖς* (al. *παῖς*) *γραυσὶ τοὺς μύθους λεγούσαις, εἶεν ἐρῶ καὶ καταπεύσομαι κ. τ. λ.* Vid. ad princ. Catapli. Gesn.

Ead. l. 11. *Οἵπερ ἐξαρχῆς* etc.) *Th. Mag.* v. *Βούλομαι*. Solan.

Ead. l. 16. *Πτηνὸν ἅρμα*) Supra Pisc. c. 22. Bis Accus. 33. *Plat.* Phaed. 544. G. H. Solan.

Ibid. *Ἐλαύνοντα*) Sic forte legendum: *ἐλαύνοντί σοι μᾶλλον* etc. Guyet. Omnino non opus est. Lehm.

Pag. 237. l. 1. *Φέρεσθαι*) Glossema est. Guyet. Non est glossema. Nam non modo etiam sic supra Bis Accus. c. 33. *ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φέρεται*, sed et hic *φέρεσθαι* ad sensum requiritur: construendum enim, *ὡς μᾶλλον πρέπειν σοὶ εἰπεῖν περὶ σεαυτοῦ τὸ ἐκεῖνο τοῦ Πλάτωνος, φέρεσθαι ἐλαύνοντα πτηνὸν ἅρμα*. Jam age omittas *φέρεσθαι*, non habebit, unde pendeat accusativus *ἐλαύνοντα*. Reitz.

Ead. l. 3. *Παύσομαι*) Haec *Lucianus* Rhetoricae jam valedicens. Solan.

Ead. l. 4. *Ἐπιπολάζ.*) *Ἐπιπελάζων* forsan legendum. Guyet. Nemo assentiatur, qui quidem *Luciano* sit paullo familiarior. Lehm.

Ibid. *Ἀσύμβολος*) Ita *V.* 2. recte. In reliquis *ἀσύμβουλος*. Solan. Versionem *Gesneri* ad vulgatum *ἀσύμβουλος* esse factam, quilibet videt: nec ego eam immutavi; sed alterum potius esse credens, jam verterem, *qui vestra ad illam* spectata, (i. e. *cum illa*) *conciliare nequeam*. *Ἀσύμβολος* enim a *συμβάλλομαι conjicio*, hic est, qui conjectura adsequi nequit; et licet *ἀσύμβουλος* quoque bonum esset, si solum poneretur, tamen haud adsequor, quo modo cum *πρὸς αὐτὴν* et *ὑμέτερα* construi possit; ideo id arripui, quod intelligo. Reitz. *Ἀσύμβουλος* tuendum arbitror, quia consilia continet hic libellus, ironica illa quidem, de gloria artis oratoriae consequenda. His consiliis se usurum negat *Lucianus*. Potest ficta ab eo vox esse: potest etiam usurpata aliis, sed nondum nobis observata: nam quod apud *Pollucem* legitur, illud videtur potius esse *ἀσύμβολος*. Gesn. Reddiderat *Gesnerus: qui consiliis ad eam* obtinendam *vestris uti non possim*. Quod vel propterea mutandum erat, quod non conveniebat cum *Reitziano ἀσύμβολος*. Ego igitur hanc unice veram lectionem non solum amplexus, sed etiam interpretatus sum, idque ad eam

rationem, quam *Seagerus* praecepit, qui alludi sarcastice dicit ad ista c. 23. καὶ τὸ δεῖνα δὲ, μὴ αἰδεσθῇς etc. et conferri jubet Diall. Merett. XII. in. et alium *Luciani* locum, quem frustra quaesivi, praeterea vero *Plutarch.* Coriolan. p. 393. Ed. *Steph.* et Pompej. p. 1135. Sic patet, *Guil. Langii* rationem, qui in Dissert. laud. p. 27. αὐτὴν deleri, et quae relinquuntur, verti vult: *quippe qui inutilis* (ἀσύμβολος) *sum ad haec, quae vos agitis* (da ich mich zu eurem Wesen nicht schicke) nullo modo esse admittendam. LEHM.

IN PHILOPSEUDEM.

Pag. 239. l. 2. Ἐς τὸ χρήσιμον) Dives ille apud *Juvenalem: quid enim salvis infamia nummis?* Orest. in Elect. *Sophoclis,* Δοκῶ μὲν οὐδὲν ὄνημα σὺν κέρδει κακόν. COON.

Ead. l. 4. Οὐδὲν πρὸς ἔπος) Proverb. BOURD.

Ead. l. 9. Ὀδυσσεὺς — ἀρνύμ.) *Hom.* Od. A, 5. SOLAN.

Ead. l. 11. Περὶ πολλοῦ τῆς ἀληθείας τιθ.) An quaesivit aliam structuram *Solanus?* an πρὸ τῆς ἀληθείας; quod quidem apertius, sed non opus, quia τῆς ἀληθείας genitivus est a comparatione pendens, adeoque idem, quod πρὸ, quod et *Scholiastes* videtur sensisse. Latini etiam positivo interdum utuntur pro comparativo, uti ex *Liv.* VII, 8. adfert *Jens.* in Obs. styli Lat. quas adjecit repetitis Collectan. pur. et impur. Latin. pag. 38. *Multiplex quam pro numero damnum est;* ad quae *Livii* verba plura similia indicant *Dukerus* ac *Drakenb.* Addo ex Ev. *Matth.* XVIII, 9. καλόν σοι ἐστὶν — εἰσελθεῖν — ἢ βληθῆναι. Alia vid. ap. *L. Bos* de Ellipsi p. 327. v. μᾶλλον. Et nos ad Quom. Hist. cap. 17. f. Ac Gall. c. 18. *Eurip.* Androm. v. 80. Γέρων ἐκεῖνος, ὥστε σ' ὠφελεῖν παρών. *Senex est iste,* pro *senior, quam ut te juvare possit praesens.* Sed quid si περὶ cum *Eustath.* accipias pro περισσότερον; hoc disquiram in Addendis. REITZ. Immo jam credo, περὶ hic notare excellentiam, praeferentiam, ut περὶ δ' ἐστι μάχεσθαι, *superatis pugnando, Homero* frequens, vid. *Eustath.* ad Il. A. p. 95, 47. Et Il. Δ. p. 369, 9. ac Θ, 27. Et περὶ πάντων, *supra omnes,* Il. I, 38. iterum 53. ne jam nota illa περὶ πολλοῦ et πλείστου ποιεῖσθαι huc traham, quorum exempla *Taylor* in Lysia dedit, vel ut *Diod. Sic.* XI. cap. 29. οὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τῆς ἐλευθερίας· quia aliquantum discrepant, aliquid tamen juvant. IDEM *in Addend.* Nihil certe juvant ejus generis exempla, in quibus, ut in *Diodori Sic.,* περὶ πλείονος invenitur; cf. Quom.

Hist. Conscr. c. 39. *τὴν ἀλήθειαν περὶ πλείονος ποιήσεται τῆς ἔχθρας*· quoniam vere in his adest comparativus, qui in hoc nostro loco desideratur: et aegre quidem desideratur, etsi bene scias comparationem nonnunquam sine comparativo occurrere. Quare et ego humani aliquid hic loci accidisse suspicans, aut puto *τῆς ἀληθείας* e marginali nota huc devenisse, aut pro *περὶ πολλοῦ* cum lectissimo *Jacobsio* scribendum esse *πρὸ πολλοῦ*, de qua metathesi nonnihil monuit *Schaefer.* ad *Lamb. Bos* Ellipss. p. 174. Interim tamen contra librorum omnium consensum nihil volebam, nec, credo, debebam mutare. Lehm.

Ead. l. 13. *Τούτους οὖν ἐθέλω*) *Theophr.* Eth. Ch. c. *περὶ λογοποιΐας. Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα, τί ποτε βουλονται λογοποιοῦντες. οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι.* Solan.

Pag. 240. l. 5. *Ἐαλωκότας*) Hoc exemplum *Jens.* ad Tyrann. c. 12. adlegat, quo probet, hoc particip. activum, aeque ac *ἁλούς*, valere passive. Recte; et quidem perpetuo apud alios etiam; vid. *Bud.* Comment. L. Gr. et *Scheidii* Indicem *Herodiani*, qui solus vel decem exempla adnotavit. Sic etiam apud LXX. in *Jerem.* I, 2. et LI, 31. Quare plura in re, quam et ipse *Jensius* fatetur notissimam, non addam, nisi et activum *προσκρούσας*, itidem passive accipi ap. *Aesop.* Fab. 128. *προσκρουσάσης οὖν τῆς κεφαλῆς — καὶ κλασθείσης.* Reitz.

Ead. l. 9. *Τὸν Ἡρόδοτον*) *Herodotum* verius mendaciorum, quam historiae, parentem nuncupaveris. Mira enim ab eo de Xerxis expeditione et transitu mendaciis quoque admistis praedicata sunt. Idem *Lucian.* L. 2. Ver. Hist. inter mendaces Ctesiam Cnidium et Herodotum ponit. Cogn. Notam *Cognati* ita exhibeo, ut in Ed. *Par.* et *Graev.* erat; (excepto quod *mendacium*, pro mendaciorum haec habebat) quid autem desit, facile est conjicere. *Herodotus* vero mihi non est mendaciorum pater, quando narrat ab aliis accepta, ipseque praemonet, se non omnibus fidem adhibere. Reitz. Quae deerant in *Reitz.* Ed. verba *Cognati*: „mendaciis quoque admistis praedicata sunt," supplevi ex Ed. B. 3. Lehm.

Ibid. *Ἡρόδοτον καὶ Κτ.*) Ingens inter hos, quamquam hic conjuncti legantur, discrimen est. *Herodotus* enim, sicubi a vero aberrat, non id agit, ut mentiatur: *Ctesias* vero, qui multos in Persia vixerat annos, ea scripsit, quae ipse, quin falsa et vana forent, ignorare non poterat, certe non debuerat. Solan.

Pag. 241. l. 4. *Τὴν Μορμὼ καὶ τὴν Λάμιαν*) *Μορμώ, οῦς*, s. *μορμών, όνος*, larvam esse, pueris terrendis conflictam a nutricibus, unde *μορμολύττειν* est, et *μορμολύκειον*, pervulgatum

est, neque opus, ut hic observetur. Sed illud videbatur paullo disertius adnotandum, quod jam indicavit ad *Aristoph.* Equ. 690. Scholiastes, illa verba *μορμὼ τοῦ θράσους* sic esse accipienda, ut *ὠνοματοποιημένη* exclamatio, vel interjectio esse intelligatur. Et videtur ipsa illa vox adhibita ad terrorem injiciendum pueris, sine respectu ad illam larvam: quod firmat locus jam laudatus ad *Aristophanem*, *Casaubono*, ex dulcissimo *Theocriti* Idyllio *Ἀδωνιαζουσ.* v. 40. ubi mulier, ut deterreat puerulum, prodire una cupientem ad pompam, *οὐκ ἄξω*, inquit, *τὺ τέκνον. Μορμώ, δάκνει ἵππος.* Hic certe, ut in illo *Aristophanis*, nihil aliud spectatur, quam ipse sonus quasso capite et turbato vultu proferendus. GESN.

Ead. l. 7. *Διὸς τάφον*) Vide, quae ad Tim. c. 4. observata sunt. Non videtur credere *Lucianus.* SOLAN.

Ead. l. 8. *Ἐριχθόνιον*) Mira sane ratione, quam tu, si lubet, apud *Orig.* c. Cels. videas l. VIII. effuso nempe in terram Vulcani Minervam petentis semine. V. et *Lactant.* I, 17. Fabulam tetigit Noster De Salt. c. 39. SOLAN.

Ead. l. 9. *Τοὺς πρώτους*) Rectius Ms. *τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τῆς γῆς Ἀττικῆς ἀναφῦναι, καθάπερ τὰ λάχανα, primos illos homines ex Attica terra olerum instar provenisse.* Vulgo *γῆς* omittitur. Itaque vertit interpres *in Attica. Τῆς* absorpserat *γῆς*. GRAEV. Imo *γῆς* in Cod. *Graev.* e priore versu in hunc locum aberraverat. LEHM.

Ead. l. 11. *Σπαρτούς τινας ἀναβεβλαστηκέναι*) *Sativos quosdam progerminasse.* Ita interpretes. Sed ab Latinis hos eosdem aeque ac ab Graecis *Spartos* appellatos fuisse, discimus ex fragmento *Varronis*, et ideo non debuerunt boni viri appellationem celebrem et propriam sua versione obscurare. Idem occurrit de Salt. cap. 41. GRON. Vid. supra de Salt. cap. 41. REITZ.

Ead. l. 14. *Κοροίβου*) De Coroebo in Scholiis Mss. lepida legitur historia. *Κόροιβος οὗτος μωρός τις ἀπομνημονεύεται· ὥστε γυναῖκα ἀγαγόμενος μὴ ἀνελέσθαι συγκαθευδῆσαι αὐτῇ διὰ τὸν πρὸς πενθερὰν αὐτοῦ φόβον, καὶ οὕτω ἐχόμενον παρθενεύειν αὐτὴν, μέχρις ἂν τῆς γυναικὸς ἡψαμένης τὸ ἄρθρον ὀδύνη συνέχεσθαι, καὶ οὐκ ἄλλως ἀπολυθῆναι, εἰ μὴ τῷ μορίῳ τοῦ ἀνδρὸς καθαψηθεῖσαν, οὕτω τὴν κοινωνίαν τοῦ γάμου γενέσθαι.* Nulla est caussa, cur haec interpretemur. Apud *Eustathium* in Odyss. K. p. 413. Ed. *Bas.* eadem historia legitur, sed tribuitur Margitae. GRAEV. Cf. Scholion supra editum cum nott. LEHM.

Ead. l. 14. *Μαργίτου*) Conf. supra Hermot. c. 17. SOLAN.

Ibid. Τριπτόλ) Adi Somn. c. 9. (i. e. §. 15.) SOLAN.

Ead. l. 15. *Πάνα*) Pan, cum Athenienses duce Miltiade cum Persis essent dimicaturi in campo Marathonio, eo in loco Graecis auxilium tulit, atque repressit Persarum ferociam. Meminit *Theocr.* in Syring. Coon. In Jove Tragoedo. *Long.* lib. 3. Bourd. Confer Diall. Deor. XXII. versus fin. et Bis Accus. cap. 9. Solan.

Pag. 242. l. 15. *Εὐκράτους τοῦ πάνυ*) Ad *Palmerii* notam addidit *Kust.* Sed is (apud *Aristoph.*) vocatur *Epicrates*, non *Eucrates*. Dionis filius dicitur cap. 17. Si idem sit, de quo in Gall. (c. 7.) infanda illa narravit, quid de *Luciano* censendum, qui talia efferat, aut de aetatis illius hominibus, qui talia sine pudore et infamia audirent? Solan.

Pag. 243. l. 3. *Διεξιόντες*) In omnibus libris antea legebatur *διεξιόντος*, nullo prorsus sensu. Vid. c. 29. eandem phrasin. Solan. *Διεξιόντος*) Primo intuitu *διεξιόντες* blanditur, quasi ad *Ἐριννύες* pertineret narrantes. Sed adcurate rem ponderanti vulgatum omnino servandum adparebit: nam neque Erinnyes quidquam narrant, nec alia multitudo, sed Eucrates: ad hunc igitur spectat *διεξιόντος* absolute positum; neque quisquam de populo Nostrum expulisse refertur; sed ipsa illa monstrosa dicta illum abegerunt, eademque ei fuere quasi Erinnyes; cumque sollicitudines atque anxietates mentis re vera per furias designari docuit *Cicero*, recte et *Noster* indignationem et aversionem suam hoc nomine vocat, quae non passa sit ipsum diutius isthic loci consistere. Reitz. *Διεξιόντες* ad *Ἐριννύας* referri salva Grammatica non potest. Gesn. Retulit tamen etiam *Thom. Morus* in interpretatione Latina. Lehm.

Ead. l. 4. *Ἀξιόπιστος ὁ Εὐκράτης ἐστὶ — βαθὺν πώγωνα καθειμένος*) Eucrates quidam Atheniensis olim fuit prolixa barba insignis, et eo nomine traducitur ab *Aristophane* in Concionantibus, dum inducit mulierem barbam factitiam afferentem et dicentem, *Κἀγώ γ' Εὐκράτους οὐκ ὀλίγα καλλίονα.* Ad quae sic Scholiastes: *οὗτος εἰς δασύτητα κωμῳδεῖται, ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς, οὗτος μέγαν πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο σακεσφόρος.* Ergo si quendam Eucratem prolixa et ampla barba insignem suo tempore noverat *Lucianus*, et in nomine, et in pilositate cum antiquo illo conveniebat. Nam illum antiquum non debuit inducere, quando in eo dialogo de Peripateticorum sectis et cum Eucrate disserentem Cleodemum Peripateticum inducit. At Peripateticae sectae auctor Aristoteles post Aristophanem et Eucratem vixit. Palm.

Ead. l. 12. *Παραστησάμενος τὰ παιδία*) *Jac. Elsn.* ad Evang. *Matth.* XXVII, 25. ubi legitur, *τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ'*

ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, haec *Luciani* ita exponit: Eucrates ille ὁ φιλοψευδὴς, ut dictis majorem fidem conciliaret, jurare solebat παραστησάμενος τὰ παιδία, *admotis etiam liberis*, quos nempe diris devovebat; pluribusque testimoniis docet, in foro Atheniensi consuetudinem obtinuisse, ut is, qui alium gravioris criminis reum ageret, se ac liberos suos diris devoveret, si falso accusasset. Reitz.

Ead. l. 15. Ὑπὸ τῇ λεοντῇ) Prov. Bourd. Plane inaudita res, simia cum leonis exuviis, ineptumque exiguo animali, quale simia, bene amplas aptare exuvias. Nempe ad duo simul Lucianus eo loco respicit proverbia. Alterum est ὄνος ὑπὸ λεοντῇ, alterum πίθηκος ἥρωος προσωπεῖον περιθέμενος. Luculenter rem firmat locus in Piscatore, ubi similiter conjungit utrumque, sed paullo clarius. (v. c. 32.) *Olearius* ad *Philostr.* p. 432. Idem *Lucianus* in eodem opusculo Piscat. c. 37. proverbium ipsum affert, ad quod hic alludit, nempe si recte Codd. habent, Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. Solan.

Pag. 244. l. 7. Νοσοῦντα ἐπισκεψόμενος) Ἐπισκέψασθαι proprie esse *invisere aegros*, hoc *Luciani* testimonio, aliisque docet *Jac. Elsner.* ad Evang. *Matth.* XXV, 36. ubi habemus, ἠσθένησα, καὶ ἐπισκέψασθέ με. Reitz.

Ead. l. 12. Κλεόδημος) V. de eodem, Sympos. c. 6. Solan.

Ead. l. 12. Δεινόμαχος) Nomen videtur fictitium. Solan.

Ead. l. 13. Ἴων) Plura de eodem vid. Sympos. c. 7. etc. Solan.

Ibid. Οἶσθα) Cum in *Amst.* male esset οἶστα, *La Croze* id emendarat. Sed recte οἶσθα jam habebant al. Edd. Reitz.

Pag. 245. l. 8. Τί μεταξὺ εἰρὼν ἐπήκουον) Sic rursus infra hoc Dial. c. 29. med. Quod ideo moneo, quia ibi ὑπῆκ. — nonnemo emendarat; quod jam nihil opus erit; vide ibi dicenda. Reitz.

Ibid. Κἀγὼ μάλα πεφυλαγμένος μὴ ψαύσαιμι τῶν ποδῶν αὐτοῦ) Corrige, ut recte Basileensis, πεφυλαγμένος. *Et ego studiose cavens, ne pedes ejus attingerem.* Jens. Πεφυλαγμένως) Receptam scripturam secutus sum. Πεφυλαγμένως, uti πεφεισμένως, usurpat *Aelianus* H. Anim. I, 8. Mutavit tamen *B.* 2. editor, fecitque πεφυλαγμένος. Solan. Non ausus sum πεφυλαγμένως mutare ob solam *B.* 2. Nam persaepe non modo adverbia ex particip. praeterit. formantur, ut ἐγρηγόρως, (de quo frustra dubitavi Hermot. c. 1. quandoquidem et *Alciphr.* III. p. 356. id habet) aliaque similia passim occurrentia, ut πεπλανημένως, πεπλασμένως, πεπληροφορημένως etc. Sed et adverbia ponuntur, ubi adjectivo locus esset, ut apud *Phalar.* Ep. 34. διὸ πάντα πολυπόνως ἐπιγνοὺς, *omnia mise-*

riarum plena videns. Liban. Epist. 28. pr. *οὐκ ἀγεννῶς μοι προκεῖσθαι τοῖς λόγοις*, pro *ἀγενὲς*, i. e. *non ignobile mihi* (est, videtur) *incumbere in dicendi studium.* Ita ibid. 29. *ἄλλως* pro *ἄλλο*. Nam ait: *οὐ γὰρ ὄνομα ἄλλως, τὸ Ἀττικόν.* Quod interpres recte: *neque enim aliud nomen habet, Atticum.* Ita et *ἴσα* adverbii more, pro adj. *ἴσον*, in N. T. Epist. *ad Phil.* II, 6. *οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ.* Taceo vulgatissima illa *ὁ ἀεὶ χρόνος, ἡ πάνυ τρυφὴ*, non plane huc pertinentia, de quibus ad Amor. c. 16. dictum, ad verba *τὴν πρὶν ἀστοχίαν*. Omitto alium adverbiorum cum adjectivis promiscuum usum, in *ὅλος* et *ὅλως εἰμὶ ἐν πράγματι*, de quo *Jens.* etiam egit ad Hermot. sub init. Sed et vicissim adjectivum adhibetur, ubi usitatius adverbio locus est; ut *Diod. Sic.* V, 13. f. *φυομένων τούτων δαψιλῶν* pro *δαψιλῶς*, ad quae peritissimus *Wessel.* plura similia producit, quem etiam vid. ad V. c. 21. No. 93. Interim non satis conveniens est *Luciano* exemplum, quod *Solan.* ex *Aelian.* modo adduxit, legitur enim: *τὰ δὲ τελευταῖα μονονουχὶ τοὺς παριόντας ῥήμα καὶ πεφεισμένως κατὰ τῶν ἱματίων δάκνοντες*· nec aliud demonstrat, quam adverbia sic a participio formari solere, dum structura apud *Lucian.* est alia. Nec ego, etsi dedi, quae propius accedunt, *πεφυλαγμένως* esse sanum adfirmo, propter illico adjunctum *ἀπολογησάμενος*, licet ad postremum *ἐκαθεζόμην* referendo stare queat, atque ideo nihil immutarim. Reitz. Haec temere conjecta nihil probant nisi fluctuantem *Reitzii* animum. Etsi non sola B. 2. sed cum hac etiam B. 1. et 3. *πεφυλαγμένος* habent, confidenter tamen vulgatum Adverbium servavi, non solum quia *Lucianus* noster, sed omnino Attici omnino omnes, ejus generis Adverbia, ex Participiis Praeteritorum Passivorum formata, ubicunque id fieri posset, frequentarunt; quod neminem fugere potest, nisi qui plane sit in istis antiquitatis monumentis hospes. Nec structura hujus loci adversatur, imo maxime favet, Adverbio. Lehm.

Ead. l. 15. *Κλεόδημος*) Vid. *Reines.* Ep. ad Hofm. pag. 381. la Croze.

Pag. 246. l. 10. *Χρῆναι — εἶναι*) Nonnihil incommodi praeferunt hi infinitivi: verum quia recte *ἐστὶ χρῆναι, licet uti*, vel *utendum est*, dicitur; non offendet peritum, utrumque infinite, ut structura postulabat, hic effferri. Difficilioris structurae infinitivos tres videbimus infra c. 39. Et *δεῖν ἐπαινεῖν* occurret mox Hipp. ipso initio, atque alibi non semel. Reitz. Parum aberat, ut has vel pueriles, vel aniles, nugas expungerem. Sed juverit confidentiae levioris ac festinantioris errores nosse, ut ipse tibi ab illis caveas. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἀμέλει*) Confer supra Quom. Hist. Conscr. cap. 29. in. SOLAN.

Ead. l. 18. *Κατεγνωκότες μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν*) Eadem rursus infra c. 32. pr. REITZ.

Pag. 247. l. 6. *Ὑφαιρεῖν τοῦ τόνου*) Videtur exprobrare tacite Eucrati intemperantiam, ut circa *vinum* et *carnes*, sic etiam circa res venereas, quorsum *τόνον* hic respicere suspicor, licet generalius nomen ad omnem contentionem vehementiorem pertinere non ignorem. GESN. Vix dubito, quin simul ad tensionem Veneream adludat: interim vult videri Medice loqui, ut intelligatur *relaxatio toni*, ut hi loquuntur, i. e. quo tensio librarum minuatur, ad sedationem doloris podagrici, qui maxime in tensione membranarum, periosteorum atque fibrillarum consistit, ac rigidos ineptosque ad motum reddit musculos, et hinc ad ambulationem et cursum ineptos, unde relaxationem tensionis sanatio infert. REITZ.

Ead. l. 12. *Ἐνεργεῖν*) Hanc vocem interpretatur *Gilbert. Gaulminus* ad Psellum. BOURD.

Pag. 248. l. 10. *Ἥλῳ — ἐκκρούεις τὸν ἥλιον*) Habuimus idem supra pro Merc. Cond. c. 9. REITZ.

Pag. 249. l. 7. *Ἥπια φάρμακα πάσσοντες*) *Homer.* Iliad. *Δ*, 218. SOLAN.

Ead. l. 12. *Ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν*) Vertunt *circa forum plenum* Latine valde obscure. Potius dicendum fuisset, *circa tempus fori pleni*, quo frequentissimum est forum, circa meridiem, nostris mercatoribus *omtrent de Beurstiidt.* GRAEV. Firmat *Graevianam* observationem *Kusterus* ad *Suid.* v. *ἀγορᾶς ὥραν.* Add. *Wolfius* ad *Liban.* Epist. 1036. a. No. 4. qui Sophista accuratissime forte definit tempus, quod hac formula designant, Epist. 1084. *καὶ ταῦτα ἐν τετάρτῃ μέρει τετέλεσται σοι τῆς ἡμέρας, ἀπὸ πληθούσης ἀγορᾶς εἰς μεσημβρίαν σταθεράν.* Eo magis haec nota temporis forte posita est ab auctore, quia versus meridiem aucto calore irritantur magis, et plusproinde nocent, venenata. V. *Plin.* II, 25. s. 30. GESN. *Thucydid.* (quem conferendum in marg. suasit *Hemsterh.*) VIII. cap. 92. pr. *ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ* ait, ibique *Dukerus*: *Suidas περὶ πληθουσαν ἀγοραν. περὶ ὥραν τετάρτην, ἢ πέμπτην καὶ ἕκτην· τότε γὰρ μάλιστα πληθει ἡ ἀγορά. Postremam interpretationem secuti viri doctissimi in Luciani Philops.* (h. l.) *ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, et in Philostr. vit. Apollonii II*, 36. *ὁπότε ἀγορὰ πληθει· et VII*, 29. *περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν vertunt*, circa meridiem. *Sed Suidas ipse deinde πλήθουσαν ἀγορὰν exponit ὥραν τρίτην. Et scriptor Anonymus apud Phavorinum in πλήθουσα ἀγορά· ὥρᾳ τριτῃ ἠκροβολίζοντο περὶ*

πλήθουσαν ἀγοράν. *Herald. l. Adversar.* 10. *Interpretes Aeliani ad XII. V. Hist.* 30. *et Kuhnius in Indice Aeliani pluribus ostenderunt, his phrasibus designari tempus, quod est inter mane et meridiem, et tempus, quod* πληθούσης ἀγορᾶς, *et* περὶ πλήθουσαν ἀγοράν *vocant Graeci, a* μεσημβρίᾳ *distingui. Itaque hoc recte inchoari potest ab hora tertia, quae, ut Martialis dicit, caussidicos exercere incipiebat; nec Brodaeus IV. Miscell.* 33. *satis accurate illud cum Gallorum hora undecima componit. Adde Kusterum ad Suidam in* ἀγορᾶς ὥραν. Vid. etiam *Casaub.* ad *Athen.* VI. cap. 20. p. m. 292. qui jocum in πληθούσης ἀγορᾶς captatum exponit, et πρὶν ἀγορὰν λυθῆναι refert ad horam decimam, quo desinerent homines esse frequentes in foro. Sed non adeo horam nobis indicare vult *Lucianus*, quam id actum esse in frequentissimo populi conspectu, ut res coram tot testibus acta eo minus negari queat. Reitz.

Ead. l. 13. Ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντα — τὸ θηρίον) *L. Bos* ad Act. Ap. p. 90. quem admonitu *Hemsterhusii* evolvi, haec *Luciani* comparat cum verbis Apostoli c. 28, 4. εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, aliaque similia adfert. Quae non exscribam, quia magis nota. Reitz.

Pag. 250. l. 9. Αὐτὸς ἀράμενος) Ut paralyticus in Evangelio. La Croze. Cf. *Matth.* IX, 2. sq. et *Marc.* II, 3. sq. quam narrationem sacram vide quatenus auctor potuerit h. l. respicere; deinde etiam quae mox narrantur mirabilia magi et Hyperborei facta quomodo se habeant ad similia in libris nostris sacris tradita; cf. c. 16. Leum.

Ead. l. 13. Ἰαματικά τινα) Non possum, quin adscribam hic, quae in margine veteris Codicis hic sunt adnotata: ἰαματικά. οἷα εἰκὸς τὰ τελεστικὰ φησι Ἰουλιανοῦ, ἃ Πρόκλος ὑπομνηματίζει, οἷς ὁ Προκόπιος ἀντιφθέγγεται πάνυ δεξιῶς καὶ γενναίως. Graev.

Ead. l. 14. Θείῳ καὶ ἁλὶ καθαγνίσας) Vide *C. Barthii* Advers. L. VII. c. 3. Alm. Nimirum sulphur ad fascinationes adhibitum aliquot poëtarum testimoniis ibi docet *Barthius*. Hodie vero et fures famum sulphuris adhibent in furandis porcis, qui eo stupefacti obmutescunt, et se quocunque abstrahi patiuntur. Conf. Necyom. c. 7. ibique notas. Reitz.

Ead. l. 15. Ἐς τρὶς) Vid. de hac locutione fratris consultiss. *G. O. Reitzii* Belg. Graec. pag. 464. Adde *Theocr.* Eid. I, 25. Reitz.

Pag. 251. l. 2. Κεράσται) Vid. De Dipss. c. 3. De physalo Rubri maris vide *Aelianum* de anim. III, 18. qui *piscem* vocat. De ἀκοντίας idem VI, 18. Solan.

Ead. l. 7. Συνηλίσθησαν) Sic emendandum omnino duxi-

mus, ut De Luct. cap. 7. Vid. *Kuster.* Not. ad *Jambl.* No. 58. Incantationibus serpentes e latibulis vulgo elicitos tradit *Aelian.* de An. VI, 33. SOLAN. Pro correctione *Solani* non solum facit, quod et supra de Luct. §. 7. legas, *ἐπειδὰν συναλισθῶσι πολλοὶ*, sed quia *συνηυλ* — a *συναυλίζομαι, commoror*, hic sensum nullum exhibet. Aliud foret, si, quod nescio, *συνηυλήθησαν* daretur a *συναυλοῦμαι*, sibilando congrego, vel fistula convoco, ut pastores solent congregare oves; tum nihil sine auctoritate Codd. immutassem. REITZ.

Ead. l. 15. *Γίγνεσθαι ἂν αὐτὰ πιστεῦσαι*) In Collectaneorum *Gal.* uno Codice deerant posteriores duae voces, et pro *γίγνεσθαι, πιστεῦσαι* erat. Ego *πιστεῦσαι* prorsus ejiciendum censeo. SOLAN.

Pag. 252. l. 13. *Ἐν Γλαυκίου τοῦ Ἀλεξικλέους*) Video verti, *in Glaucia Alexiclis filio.* At tales hi interpretes debuerunt quoque lectori demonstrare, quid in eo factum fuerit; quod quidem in hac relatione prorsus nihil dicitur. Quid enim aliud, quam retinuit semel conceptum amorem, donec potiretur amato. At haec omnia, quae narrantur, contigerunt in domo Glauciae, ut patet ex duobus locis, vel dum hic adjutor dicit se *ἄγειν ἐκεῖνον μάγον πρὸς αὐτὸν*, et quod tum hic dicitur *βόθρον ὀρύξασθαι ἐν αἰθρίῳ τινι τῆς οἰκίας* nempe ejusdem, vel quod tandem ipsa Chrysis *ἐπέσχη κόπτουσα τὴν θύραν καὶ εἰσελθοῦσα* versata est cum Glaucia. Itaque *ἐν Γλαυκίου* nunc accipe, ut circa finem harum insaniarum *ἐν Ἀμφιλόχου, ἐν Εὐκράτους*. Praeterea viri docti, qui Lucianum publico dederunt, vereor, ut bene contemplati sint libros scriptos, dum eum, quem nunc dicunt filium *Ἀλεξικλέους*, mox ab Luciano scribi faciunt, quasi patrem habuerit *Ἀναξικλέα*; ex quibus verum eligere sine auctoritate vetustatis nequimus. GRON. Sic infra c. 38. *ἐν Ἀμφιλόχου*, quod videat, cui opus est. REITZ.

Ibid. *Ἀναξικλέους*) Aut ita hic, ut infra *Ἀναξ* — legendum; aut illic *Ἀλεξ* — quod hic in impr. erat, reponendum. SOLAN. *Ἀλεξικλέους*) *Solan.* in nott. nihil definit. In *J.* vero *Ἀλεξ* — deleto, *Ἀναξ* — rescripserat. Ego *Ἀλεξικλέα στρατηγὸν* invenio apud *Thucyd.* VIII, c. 92. Num vero idem sit, de quo hic, non habeo dicere. REITZ. Forsan nihil mutandum. Quidni enim liceat mendaci, non esse memorem? BIP. His *Bipontinus* editor *Belini* sententiam refert, quam, dum alterutra nominis forma Codicum auctoritate prae altera firmata fuerit, tenere licebit. LEHM.

Pag. 253. l. 1. *Ἀνέλυε*) Optimo sane consilio sic apud veteres comparatum erat, ut, priusquam Logicam docerentur,

quae maturum jam, certe rerum cognitione instructum, judicium requirit, Physica audirent. Stoici vero non secundo tantum loco, sed tertio et ultimo videntur Logicam docuisse. Vide *Diog. Laërt.* pag. 173. D. quamquam idem (174. A.) docet, alios Stoicos primum docuisse Logicam, 2. Phys. 3. Mor. Phil. SOLAN.

Ead. l. 8. *Βόθρον τε ὀρυξάμενος*) *Heliod.* lib. 6. BOURD. *Lucian.* Necyom. c. 9. ibique *Hemsterhus.* LEHM.

Ead. l. 15. *Γυναικείαν μορφὴν*) Nempe species humana pertinet ad Dianam, bos est Isis, canis Hecate, quae nomina ad Lunam referri constat. GESN.

Pag. 254. l. 4. *Ἐμμανέστατα*) Supra Ver. Hist. *ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα.* Infra Pseudolog. c. 21. *ἐπιμανέστερα.* SOLAN.

Ead. l. 8. *Τὸ λυκαυγὲς*) I. e. *τὸ λυκόφως.* Et *λύγος* seu *λύγη* utrumque compositum *λυκόφως, λυκαυγὲς*, pro *λυγόφως, λυγαυγές.* GUYET.

Ead. l. 10. *Εὖ λέγεις*) Paruissem hic margini *Aldinae*, personae novae nomen praemittere jubentis, quam Edd. omisere; sed quia idem plus triginta vicibus in uno hoc Dialogo jubet, et conjectura tantum est, non Codicis lectio, non tantum ei tribuendum duxi, ut nimia mutatione contra auctoritatem Edd. et nostrorum Codd. grassarer. Immo re penitius inspecta, saepissime personarum nomina studio omissa ab auctore video, quia sponte patet, ubi incipiat nova persona, quando illud *inquam ego, inquit ille*, additur. Ita *Cicero* e contrario evitaturus illa repetita *inquam* et *inquit*, personarum nomina adscribit, quod disertis verbis monet de Amicit. c. 1. *Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne*, inquam, *et*, inquit, *saepius interponerentur: atque ut tanquam a praesentibus coram haberi sermo videretur.* Quare terque quaterque insertionem illam marginis *Ald.* indicasse contentus, ceteras omitto. REITZ.

Pag. 255. l. 6. *Ὁ δὲ τεττάρων μνῶν, πάνυ σμικρολόγος ὢν, Γλαυκίαν ἐπέραστον ἐργάζεται*) Interpres, *Is quatuor minarum, tantilli lucri avidus, Glauciam amoris compotem fecerit.* Merae nugae. Ad historiam de amore Glauciae (qui nimirum Chrysidem quandam amans, ea potitus dicitur esse ope Magi cujusdam, qui jactaret, se, si vellet, ab ditissimis feminis sollicitatum iri, et integra ab eis talenta accepturum esse, ubi tamen quatuor minis Glauciae Chrysidem conciliasset) respondet Tychiades inter alia, se mirari Magum ipsum, quod ille, dum possit ipse ditissimarum feminarum amore frui, et insuper integris talentis ab eis donari, tamen *quatuor minis, lucelli oppido exigui rationem habens, Glaucian reddiderit amabilem*, Chrysidi nempe. JENS.

Ead. l. 9. *Δαιμονῶντας*) Vid. *Plut.* Symp. VIII, 5. p. 1257. SOLAN. *L. Bos* (de quo adeundo *Hemst.* in marg. admonuit) in Evang. *Joan.* VII, 20. plura similia adfert, quibus demonstret, *δαιμονᾶν* et *κακοδαιμονᾶν* profanis scriptoribus idem esse, quod sacris *δαιμόνιον ἔχειν*. REITZ. De voce *ἐξάδειν* vid. *Dan. Wyttenbach.* ad *Plat.* Phaed. p. 193. LEHM.

Ead. l. 12. *τὸν Σύρον τὸν*) Christianum intelligere videtur. GUYET. Non dubito, quin per Syrum illum e Palaestina intellexerit aliquem ex Apostolorum discipulis Christianum: iis enim, ut dominus Christus praedixerat, subjecta erant daemonia, et talia miracula passim fiebant in prima illa aetate ecclesiae. PALM. *Belinus*, cum despectu quodam eorum, qui de uno ex Apostolorum discipulis cogitarant, de ipso Christo hunc totum locum intellexit, levissime quippe pervolatum. Alioqui non neglexisset illud, quod Ion ipse se talis miraculi, ab Syro illo patrati, testem fuisse asseverat. Cautius certe et gravius *Wielandius*, et quorum sententiae in sequentibus notis traduntur, *Solanus* ac *Gesnerus*. LEHM.

Ead. l. 13. *Ἐπὶ τούτων σοφιστὴν*) Florentinum *τούτῳ* minus placet. *Ἐπὶ* enim cum secundo casu hic notat eum, qui praeest, praepositus est illi negotio, ut in Evang. *Luc.* XII, 42. *ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ*. Ac sine verbo, ut hic, *Joseph.* Ant. XII, 1. *ὁ ἐπὶ βιβλιοθηκῶν, Bibliothecarius*. Et apud Nostrum Tox. c. 29. pr. *ὁ ἐπὶ δεσμῶν praefectus carceris*, ubi et alia dedimus. REITZ.

Ead. l. 15. *Ὅμως ἀνίστησι, καὶ ἀποπέμπει ἀργίους, ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν.*) Sermo est de Syro quodam, (Christiano forte, ut judicat *Palmerius*) qui eos, qui ad lunam conciderent, oculos distorquentes, et os spuma impleti, tamen erigeret, sanosque ac integros dimitteret, non magna mercede malo isto liberatos. Sic enim suspicor, id potius exigua mercede fuisse praestitum, volnisse auctorem, quam magna, ut vulgo legitur in Graecis; atque adeo intercidisse *οὐκ*, quod facile ex affinitate ultimae in *ἀργίους* syllabae potuit evenire. Legendum itaque mea sententia, *ἀποπέμπει ἀργίους, οὐκ ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν*. JENS. *Ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ*) Cave quidquam mutassis: genuina enim haec scriptura. Nec de Christianis labores, qui *gratis* miracula sua edebant. De aliis consule, si lubet, *Orig.* c. Cels. p. 53, 2. quo in loco Aegyptios videbis et ipsos talia a se patrata jactasse. SOLAN. Haec verba faciant, ut non credam, de Christiano Exorcista sermonem esse, quos de magistri sui voluntate *χαρίσματα* illa sua etiam gratis dedisse, satis constat: nec unquam objecta illis, quod sciam, aut depulsa avaritia. Video, quid in

mentem venerit *Jensio:* sed non ausim ei assentiri, cum praesertim ipsa nos Christi et Apostolorum historia doceat, fuisse in Palaestina etiam Exorcistas non Christianos. GESN. De phrasi egimus supra 1. Ver. Hist. cap. 19. De re haec tantum habeo monenda: emendationem *Jensii, οὐκ* inserentis, etsi de Christiano sermo non fuerit, nondum improbo; quia fin. cap. proxime praemissi miratur, magum exigua quatuor minarum mercede talia facere; idque novo jam exemplo confirmatum fre censeri potest. REITZ. Verba *ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ Belinus* fronica habet et explicat *gratis*, de Jesu scilicet haec omnia capiens. LEHM.

Pag. 256. l. 1. *Ὅθεν ἂν αὐτὸς*) Patriam daemonis ipsius linguam intelligit. V. *Bellum* de op. daemonum, de daemone Armenice loquente. LA CROZE. Qui nobilissimi *Crozii* notulas descripsit, dilucide *Bellum* auctorem indicavit; cum verò suspicarer, eum non bene adsecutum *Crozii* manum, clariss. virum *J. Odé* consului, qui eruditissimo libro de Angelis conscripto, in hac materia est versatissimus: isque mihi indicavit, sine dubio *Psellum* rescribendum, qui de Daemonum operationibus libellum confecit, editum Paris. 1576. et an. 1615. notis illustratum a *Gilb. Gaulminio*, recusumque Graece ac Latine in forma minore. REITZ. Locus *Pselli* habetur p. 102. sq. Ed. Kilo. 1688. 12. GESN.

Ead. l. 5. *Οὐ μέγα*) Sic supra Demonact. Vit. c. 30. f. SOLAN.

Ead. l. 15. *Ἐκ τῶν σταυρῶν*) Cave et hoc ad Christianos referas, nondum eo fatuitatis dicam an superstitionis devolutos, ut ligno virtutem tribuerent. Circulatores isti nempe faciebant, quod hodieque fere a stultis hominibus fit, qui suspensorum adipi, et cui non rei, virtutem magicam affingunt. Pudet in tanta Christianismi luce hujusmodi etiamnum superstitiones, ab ipsis derisas Ethnicis, apud ipsos Reformatos multis in locis conspici, quas Romanensibus relinqui par erat, inter quos tot Monachis aliisque quaestui sunt. SOLAN.

Pag. 257. l. 4. *Φαινομένου*) In omnibus libris erat *φαινόμενον*. Ego audacter, quia ita sententia postulabat, mutavi. SOLAN. *Φαινόμενον*) Etsi *φαινομένου* non improbo, nihil tamen sine auctoritate muto, quia *τὸ φαινόμενον* quasi substantive, pro *apparitione* acceptum intelligi potest eod. modo, ut *phaenomena* philosophi ponere solent; et sic *τὸ φαινόμενον τοῦ ἀνδριάντος* nihil habebit incommodi. REITZ.

Ead. l. 8. *Δημητρίου*) *Ἀλωπεκῆθεν* oriundus dicitur, infra c. 20. SOLAN.

Ead. l. 10. *Τῆς ἀφέσεως*) Leg. *Casaub.* ad l. 1. *Athen.* BOURD.

Ead. l. 11. *Τὴν δισκοφόρον*) De manu discum gestante et vibratura intellige. De *ὀχλάζω* vide Zeux. c. 4. SOLAN. Fuerint igitur statuae duae, feminae ministrantis discum, et jaculantis viri. Sed non satis placet haec *δισκοφόρος*, cum ad certamina ejusmodi non admissae videantur mulieres. Itaque cogitabam, an *ἡ δισκοφόρος* possit esse via et quasi linea, ad quam projiciendus est discus, ut dicatur hic discobolus tanquam metas respicere et superare conari signa aliorum, qui ante ipsum projecere. Putabam, ut *ἡ λεωφόρος* est via, qua commeat *ὁ λεώς*, sic *δισκοφόρον* posse vocari viam, et lineam, ad quam discus dirigitur. GESN. Ignoscet *Gesnerus*, si, recte sensisse *Solanum*, dixero; nam intellecto *χεῖρα* sensus est facilis. Id autem substantivi saepe intelligi, satis ipse novit. V. *Bos* de Ell. p. 184. vel 247. Ed. *Schoetg.* REITZ. *Τὴν δισκοφόρον ὁδὸν* absurdam esse, necdum puto. Sed etiam *χεῖρα* facile probo: quae si in mentem mihi venisset, aut aliunde esset oblata, reddidissem, *reflexo ad manum disco oneratam vultu.* GESN. *in Addend.*

Ead. l. 13. *Μύρωνος — δισκοβ.*) Hujus ipsius statuae meminit *Quintilianus* II, 13. *Quid tam distortum et elaboratum, quam est ille* DISCOBOLOS *Myronis?* SOLAN.

Ibid. Δισκοβόλος) Barbarum hoc foret, si *Th. Magistro* fides, scribenti: *ΔΙΣΚΟΒΟΛΟΣ οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλὰ δισκευτής.* REITZ.

Ead. l. 16. *Πολυκλείτου γὰρ τοῦτο*) Ubi mentio fit Polycleti, miror, veterem *Luciani* Scholiasten Ms. notare, Polycletum fuisse pictorem, non statuarium, itaque se non intelligere, qui in statuariorum numerum referatur a *Luciano*, nisi forte sit alius Polycletus. Verba enim sunt: *Γραφεὺς ὁ Πολύκλειτος ὥςπερ καὶ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλματοποιὸς νῦν εἰςάγεται θαυμάζω, ἢ μήπερ ἕτερος οὗτος ὁ Πολύκλειτος.* Verum quis nescit Polycletum Sicyonium Angeladae discipulum, et ejus Canonem, et tot statuas, quas in coelum extulerunt veteres? Vide *Plin.* XXXIV, 8. et de Canone sive norma Polycleti, Galenum de Hippocratis et Platonis decretis, et in primo de temperamentis. Euphranor et pictor et fictor fuit, uti ex eodem *Plinio* constat; vide lib. XXXV, 11. Critiae quoque *Plinius* meminit. GRAEV. *Πολυκλείτου καὶ τοῦτο ἔργον*) Statua nimirum illa, de qua in praecedentibus sermo fuit. Ad hunc locum Scholiastes: *Γραφεὺς ὁ Πολύκλειτος ὥςπερ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλματοποιὸς νῦν εἰςάγεται θαυμάζω.* Inscitissime quidem hoc, si unquam ab ullo quidpiam, ab Scholiaste scriptum est. Quid? Nonne fictor et revera *ἀγαλματοποιὸς* fuit Polycletus? *Cicero* certe III. de

Oratore; *Una fingendi est ars*, inquit, *in qua praestantes fuerunt Myro, Polycletus, Lysippus.* Idem *Plutarcho* in Symposio audit πλάστης. Idem ab eodem hoc *Luciano* inter πλάστας nobiles memoratur in Somnio §. 9. et in Sacrificiis c. 11. Omitto quamplurima ex *Aeliano*, *Plinio*, aliis innumeris, loca, in quibus statuarius memoratur Polycletus; quaeque, ut et opera ejus ab auctoribus celebrata, diligenter congessit *Junius* in artificum Catalogo. Quid quod et Euphranor non pictor tantum, ut hic ab Scholiaste statuitur, verum etiam fictor fuit; ut ex eodem Catalogo studiosus lector possit discere. JENS. Vid. *Jens.* Et *Davis.* not. ad pag. 4. Tusc. SOLAN.

Pag. 258 l. 1. *Κριτίου*) Idem hic Critias cum eo, qui Rhet. Praec. c. 9. memoratur. SOLAN. At vid. illic Adnott. LEHM.

Ead. l. 3. *Φαλαντίαν*) Supra Tim. §. 47. *ἀναφαλαντίας, recalvaster*, ubi vid. quae *Hemsterh.* notavit. REITZ.

Ead. l. 5. *Αὐτοανθρώπῳ ὅμοιον*) Vid. *Hemsterhusius* ad Tim. §. 52. ubi *αὐτοβορέας* occurrit, i. e. *verus et ipsissimus boreas*, aliaque obiter indicantur: at cum ibid. promisit, se hic dicturum, quid sit *αὐτάνθρωπος*, nulla tum divinatione praevidit, hanc sibi facultatem ereptum, et successorem tam festinantem, ipsoque tanto inferiorem datum iri. Quare paucis tantum defungar: omnis statua humana vel levi arte facta similis est homini: talem si diceret hanc, *ὅμοιον ἀνθρώπῳ πλάσμα* dixisset; at jam vult eam ita referre vivum ac spirantem, i. e. verum hominem, ut nihil differentiae adpareat, quin sit *ipse homo.* Talia autem praeter philosophorum *αὐταρχή, αὐτοσοφία*, etiam aliis frequentantur, ut *αὐτόπαις*, quod *Hesych.* adfert, *αὐτόλυκος, fur* pecudes lupi instar furari solitus. Nec refert, num ab avo Ulyssis *Autolyco* derives, an ab ipso *λύκος*, quia et prior ille cognomen inde traxit. *Ovid.* Metam. XI, 313. *Nascitur Autolycus furtum ingeniosus ad omne: Qui facere adsuerat patriae non degener artis.* REITZ.

Ead. l. 6. *Πέλιχος*) Consule *Thucyd.* I, 29. ubi saniores Codd. ita legunt. SOLAN. Vulgo illic *Πελλίκου* legebatur. Sed e Codd. jam restitutum *Πελλίχου*, et sic etiam h. l. *Belino* legendum est visum; quod ego quidem contra nostrorum Codd. auctoritatem non censeo faciendum. LEHM.

Ead. l. 8. *Στεφάνους*) Honor divinus, inquit *Barthius*, 719. SOLAN.

Ead. l. 10 *Ἡπιάλου*) Vid. Schol. Adde supra eundem ad Gall. c. 9 ibique notata: item *Theogn.* v. 174. REITZ.

Pag. 259. l. 8. *Τάλως*) V. De Salt. c. 49. et *Platon.* Minoë versus fin. p. m. 510. *ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιῄει τοῦ ἐνιαυ-*

τοῦ κατὰ τὰς κώμας φυλάκτων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς ἐν χαλκοῖς γραμμασείοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους, ὅθεν χαλκοῦς ἐκλήθη. *Athenaeus*, ex Ibyco, amatorem Rhadamanthi fuisse ait, 603. D. SOLAN. Ὁ τοῦ *Μίνωος* reddiderat *Gesnerus*: *Minois filius*. Sed correxi: *famulus*, monente *Brunckio* ad *Apollon. Rhod.* IV, 1643. cujus verba repetiit *Schäferus* ad *L. Bos.* Ellipss. p. 118. LEHM.

Ead. l. 9. Τῆς Κρήτης περίπολος) Habuimus de Salt. c. 49. et 2. Ver. Hist. c. 6. REITZ.

Ead. l. 10. Χαλκοῦ — ἐπεποίητο) Sic supra Pro Imagg. cap. 23. SOLAN.

Pag. 260. l. 2. Κηρῷ) V. *Jani Rutg.* Var. Lect. V. p. 461. SOLAN.

Ead. l. 4. Πυρετῷ ἐχόμενοι) Πυρετῷ συνέχεσθαι usitate dici, ostendit *Jac. Elsner.* ad Evang. *Luc.* IV, 38. Sed et ἐχόμενος πυρετῷ *Lucianum* dixisse refert. At verbo simplici ἔχεσθαι *Hippocrates* ita utitur frequentissime, ut ἦν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, Sect. IV. aph. 34. et 35. etc. Aliisque locis, ab *Foësio* in Oecon. *Hippocr.* v. ἔχειν indicatis, cum praepos. ὑπό Sed et sine ea, ἀνὴρ νούσῳ εἶχετο, idem ex V. Epidem. p. 535. Nolim plura adcumulare in re nimis nota. REITZ.

Pag. 261. l. 1. Ἀλωπεκῆθεν) Ut Tox. c. 27. et Diall. Merett. II. Quod ideo moneo, quia hic prave in omnibus impressis antea scriptum erat Ἀλωπεκεῖθεν, quamvis iidem libri recte in illis locis habeant. SOLAN. Ἀλωπεκῆθεν recte *Solan.* restituit, quia non solum sic amat scribi locis ab eo indicatis, sed et ap. alios, ut ex *Alciphr.* demonstravi ad Tox. c. 27. Adde *Suid.* Ἀλωπεκῆθεν quoque scribentem. REITZ.

Ead. l. 4. Ἐδεδίειν) Lege ἐδεδίειν ἄν. LA CROZE. Non opus. LEHM.

Ead. l. 12. Ἀγανακτεῖ etc.) Scribe, ἀγανακτεῖ ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἐφ' ἱερῶν τελείων ἑστιαθῇ, *indignatur, nisi statio tempore eximiis victimis pascatur.* Sic scribendus Ms. volente hic locus et vertendus. Vulgo legitur ἀφ' ἱερῶν, invito Graecae linguae genio. Vertitur satis inepte, *nisi in tempore justorum sacrificiorum epulis excipiatur.* Ἱερὰ sunt victimae, hostiae et eorum exta, quae Diis adolentur. Τέλει ἱερὰ sunt eximiae hostiae. Quod ἱερὰ ῥέξαι *Homero* est, hoc *Thucydidi* ἱερὰ θύειν, *sacra facere, victimas caedere:* apud quem etiam legitur ἱερὰ τέλεια. Dicuntur et ἱερεῖα, hostiae: inde ἱερεῖα sunt quaevis animalia, quae mactantur. *Polyb.* lib. II. ὑῖκὰ ἱερεῖα caro suilla: *Athen.* lib. I. τροφὴ τῶν νεογνῶν ἱερείων, *caro tenerarum pecudum.* Sic et ἱερεύειν et θύειν non

tantum est sacrificare, sed et mactare. Sic et *sacrificare* apud *Plinium* lib. XXVIII, 19. Graev.

Ead. l. 13. *Ἐφ'*) Sic *Ven.* utraque. Vid. et Timon. c. 5. Reliquae *ἀφ'*, nisi quod *Fl.* habet *ὑφ'*. Solan. Facile secutus sum id, quod verum est. Quod tamen *Graev.* dicit, *ἀφ'* invito linguae Graecae genio scribi, hoc non plane perspicio: nam cum recte dicatur *ἀπὸ τῶν σῶν δειπνῶ*, et similia, quae *Stephan.* notavit; vel abundet interdum *ἡ ἀπὸ*, ut *ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς*, *uno impetu*, *Thucyd.* VII, 71. f. et *ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος Diod. Sic.* III, 15, 67. ubi plura *Wessel.* non esset adeo contra analogiam *ἐστιαθῆναι ἀπὸ ἱερῶν*, quando *ἀπὸ* id significaret, *unde* excipiare; sed quia *δειπνεῖν ἀπὸ τῶν τινος* partitivum potius est, et *ἀφ'* hic melius satisfacit tempori, totumque sacrificium complectitur, id cum viro clariss. praetuli: ac tricari amplius nolim. Reitz.

Pag. 262. l. 14. *Ἐσπειραμένους*) Conf. supra Quom. Hist. Conscr. c. 29. med. Infra De Dipss. c. 6. m. et Navig. a. 2. f. Solan. Etsi in locis ab *Solano* indicatis non *ἐσπειρ* — sed *περισπειρ.* legas, tamen ad probandam hanc scripturam et versionem valent: nam a *σπειράομαι*, *in gyrum contraho*, formatum est, pro quo *Th. Morus* interpres Parisinae Ed. *sparsis* dedit, quasi *ἐσπαρμένους* a *σπείρω* legisset. Sed *Gesnerus* id sponte ad Graeca rectius composuit. Reitz.

Ead. l. 16. *Πᾶσιν*) De emendatione cogitaram; sed trajectio est, quamvis duriuscula, *Luciano* tamen familiaris. Neque adhuc dum aderant Eucratis filii. Vid. c. 27. Solan. Ego comma adjeci, ut ad *ἐδείκνυεν* referatur. Trajectiones nonnullas ejusmodi constructionis oportuisset additas ab eo, qui tamdiu in evolvendo *Luciano* est versatus. Nos dedimus aliquot supra, Parasit. §. 16. Addimus hinc Imag. c. 11. f. *ἀλλ' οἷς προεῖπον ἐκείνοις.* Rhet. Praec. cap. 18. *ὅττιμεν ἐπί κε ῥῆμα γλῶτταν ἔλθῃ.* Bis. Accus. 34. *πάντα γοῦν μᾶλλον ἂν ἤλπισα τὸν Διάλογον, ἢ τοιαῦτα ἐρεῖν περὶ ἐμοῦ.* Plura ex aliis jam addere non vacat. Reitz. Nec horum vides omnino certa. Exime certe locum Rhet. Praec. Lehm.

Pag. 263. l. 10. *Ἐλεφάντων — Ἰνδικῶν*) Magnitudine enim Indici Elephanti Africis praestant, teste *Livio* XXXVII, 39. Solan.

Ead. l. 11. *Πιναρᾷ*) Ita *V.* 2. Reliquae *πινταρᾷ*. Solan.

Ead. l. 14. *Ἑκάτῃ*) Videnda hic vita Marini a *Proclo* scripta p. 68. *φάσμασι μὲν Ἑκατικοῖς φωτοειδέσιν αὐτοπτουμένοις ὡμίλησεν.* Solan.

Pag. 264. l. 7. *Κατὰ φῦλα κ. φρ.*) *Homer.* Il. B, 362. Solan.

Ead. l. 10. *Ἱερῷ Πλάτωνι*) *Plat. π. ψυχ.* Solan.

Ead. l. 13. *Εἰκάζων*) Forsan *εἴκαζον*. Sed si per ellipsin accipias, ut intelligatur *εἶδον* ex praemisso *εἶδες*, mutatione non opus erit. REITZ.

Ead. l. 15. *Πρὸς φίλους*) *Lucilius: homini amico non est mentiri meum. Lact.* VI, 18. *Sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri suum.* SOLAN.

Pag. 265. l. 2. *Ἐπιμετρήσαντος*) Quod proprie significet, patet ex Dial. Mort. V. Plutonis et Mercur. §. 1. *ἐπὶ τοῖς ἐνενηκοντα ἔτεσιν, ἃ βεβίωκεν, ἐπιμετρήσας ἄλλα τοσαῦτα.* Hic igitur jocose usurpatum, pro *testimonio superfluo admetiris, superaddis*, idque magis placet, quam *ἐπιμαρτυρήσαντος*. REITZ.

Ead. l. 7. *Ὁ δὲ πυρετὸς, οἷος; καύσωνος σφοδρότερος*) *Benedictus: Febris, o qualis! incendio certe vehementior.* Ms. *ὁ δὲ πυρετὸς, οἷον καύσος σφοδρότατος, θερμότερος, febris, tanquam incendium vehementissimum, ardentior.* REITZ. De hoc vocis *οἷος* usu vid. *L. Bos* Ellipss. p. 419. sq. *Schäf.* LEHM.

Ead. l. 13. *Χάσματος*) Conf. supra de Luct. c. 2. REITZ.

Pag. 266. l. 1. *Δοκεῖ*) Mallem *δοκεῖν*. SOLAN. Verum est, *μοι δοκεῖν* hic locum habere. Vid. supra notata de Luct. c. 5. At non plane opus est mutatione, quia et *μοι δοκεῖ*, intellecto *ὡς*, non incommodum sensum exhibet. REITZ. Vid. *Fritzsch.* Quaestst. p. 25. sq. LEHM.

Ead. l. 1. *Ἐπιλεγόμενος*) *Th. Mag.* v. *ἀναλέγομαι* haec eod. modo adfert. In quo tamen male admodum interpunctio facta in Ed. *Blankardi*, dum dedit, *Λουκιανὸς ἐν τῷ φιλοψευδὴς· ἢ ἀπιστῶν ἐπιλεγόμενος*, quasi *ἢ ἀπιστῶν* pertineret ad verba *Luciani*. Quare punctum, quod post *φιλοψευδὴς* est, post *ἀπιστῶν* collocandum, jam quisque videt, vel me non monente. REITZ.

Ead. l. 5. *Οὔπω πεπλήρωται, φησι, τὸ νῆμα*) Divus *Augustinus* cap. 12. De cura pro mortuis. *Caesarius Monachus* historiar. memorabil. cap. 42. lib. XII. MARCIL.

Pag. 267. l. 1. *Ἐπιμενίδην*) Poëta hic Cretensis, quem 50 annos perpetuos dormisse fama est; *Plut.* 1403. f. Vid. Timon. cap. 4. SOLAN.

Ead. l. 7, *Υἱέων*) Sic pro *υἱῶν* etiam paullo post et alibi scriptum invenio. Alios amare *υἱῶν*, qui dubitat, adeat *Herodian.* III, 14, 17. Ev. *Matth.* XX, 20. *Luc.* l. 16. etc. REITZ.

Ibid. Οὕτως ὀναίμην — τούτων) Formula bene precandi et adfirmandi. *Alciphr.* III. Ep. 19. pr. *κοινωνικὸς ὢν καὶ φιλέταιρος ὄναιο σαυτοῦ — bene tibi sit ex te ipso.* Ubi plura exempla, non omisso hoc *Luciani*, dedit peritissimus Graeci idiomatis *Berglerus*. Sed in malam partem, per ironiam, idem habuimus Asin. c. 36. f. *ὄναιο τούτων τῶν καλῶν γάμων*

Τούτων autem pertinere ad *υἱέων*, monuit *Jac. Elsn.* in Epist. *ad Philem.* I, 20. ubi legimus, *ναὶ ἀδελφὲ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ.* Ad quae ille alia etiam similia adfert, *Majumque* merito reprehendit, qui illa ex Venerea phrasi, *frui aliquo*, interpretetur. Reitz.

Ead. l. 15. *Τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ Πλ.*) Alio ordine infra Musc. Enc. c. 7. Solan.

Pag. 268. l. 10. *Κυνίδιον — Μελιταῖον*) Vid. supra De Merc. Cond. c. 34. et infra Conviv. c. 19. Solan.

Ead. l. 15. *Σανδάλῳ γε χρυσῷ ἐς τὰς πυγὰς — παίεσθαι*) De puerili, item servili et contumeliosa hac solearum ac sandaliorum castigatione veteribus usitatissima, multa habet *Gataker.* in Cinno c. 19. med. Reitz.

Ead. l. 18. *Ἀρίγνωτος*) De hoc nihil invenio. Solan. Fictum hoc nomen putat *Belinus* ad Arignotes Pythagoreae nomen, quae Samia et Theanus, celeberrimae Pythagorae filiae, discipula fuit. De qua vid. *Suid.* Lehm.

Pag. 269. l. 3. *Πέλεκυν*) Confer Conviv. c. 6. *ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταὶ καὶ κοπίδα καλοῦσιν.* Sed aliud hic est. Solan. Sic Demosthenes, teste *Plutarcho* Vit. Phocion. p. 303. Ed. *Reisk.* cum ad dicendum surgere videret Phocionem, ad amicos dicere solebat, *ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς πάρεστιν.* Monuit hoc *Belinus.* Idem vir. doctiss. conferendum jussit *Xenoph.* Cyrop. IV, 2. *μὴ δῶμεν αὐτοῖς μηδὲ γνῶναι πάμπαν ὅτι ἄνθρωποι ἐσμέν· ἀλλὰ γέρρα καὶ κοπίδας καὶ σαγάρεις ἅπαντα καὶ πληγὰς ἥκειν νομιζόντων.* Bip.

Ead. l. 5. *Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς*) Proverb. Bourd.

Ibid. *Ἐπεισκληθῆναι*) *Ἐπεισκυκληθῆναι* legendum videtur. Guyet. *Ἐπεισκυκληθῆναι*) Aliter antea hic in omnibus libris nostris legebatur, nempe *ἐπεισκληθ —.* Sed certa est *Kusteri* emendatio. Vid. Conc. Deor. c. 9. ubi recte habet *Fl.* [Lego *ἐπεισκυκληθῆναι*, aderat enim invocatus et inexspectatus. *Aristoph.* Thesmoph. v. 272. *εἴσω τις ὡς τάχιστα μ' εἰσκυκλησάτω.* Kuster.] *Ἐπεισκληθῆναί μοι*) Nihil equidem absurdi video in vulgata lectione. Quid enim prohibet, quo minus ab ipsa Fortuna advocatus venisse dicatur Arignotus? Sed non dissimulanda tamen oppido elegans doctissimi *Kusteri* conjectura, qui ad *Aristoph. Θεσμοφορ.* 774. suspicatur legendum *ἐπεισκυκληθῆναι.* Probaverat jam ad v. 102. *εἰσκυκλεῖν* esse theatralis machinationis verbum, qua *θεοὶ ἀπὸ μηχανῆς*, in scenam descendentes de caelo Dii, repraesentantur. Quod si admittamus, ita hic locus interpretandus fuerit, *tanquam Deum e machina in hanc scenam a Fortuna demissum.* Si unus Codex addiceret in verbo paullo reconditiore, et captum

librariorum superante, non dubitarem, sic, ut jubet *Kusterus*, reponere. GESN.

Ead. l. 10. *Ἐπήκουσα*) Forsan *ὑπήκουσα* legendum, adscripserat *Solan.* Nescio, num ex suo ingenio, an monita alterius. Verum quia supra c. 6. versus fin. etiam habuimus *τὶ μεταξὺ εἰρωνὸν ἐπήκουον*, nihil hic quoque mutare consultius fuerit. Adde et Prometh. §. 20. *μὴ καὶ ὁ Ζεὺς ταῦτα ἐπήκοος σοῦ.* Ac de Salt. c. 64. *μὴ ἐπακούοντα τῶν ἀθομένων.* Et jam tanto minus de mutatione sollicitus erit. REITZ. Adde Charon. c. 11. et 14. LEHM.

Pag. 270. l. 7. *Συνεστῶτα ὁρᾶσθαι*) *Συστῆναι* etiam deinde c. 32. med. sic accipitur, ut significet idem fere, quod *ὑφεστηκέναι, φύσιν ἔχειν.* Nimirum *συνίστασθαι* vel *συνέστηκε*, quidquid potest cum aliis stare, quidquid nec sibi, nec aliis repugnat, non involvit, ut ajunt, contradictionem, vel implicat. Observata *Budaeo* verbi notio, sed exemplis, quod sciam, nondum firmata. GESN.

Ead. l. 15. *Κράνειον*) Sic scribitur etiam Diall. Mortt. I. ubi vid. not. SOLAN. *Κράνειον* praeferendum esse vid. ad Quom. Hist. c. 3. et ultimum ibid. REITZ.

Ead. l. 16. *Τίβιον*) Vid. supra Timon. c. 14. (jam c. 22.) SOLAN.

Pag. 271. l. 1. *Ἀνορύξας*) L. *Fl.* et *Salm.* cum *Amst.* Reliquae *ἀνοίξας*, absurde. SOLAN.

Ead. l. 3. *Ἀοίκητος ἦν, ἦδ' ὅς, ἐκ πολλοῦ ὑπὸ δαιμόνων*) *C. Plinius* Epist. 27. L. VII. Scriptor vitae S. Germani Antisiodorensis Episcopi c. XVII. D. *Antoninus* Archiepisc. Florentin. T. II. c. 9. Tit. 12. paragr. 8. MARCIL.

Pag. 272. l. 9. *Καθαρὰν*) *Diod. Sic.* II. cap. 39. pr. *καθαρὰν ποιῆσαι τῶν θηρίων γῆν τε καὶ θάλατταν. Plutarch.* Thes. p. m. 3. C. *οὐδὲν μέρος καθαρὸν οὐδὲ ἀκίνδυνον ὑπὸ λῃστῶν.* Ibid. pag. seq. A. *καθαίρειν γῆν καὶ θάλατταν.* REITZ.

Pag. 273. l. 2. *Δαιμόνιος τὴν σοφίαν*) Facete ludit in duplici significatu; cum et pro *valde sapiens*, et quasi pro eo, qui in spectrorum negotio callidus est, accipi queat. Sic *δαιμονίως ἐπεθύμουν, misere*, i. e. *valde cupiens, Aristoph.* Plut. v. 675. Adde *Aelian.* V. H. II, 4. *ἐσπουδακὼς δαιμονίως.* Et *Spanh.* ad *Aristoph.* l. d. REITZ.

Ead. l. 16. *Μνῆμα*) V. *Diog. Laërt.* p. 246. F. et *Hesych.* π. *σοφῶν.* Sed pro *ὥςγε* hic apud Nostrum lege *ὥςτε.* SOLAN.

Pag. 274. l. 2. *Στειλάμενοι νεκρικῶς*) Adde ista verba *στειλάμενος νεκρικῶς ἐσθῆτι μελαίνῃ*, notat antiquus Scholiastes ineditus, veteres solitos cadavera nigrae vesti insuere. *Ὅτι*, inquit, *τοὺς νεκροὺς οἱ παλαιοὶ μελαίναις στολαῖς ἐν-*

φιέννυσαν· et ad sequentia, μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς, haec adjecit: ὅτι καὶ τὰς ψυχὰς θνητὰς ἔφετο εἶναι, ὥσπερ καὶ τὰ σώματα. GRAEV.

Ead. l. 3. *Καὶ προσωπείοις ἐς τὰ κράνια μεμιμημένοις*) In *Salm.* Ed. simul et in hac ipsa vitiose edi video in Latinis, *ac personis in capitis adfictis*, ignorans, utrum sic praeses ejus et editionis et versionis de industria scripserit, ac interpolare voluerit *Th. Mori* versionem, an eam ipsam retinere, quae est *in capita*, ut sit typorum error. Certe neutrum placet. Neque enim Graeca id modo volunt, adsumsisse eos personas vel larvas in capita, sed clare sumsisse larvas tales, quae in speciem simul et formam cranii vel calvariae, vel diu mortui capitis fictae essent. GRON.

Ead. l. 12. *Τάχα*) L. et *Ven.* utraque ταχὺ, quod non placet. SOLAN.

Ead. l. 15. *Κοπτὸν*) Hinc *Coptica* lingua. Inde terrestri jam itinere Thebas petunt, ubi Memnonis statuam fuisse diximus ad Toxar. c. 27. V. *Plut.* de Iside p. 356. *Spanh.* SOLAN.

Ead. l. 16. *Μέμνονα*) Saxeus ille Memnon, a Germanico etiam visus apud *Tac.* A. II, 61. Sed hic noster ἐπιμερεῖται, cum voces sibi ait prolatas etc. Vid. et Tox. c. 27. Adde *Philostr.* p. 232. et *Strabonem*, qui ipse statuam vidit, strepitumque audivit; sed a quo editum, an nempe ab alio, ut credi ab incolis narrat, pulsatae statuae, an vero ab aliquo, qui tam adesset, aut sub basi lateret, a sacerdotibus ei rei, quod subinnuere videtur, praefecto, non affirmat. XVII. pag. 816. Audi etiam, si lubet, *Pausaniam*, (p. 40, 26.) *Strabone* judicio longe inferiorem. SOLAN. *Hemsterh.* adscripserat: vid. *Strab.* XVII. pag. 1170. ubi *Casaub.* utitur hoc loco. Verba autem *Strabonis* sunt: τὸ Μεμνόνιον — Πεπίστευται δ' ὅτι ἅπαξ καθ' ἡμέραν ἑκάστην ψόφος — ἀποτελεῖται. Ad quae laudatus *Casaub. Plinius ait; quotidiano solis ortu contactum radiis crepare, Lib. XXXVI. c. 7. et ita Corn. quoque Tacitus L. II. c.* 61. *Annal. referens, visam fuisse Germanico hanc Memnonis saxeam effigiem*; (*meminit et Eusebius in Chronicis, et Dionys. Periegeta v.* 250. *Vid. omnino Lucianum* Ἀπιστῶν *pag.* 349. *T.* 2. *Ed. Amst.*) Adde *Scalig.* Animadv. ad *Euseb.* p. 25. Meminit et *Juvenal.* Sat. XIV, 5. *Dimidio Magicae resonant ubi Memnone chordae*; ubi vet. Scholiast. ait: Memnonis ex aere statua, citharam tenens, certis horis canebat. Hanc Cambyses rex jussit aperiri, existimans mechanici aliquid esse, quod intra statuam lateret: nihilominus tamen aperta statua, quae erat magice consecrata, horis statutis sonum reddidit. Ideo *dimidio* dixit, id est, aperto et diviso. REITZ.

Pag. 275. l. 3. *Ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά*) Prorsus eadem locutio est in Evang. *Matth.* XIII, 35. *ἀνοίξω τὸ στόμα ἐν παραβολαῖς*. Et ad idem *Evang.* V, 2. ubi *ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδαξεν αὐτοὺς*, *J. Elsner.* phrasin *ἀνοίγειν τὸ στόμα* firmat ex *Aeschylo* aliisque. De pleonasmo autem *τῆς ἐν*, vid. supra ad Herod. c. 5. Adde huc propius convenientem *Long.* Past. II. p. 81. *σύριγξ ἐν στόματι παιδὸς ἐμπνεομένη*. Et *Alciphr.* I, 31. pag. 138. *ἀμυνοῦμαι αὐτὰς, οὐκ ἐν σκώμμασιν, οὐδ' ἐν βλασφημίαις*. Permulta alia non absimilia adferre liceret, ut ex *Homer.* Batrach. ante med. *κοσμήσαντες ἐν ἕντεσι δαιδαλέοισι*. *Diod. Sic.* V. cap. 57. pr. *ἐν παιδείᾳ διήνεγκαν*. Vel IV. 78. pr. *ἐν ὑπερβολῇ τῆς τέχνης θαυμαζόμενος Δαίδαλος*. Item ex *Nostro*, Phalar. I. c. 5. *ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν*, ubi et alia jam dedi; nec non Amor. 29. pr. *ἐν ὄμμασιν ὑποβλέπων*. Timon. c. 15. *ἐν θύραις καταλείειν*. Ev. *Matth.* V, 13. *ἐν τίνι ἁλισθήσεται;* sed satis esto. Reitz.

Ead. l. 5. *Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερῶν γραμματέων, θαυμάσιος τὴν σοφίαν*) *Memphiticus vir, quidam ex sacris illis scribis, mirabili sapientia.* Sic *Benedictus.* Meminit et alibi scribarum Aegyptiorum, in libello de sacrificiis, ubi cum Prophetis eos conjungit, et *Apul.* Metam. 11. *Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant, pro foribus assistens, coetu pastophororum, quod sacrosancti collegii nomen est, velut in concionem vocato*, ut fuerint inter sacerdotes Aegyptios, qui reconditam illorum sapientiam docebant, aliisque muneribus sacris fungebantur. Sic et in libro de Macrobiis cap. 4. recenset inter longaevos Aegyptios *ἱερογραμματεῖς*. Nec repudio lectionem editam. In *Flor.* tamen legitur *ἱερογραμματέων*, sed in Ms. *ἱερῶν γραμμάτων*, quod non puto fastidiendum esse, ut sit *τῶν ἱερῶν γραμμάτων σοφίαν θαυμάσιος*, admirabili sacrarum literarum sapientia praeditus. Sacras literas vocabat illam mysticam Aegyptiorum sapientiam, quae nonnisi initiatis tradebatur, et circumsectis, magiam scilicet, et literas Hieroglyphicas, de quibus tam multa apud *Herodotum, Diodorum Siculum, Clementem Alexandrinum*, aliosque habentur. Graev. Infra Macrob. c. 4. pr. *ὥςπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς*. Adde et supra Vit. Auct. c. 14. Quare et hic rectius *γραμματέων*, quam *γραμμάτων*. Intelligi autem *εἷς* vel *τις*, in vulgus notum, et monuimus alibi, ex *Aristophan.* Plut. *εἴ γὰρ τῶν φίλων*, aliisque. Reitz.

Ead. l, 7. *Αἰγύπτιον*) Mallem *Αἰγυπτίων*. Solan. *Αἰγύπτιον* non modo *Fl.* et *Fr.* sed et *J. Hag. Par. B.* 1. etc. Et recte, nec opus *Αἰγυπτίων* legere, quia *παιδεία Αἰγύπτιος* bene connectitur. Reitz. Hoc quidem et *Solanus* viderit.

Quod igitur nihilominus maluit *Αἰγυπτίων*, caussa non potuit alia esse, quam quod in genere vocis *Αἰγύπτιον* offendit: sane enim *Αἰγυπτίαν* scribere debuit auctor, ut supra *Αἰγύπτιαι* c. 31. idem scripserat. *Τῶν Αἰγυπτίων* vult *Jacobus* in Bibl. Crit. Hildes. a. 1821. P. 1. Fasc. 1. p. 106. LEHM.

Ead. l. 8. *Ἀδύτοις*) Conf. supra Gall. c. 18. SOLAN.

Pag. 276. l. 13. *Δεξιῶς ὑπηρέτει καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν*) *Th. Mag.* sic: *ΔΙΑΚΟΝΟΤΜΑΙ καὶ διακονῶ. Λουκιανὸς ἐν τῷ Φιλοψευδὴς, ἢ ἀπιστῶν· δεξιῶς ὑπηρέτησεν καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν.* REITZ.

Pag. 277. l. 2. *Ἐν σκοτεινῷ ὑποστὰς*) Sic et *Th. Mag.* v. *ὑφίσταμαι.* SOLAN.

Ead. l. 15. *Δύο μοι ἐγένοντο διάκονοι*) Articulum *οἱ*, qui in omnibus Edd. adhuc legebatur ante *διάκονοι*, expunximus auctoritate Ms. Reg. 2954. BIP. Restitui articulum, cujus vim si intellexisset *Belinus*, non certe ut expungeretur suasisset. Saltem tale judicium non temere *Bip.* et *Schm.* sequi debuerunt. „Ex uno *illo*, qui ante fuerat, jam duo facti sunt ministri." LEHM.

Pag. 278. l. 6. *Ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν ἐπικλεισθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαντλουμένην*) Et quae venustas in hoc Luciani *ἐπιμυθίῳ*, quod tamen nunquam his narrationibus nisi venustissimum subjicit, residebit, si claudatur domus aqua referta? Immo an claudi potest? Periit omne auctoris ingenium, quod restitues scribendo *ἐπικλυσθῆναι*. Sed, inquit, oportebit domum horum aquariorum haustu refertam mergi et inundari. Res ipsa dictat. GRON. Certissima est, meo judicio, *Gronovii* emendatio, rescribentis *ἐπικλυσθῆναι*. Id namque verbi hic requiritur. Noster in Timone §. 18. *φθάσαι βουλόμενος τὴν ἐπιῤῥοὴν, μὴ ὑπέμαντλος εἰςπεσὼν, ἐπικλύσω αὐτόν.* JENS. *Ἐπικλυσθῆναι*) Secuti sumus emendationem *Gronovii* omnino necessariam. SOLAN. *Ἐπικλυσθῆναι* legendum etiam probe monuit *Wess.* ad *Diod. Sic.* IV. c. 51. No. 39. Quare tot viris eruditis consentientibus ita edere, non exspectata Codd. auctoritate, nullus haesitavi. REITZ.

Pag. 279. l. 3. *Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καὶ δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω, Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου εἰκόνα ἐκτυπούσης τῆς σφραγῖδος, καὶ οὗτος ὁ Ἀπόλλων φθέγγεται πρὸς ἐμὲ, οὐ λέγω, μή σοι ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖσθαι*) *Benedictus: At non dico, me sacrum anulum habere, cujus sigillum exprimit Apollinis Pythii imaginem, nec mecum loqui Apollinem, ne videar ad gloriam meam res incredibiles narrare.* Pro *ἄπιστα* Ms. *ἀπιστοῦντι* scribit. Sic autem interpretare hunc locum: *At non dico, me sacrum anulum habere, cujus*

signum Apollinis Pythii imaginem exprimat, qui Apollo mecum loquatur, ne tibi, qui haec non credis, videar de me ipso elate loqui, ne tibi videar me ostentare, et jactare. GRAEV.

Ead. l. 7. *Ἀμφιλόχου*) V. Alex. c. 19. et not. etc. 29. et *Paus.* Att. pag. 33. Orig. c. Cels. 131. B. SOLAN. *Ἐν Ἀμφιλόχου*) Scil. *οἴκῳ*. Dictum satis ante. Sic supra c. 14. *Ἐν Γλαυκίου*. Vid. *Bos* de Ellips. REITZ.

Ead. l. 8. *Ὑπερδιαλεχθέντος*) Mira vox et mihi suspecta. SOLAN. Cl. *Belinus* vertit: *où la statue de ce héros a* réellement causé *avec moi*, emendationem *Larcheri* secutus, pro *ὑπερδιαλεχθέντος* facillima mutatione legentis *ὑπαρ διαλεχθέντος*, in notis ad *Herodot.* lib. VII. T. V. p. 317. BIP.

Ead. l. 12. *Τὸ ἐν Μαλλῷ — ἀληθέστ.*) Huc facit *Pausaniae* locus (p. 33. in Att.) *ἀψευδέστατον τῶν ἐμοῦ* etc. De Alexandri Abonoteichitae oraculo nihil habet, quia homo tum potentior erat, quam ut eum tangere *Lucianus* auderet. Maluit itaque silentio rem totam involvere. SOLAN.

Ead. l. 14. *Ἐγγράψας*) Quod Alexander Pseudomantis imitatus est. V. Alex. c. 19. A Jove Heliopolitano etiam factitatum tradit *Macrob.* I, 23. SOLAN.

Pag. 280. l. 3. *Δοκεῖν οἰηθεὶς δεῖν*) Florentinae lectio concinnior et facilior est vulgata, quae satis intricata tribus infinitis *δοκεῖν δεῖν ἀντιλέγειν*, tamen sic resolvi potest: *οἰηθεὶς οὐ δεῖν δοκεῖν μόνος ἀντιλέγειν ἅπασιν*, *existimans non oportere videri velle*, (vel *speciem praebere*) *ac si solus contradicerem omnibus.* Mallem tamen, ejecto alterutro vel *δοκεῖν* vel *δεῖν*, stilum concinniorem reddere, vel Florentinae lectionem cum vulgata commiscendo scribere, *οὐ δοκιμάσας δεῖν μόνος* etc. Duplex infinitivus nihil habet incommodi; vid. supra c. 7. *χρῆναι εἶναι*) *J. J. Wetsten.* malit *ἀντιλέγων*. REITZ. De Nominativo *μόνος*, qui cum *δεῖν* pugnare videri potest, vid. *Fritzsch.* Quaestst. p. 102. sq. LEHM.

Pag. 281. l. 5. *ΦΙΛ.*) Continuabantur haec antea in plerisque impr. ego distinxi, suadente *Fl.* Ed. lacuna, *B.* 2. et *Salm.* SOLAN. Interpres *Thom. Morus* Latinae versioni personam PHIL. et mox TYCH. inseruerat, etsi in Graecis aberat. Necessitate igitur postulante etiam Graecis inserui, et *ἀπέλαυσα* quoque dedissem, si vel nulla Ed. praeisset. REITZ. In B. 3. in utroque loco personarum notatio reperitur, in B. 1. superioris tantum Philoclis. LEHM.

Ibid. *Ἀπέλαυσα*) Ita *Fl.* Ed. recte. In rel. *ἀπήλαυσα*. SOLAN.

Ead. l. 4. *Λυττᾷν*) *Λυσσᾷν* supra Nigr. in fin. *οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσιν.* At *λυττώντων κυνῶν* contra rursus Dial. Mort. XVII. ad f. Sed eodem redire, quia nescit? REITZ.

Ead. l. 11. *TTX.*) Et hic, priore mutata, iterum nova reponenda fuit persona. SOLAN.

Ead. l. 13. *Οὐδὲν οὐ μὴ*) Nondum adsentior Florentinae. Triplex enim illa negatio intensissime negat. Vid. modo supra Rhet. Praec. c. 20. *οὐχ ἕξουσιν ὅπως ἀπιστήσουσι μὴ οὐχὶ — ἀγωνιστὴν εἶναι σε*, ibique notata. REITZ.

IN HIPPIAM.

Pag. 282. l. 1. *ΙΠΠΙΑΣ Η ΒΑΛΑΝ.*) *Προσλαλιὰ*, ut aliae nonnullae, de quibus ante dixi. MARCIL. *ΙΠΠΙΑΣ*) *Olearius* eundem censet cum Platonico illo decantatissimo, ad *Philostr.* p. 495. Sed vide c. 3, unde, longe alium multoque recentiorem esse, luculenter patet. Sophista ille merus, (et ita audit eo ipso in loco) hic mathematicus summus, non oratione tantum, sed opere ipso probatissimus, in Geometria, Mechanica, Musica, Astronomia summus. Quod autem ibi vir eruditissimus de rebus ab eo Olympiae factis testem Nostrum adducere videtur, *μνημονικὸν σφάλμα* est; nisi forsan respiciat Herod. c. 3. ubi primus inter eos numeratur, qui Olympiae declamando inclaruerunt. SOLAN.

Pag. 283. l. 4. *Ἀγαθοὶ*) *Ἀγαθός τι ποιεῖν*, *aptus ad aliquid praestandum*, esse Graecismum usitatissimum, ut *Aelian.* V. H. l. 10. *Κρῆτες τοξεύειν ἀγαθοὶ*, eo minus opus est dici, quo pluribus potest. Vid. *Homer.* sexcentis locis *ἀγαθὸς βοὴν* exhibentem, et fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graec. Lit. A. REITZ.

Ead. l. 6. *Τῶν πάλαι*) Male omissum in *Fl.* articulum quisque fatebitur, qui mox *τῶν κάτω* adspexerit, noveritque, *τοὺς πάλαι* significare *antiquos*, quod vel ex Syntaxi sciunt pueri. Sic supra de Gymn. cap. 21. *τῶν ὕστερον*, *posterorum*. Quare in re tritissima plura adferendo lectori gravis non ero. REITZ.

Ead. l. 8. *Οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος*) *Non quod aliter historiam edere velim.* Sic Salmuriensis. Sed per Musas! cui bono hic illud *aliter?* Immo, *non quod temere* et furiliter *historiae narratione me ostentare volo.* GRON.

Ead. l. 15. *Καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον· τὸν μὲν Πτολεμαῖον χειρωσάμενον, καὶ τὴν Μέμφιν*) Sostratus ille Cnidius fuit celeberrimus ille Architectus, qui turrim in Pharo insula aedificavit, de quo *Strabo* L. XVII. *Plin.* L. XXXVI. cap. 12. Ipse vero noster *Lucianus* supra, lib. Quom. Hist.

scrib. Sed quod ait hoc loco *Lucianus* de Ptolemaeo et Memphi capta per Nili diversionem, exspecto, qui hoc me doceat: nullibi enim unquam legi hanc historiam, et quis fuerit ille Ptolemaeus, omnino me latet, et de ea Memphis rebellione silent historiae. Tentabam me extricare legendo, τῷ μὲν Πτολεμαίῳ χειρωσάμενον τὴν Μέμφιν, id est, *qui Ptolemaeo subjecit Memphin.* Nam Ptolemaeus Philadelphus, cujus tempore vixit ille Sostratus, et quo imperante et sumptus suppeditante exstruxit illam celebrem turrim in Pharo insula, inter amicos habuit illum Sostratum Cnidium, nec unquam, quod sciam, nec ab illo nec ab alio captus est. De Ptolemaeo Ceraune dicto, incidit mihi quaedam suspicio, haec intelligenda esse, sed sine auctoritate. Nam Ptolemaeus ille Ceraunus dictus vir praeceps fuit, et ad audacia facinora promptus, et qui, cum natu major filiorum Ptolemaei I. Soteris dicti esset, a minore natu Philadelpho supplantatus fuerat, patre communi favente Philadelpho, non dubito, quin omnia tentaverit, ut Philadelphum expelleret. Itaque suspicor, eum Memphin occupasse, in qua obsessus a fratre jam regnante fuit, et captus. Sed tamen, si captus fuit, credendum est, patre adhuc vivente Ptolemaeo, Sotere, seu Lagi dicto, id accidisse, scilicet jam privato, et regnante Philadelpho, cui regnum reliquerat. Nam si patre jam mortuo rebellasset et captus fuisset, non est credibile, Philadelphum eum vivum dimisisse, qui post patris mortem duos fratres Leontiscum et Argaeum (quorum hic ultimus ex eadem matre Berenice natus erat) occidi curavit, non tam praecipitis audaciae viros, nec tanta injuria affectos. Si conjecturae credendum est, ista haec mea non est sine verisimilitudine. Si quis super hoc loco certiora docuerit, gratias agam lubentissime. PALM. Donec lux major affulgeat, *Πτολεμαίῳ* legendum censeo, non, ut in libris est, *Πτολεμαῖον*. Narrat *Pausanias* in Att. sub Philadelpho defecisse Gallos mercenarios, et ab eo in Insula Nili fame consumptos. Vide, an inde aliquid elici possit, quo hujus facti pateat veritas. SOLAN.

Pag. 284. l. 2. *Τριήρεις*) *Combustas* ab Archimede hostium naves, nec *Plutarchus* in Marcello, nec *Livius* auctores sunt, qui tamen praeclara ejus facta data opera memorantes haud temere quidquam omissuri censendi sunt. Mendum esse hic in ✱ — suspicor. Ut ut sit, exstare *Venetiis* audivi instrumentum ustorium ad quingentos usque passus vim suam exserens. Sed an veteribus speculi ustorii usus jam cognitus fuerit, ego sane ignorare me non invitus fateor; quamquam nuper concionatorem audierim, non infimi inter Gallos nostros

nominis, de speculo ustorio locum S. scripturae, qui excidit, intelligentem. Eo tamen non incommode referri posse videtur, quod alicubi apud *Aristophanis* Scholiastam de lapide φεγγίτη legere me memini, qua de re ad Alex. c. 21. dictum est. *Lactantius* autem diserte ait lib. de ira Dei cap. 10. p. m. 630. C. *orbem vitreum plenum aqua si tenueris in sole, de lumine, quod ab aqua refulget, ignis accenditur, etiam in durissimo frigore.* Solan. De Archimede hoc puto primus somnium *Lucianus* dixit. La Croze. Mirandis ab se inventis machinis hostium naves repulisse atque demersisse narratur a *Plutarch.* in Marcello pluribus in locis. Ita ut Marcellus eum Geometricum Briarea vocarit, contra quem frustra Romani fabri machinas suas adhiberent. Reitz. De speculis Archimedis ustoriis docte et scite expositum legitur in diario inscripto: Allgemeiner Anzeiger der Deutschen a. 1820. No. 311. et a. 1821. N. 114. Lehm.

Ead. l. 3. *Θαλῆς δὲ* etc.) In marg. *Ald. Wess.* adscriptum: idem *Laërtius* in vita Thaletis. Sed *Gesn.* locum jam indicavit. Addam tantum verba Diogenis: *Κροῖσον, ᾧ καὶ τὸν Ἅλυν ὑποσχέσθαι ἄνευ γεφύρας περάσαι, τὸ ῥεῖθρον παρατρέψαντα.* Reitz.

Ead. l. 4. *Ἄβροχον διαβιβάσειν*) Caute narrat *Herodotus* I, 75. et ita ut fidem se adjungere narrationi diserte neget: asseverate, ut videtur, *Apollodorus* apud *Diogenem Laërtium* I, 38. plane sine ulla dubitatione Schol. ad *Aristoph.* Nub. 180. Illud *κατόπιν* nostri diserte, ut solet, explicat *Herodotus, ἄνωθεν τοῦ στρατοπέδου ἀρξάμενον, διώρυχα βαθέην ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα, ὅκως ἂν τὸ στρατόπεδον ἱδρομένον κατὰ νώτου λάβοι, κ. τ. λ.* Etiam illud observandum. Qui narrabant *Herodoti* aetate, ii 1) non dicebant *ἄβροχον* traductum exercitum, sed divisum in duo brachia Halyn ob ipsam illam divisionem utrinque vadosum factum, ut pedibus transiri posset: 2) nec dicebant, una nocte id opus effectum esse. Et tamen Herodotum patrem fabularum vulgo appellamus: et noster dedit praecepta scribendae historiae. Cautius paullo ante de Archimede, cui incendia modo navium, non specula tribuat. Gesn.

Ead. l. 5. *Οὐ μηχανικὸς*) Atqui Mechanicum hinc probat *Aristoph.* Scholiastes. Sed hoc vult *Lucianus*, non eam fuisse Thaleti artem, sed virum industrium et saqacem, ingenii felicitate id assecutum, quod earum rerum artifices non viderant. Narrat etiam *Herodotus*. Solan.

Ead. l. 10. *Ἱππίου*) Nemone de hoc quidquam? Conf. *Voss.* de Mathem. Caeterum cave, hunc cum Platonis Hippia

confundas; quod miror a viro doctissimo factum in Catalogo Philosophorum. Hic enim *Luciani* aetate vixit, uti hoc ipso in loco vides, τοῦ καθ' ἡμᾶς. SOLAN.

Ead. l. 14. *Οὐκ ἐν τοιαύταις — συνισταμένου*) Spuria haec videntur et insititia. GUYET. At vide notas inferiores. LEHM.

Ibid. *Ὑποσχέσεσιν*) Repetiit, puto, librarius improvide vocem, quae paullo ante adfuerat: legendumque *ὑποθέσεσιν*, ut non ita multo post, *κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑπόθεσις*. Est duplex genus artificum. Alii, et major quidem pars, ad imitationem tota conversa, quae ab aliis elaborata sunt, quae magister ostendit, ea satis feliciter imitatione adsequuntur, sed nihil novi ipsi inveniunt: quoties non est, quod imitentur; tanquam deprehensi, haerent. Talis non est Hippias: non exspectat exempla aliena: ipse sibi et aliis exemplum est. Non tantum designatam omnibus lineis figuram describere et transferre puerili industria potest, sed in data quacunque linea, ex praeceptis artis, quodcunque triangulum postulatum fuerit, construere. GESN. Speciem sane habet *Gesneri* emendatio; nec tamen sequor. *Ὑποσχέσεις*, quam vocem consulto auctor repetiisse videtur, significat res, quae tractantur, quatenus quis eas profitetur; ergo idem fere, de quo cogitavit *Gesnerus*. Cf. Quom. Hist. Conscr. c. 27. ubi *ἑτέρα ὑπόσχεσις* est altera rerum, quae ab auctore agebantur, c. 6. promissarum sectio a. caput alterum. Ceterum optime suum Lucianum percepit *Gesnerus*. Vid. infra. Unum vitupero hoc, quod verbum *συνεῖναι* bis male interpretatus est, tum in verbis *συνεῖναι πιθανώτατος* c. 2. ubi reddidit: *in sermone* vehementer probabilis; tum paullo post in verbis *ὀξὺς συνεῖναι*, *in disputando* acutus. Immemor scilicet erat, *συνεῖναι* h. l. esse a *σύνιέναι*, nec respexerat vocem cognatam *σύνεσιν*, mox c. 4. et ipsam obviam. Errorem hunc *Gesneri* ex parte etiam *Belinus* notavit. LEHM.

Ead. l. 15. *Ηὐτύχησαν*) Etsi Florentinae scripturam probo, quod augmentum saepissime omitti soleat, secutus tamen sum numerum majorem illarum, quae *ηὐτ* — habent. Vid. supra dicta ad Alex. c. 22. Pro Imag. c. 3. et c. 19. f. ubi *εὐδοκίμουν*. Item Amor. c. 6. pr. ubi et *εὐτρέπισται*, non *ηὐτ* —. Adde dicta ad Gall. cap. 3. f. Ita *εὐλόγησε* in Evang. *Matth.* XIV, 19. Et *Luc.* II, 28. atque ubivis. *Εὐφράνθη*, *Act.* II, 26. ac passim. REITZ. Cf. De Merc. Cond. c. 12. et adnot. ad Diall. Marr. XIII, 1. LEHM.

Ibid. *Κατὰ δὲ*) Mathesin minime cultam fuisse a *Luciano*, alibi docuimus. V. Pro Laps. c. 5, et Hermot. c. 74. Hic autem vides et iniquum rerum earum aestimatorem et imperitum, ut qui primum omnium geometriae problema, quasi summum

artis culmen, afferat: quasi quis dicat, literarum decus summum in eo versari, ut quis elementum primum a scite pingat, nisi forsan Scholium insulsum textui *Luciani* intrusum est. Certe nisi aliunde constaret hisce in rebus *Luciani* et imperitia et iniquitas, ut ab eo haec profecta crederem, a me impetrare non possem. Ex his autem verbis, ut aliquis sensus exprimatur, primo dele illud δὲ, deinde lege συνιστάμενος. SOLAN. Nos gratum lectoribus facturos speramus, si notam *Belini*, simul ad defendendum *Lucianum* contra *Solanum*, et ad emendandum dilucidandumque hunc locum facientem, ipsis viri praestantissimi verbis integram adscribamus. Ait autem: *Ce que Lucien donne ici comme le* non plus ultra *de la géométrie, est le premier de tous les principes de cette science, comme l'observe Dusoul. D'où il infère que notre auteur étoit fort ignorant en mathematiques. J'ai de la peine à croire qu'un philosophe aussi savant que Lucien, ait négligé cette partie de philosophie si essentielle, et si estimée des enciens. En vain Dutoul appuie son opinion d'un passage de notre auteur, Herm. c. 74. où il blame la définition vulgaire des points et des lignes mathématiques. Cette définition avoit déja été attaquée par Aristote* de insec. lin. *p.* 1223. *et par Sextus Empiricus* adv. Phys. *pag.* 623. *Ed. Fabr. Or, on ne peut pas douter qu' Aristote et Sextus n'aient été fort habiles dans cette science. D'ailleurs, pour prétendre que les lignes et points mathématiques n'ont pas réellement les trois dimensions, longeur, largeur et profondeur, il faudroit que ce ne fût point des corps; car tout corps a nécessairement ces dimensions: et si ce ne sont pas des corps, ce n'est rien de tout; ou il faudroit les ranger dans la classe des êtres immatériels, et purement intellectuels, dont l'existence n'est prouvée que par la foi. Mais occupons-nous plutôt du passage de Lucien. Il me semble qu'il est aisé de le rendre très-intelligible, si l'on retranche un mot parasite, et qui nuit au vrai sens de la phrase. Ce mot est* εὐθείας, *que quelque copiste aura ajouté pour déterminer le sens de* δοθείσης, *qui ne doit point être determiné. Alors la pensée de Lucien est, qu' Hippias étoit si habile en géométrie, qu'il pouvoit, comme le disent les géométres,* former un triangle parfait sur une ligne donnée, quelle qu'elle fût, *c'est à dire,* qu'il pouvoit faire même l'impossible; *car il n'est pas possible de tracer un triangle rectiligne, qui est le tringle parfait, sur une courbe. Je ne m'arrête pas à prouver que le retranchement du mot* εὐθείας *n'empeche pas la phrase d'être conforme au génie de la langue Grecque; car tout le monde sait que le mot* γραμμὴ *est un de ceux, que les Grecs aiment à ne point exprimer.* Idem in Nott.

Crit. pro *συνισταμένου* reponi jubebat *συνιστάμενον*. Bip. Mihi vero secus videtur. Facio omnino cum *Gesnero*, et hunc in modum explico: Hippiae aequum est mentionem injicere, viri ut scientia conspicui, ita operibus artis praestantissimi, qui nunquam desit artis suae professioni. Jam quae sequuntur, non sunt superflua aut spuria, ut *Guyeto* visum. Faciunt enim ad imaginem artificis perficiendam, quamquam paullo laxiore nexu proposita. Vult enim auctor, Hippiam non acquiescere in aliorum vestigiis premendis, nec satisfacere sibi imitantem aliena, sed datis alienis tanquam fundamento superstruere sua diligenter vel excogitata, vel composita. Hanc affirmativam sententiam exprimit per proverbium, quod bene vidit *Guyetus*, et *Solanus* quoque videre potuisset, si accuratius vocem *φασὶν* respexisset. Sic autem sonat hoc proverbium: *ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας τὸ τρίγωνον συνίσταται*, *in data linea recta triangulum construit*, i. e. ut recte dicit *Gesnerus*, non tantum designatam omnibus lineis figuram describere et transferre puerili industria potest, sed in data quacunque linea (recta) ex praeceptis artis, quodcunque triangulum postulatum fuerit, construere; ergo non exspectat aliena exempla: ipse sibi et aliis exemplum est. Sic jam prorsus inepta est h. l. *Solani* quaestio de Luciani peritia an imperitia geometriae. Sic porro patet, minime cum *Belino* expungendam videri posse vocem *εὐθείας*, quum de eo, quod Hippias adeo ea, quae fieri non possint, praestet, ne cogitari quidem facile possit. Denique sic non est, quod dubites, quin *συνισταμένου* non minus recte, quam *παρεχομένου* etc. ad Hippiam referatur. Lehm.

Ead. l. 16. *Ἐπὶ τῆς δοθείσης, φασὶν, εὐθείας*) Proverbiale fuisse videtur. Guyet.

Pag. 285. l. 3. *Ὁ δὲ μηχανικῶν — καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῶν καὶ μουσικῶν* etc.) De admiranda Hippiae peritia in artibus ac scientiis vid. *Philostr.* L. I. Vit. Soph. XI. ibique *Olearium*, qui ex *Platone*, et *Luciano* plura de eodem adfert, arteque sibi memoriam comparasse docet, ita ut quinquaginta vocabula semel audita eodem ordine recitare posset, esseque insigne memoriae argumentum, quod omnes fere artes percalluerit, ostenderitque in Olympiis anulum, sigillum, strigilem, vasculum unguentarium, soccos, pallium, interulam, cingulum, propriis manibus confecta, ex *Plat.* in Hippia maiore p. 97. Cetera vid. ibid. et lege *Philostratum*, opificia artesque ejus enumerantem. Verum magis stupenda, de memoria non arte parata, sed a natura donata, legi quondam, ni fallor, in Epist. *Mureti*, de puero, qui aliquot centena vocabulorum, peregrina, cujuscunque linguae, vel nihil etiam significantis,

semel audita potuerit recitare eodem ordine, dein retro, denique per saltus, ut tertium, sextum, nonum, et quomodocunque jusseris. De arte autem mnemonica, de qua *Lamb. Th. Schenkelius* ac *Buno* in Idea hist. universalis aliique egere, nihil addam, quia ad delirium sectatores suos adegit. REITZ. Ergone fieri potuit, ut *Reitzius*, etsi bis a *Solano* monitus, tamen ab *Oleario*, nisi fallor, *Philostrati* commentatore, seductus, hunc Hippiam, Luciani aequalem, cum Platonico confuderit? LENM.

Ead. l. 14. "*Ον παραλαβὼν κατὰ θάτερα εἰς ὑπερβολὴν ταπεινὸν*) Reddunt interpretes, *quem ex utraque parte mirum in modum humilem accipiens*, ut apparet, non animadvertentes, quemadmodum ipsi evertant prorsus hanc suam narrationem. Si enim fuit talis, hoc est, ex utraque parte humilis, quomodo fuit acclivis? Utique sic debuisset addere auctor, acclivem fuisse in medio. Sed clarius se destruunt per ea, quae mox sequuntur, cum statuunt eum locum talem fuisse alteri aequatum. Cui illi alteri? an loco? non certe, nec enim plures loci agnoscuntur, sed unius modo facies describitur. Quid quod in fine hujus ipsius paginae *ἑκατέρωθεν* interpretantur *ex utraque parte*, et recte. Nempe *κατὰ θάτερα* est in alteram partem. Nactus locum ab uno latere perquam humilem ac declivem, eum alteri lateri aequavit aggerando. In sequentibus Latine reddendis difficilior ratio est. Dicit *Lucianus* ample satis, *κρηπῖδα μὲν βεβαιοτάτην ἅπαντι τῷ ἔργῳ βαλλόμενος, καὶ θεμελίων θέσει τὴν τῶν ἐπιτιθεμένων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος.* Id describendi genus cum Salmurii proximum tautologiae existimaretur, vide qui compegerit et contraxerit sua, *posito operi firmissimo fundamento, quo superstructi aedificii certitudinem confirmaret.* At religiosior in his *Obsopoeus* aequare voluit Graeca, *firmamentumque munitissimum omni futuro operi subjiciens, fundamentorum positione substruendi aedificii certitudinem confirmavit.* Sed nos liquido et merito censemus hos floccifaciendos. Locus hic balneis fabricandis electus videtur fuisse prope rivum aut fontem, ad quem spectans alterum latus fuit declive, ut solet. Hunc locum adeptus Hippias planavit, *crepidinem* (vel marginem ripae, qui extollendus erat) *quidem firmissimam omni operi ponens, et fundamentorum positione stabiliens securitatem imponendae aedificationis.* Crepidinis firmitas vel maxime requirebatur, ne deinde pressa ventrem faceret, et extrinsecus paulatim cedens ruinam toti operi afferret. GRON.

Pag. 285. l. 14. *Θάτερα — θ.*) Alterum alteri aequavit: SOLAN.

Pag. 286. l. 1. *Ὑψεσι — κρατυνάμενος*) Et haec insititia videntur. GUYET. Non accipio haec de tectorum fastigiis; de quibus si hic diceret, importunus mihi videretur: sed de montium jugis circumpositis, quae portu quasi quodam facto tutum a ventis undique praestarent balneum. Laudatur hic prudentia Hippiae in eligendo loco, et, quatenus opus erat, accommodando. GESN. Adscripserat *Solan.* conferend. *Διν.* p. 236. id est, *Δικαστηρ.* s. Bis Accus. c. 33. Ibi vero legas, *κατὰ τὴν ἀψίδα πετόμενον*· quod non video quid huc faciat, nec quidquam juvare ad emendationem arbitror, nisi pro *ἀποτόμοις* quoque aliud adjectivum substitueris. Nam etsi *ὕψεσι — κρατυνάμενος* non intelligo, et *ἀψίσι* hac ratione melius conveniret, non tamen adsequor, quid *ἀποτόμοις*, proprium celsi ac praerupti epitheton tum faciat. Quare in *Gesneri* expositione acquiescemus, donec meliores Codd. nacti verum apertius videamus. At si, quod jam suspicor, *ἀψίδες*, substructiones, sive murorum projectiones, magnis aedificiis sustinendis extrorsum adjectae, quas *contreforten* appellamus, significent, belle procedet *ἀψίσι ἀποτόμοις*. REITZ. *Ἀψῖσι*, sic enim scribendum, placuit etiam *Wielandio*, quamquam monenti, ne sic quidem satisfacere ipsi locum; cujus quidem rei caussam in eo dicit quaerendam esse, quod Lucianus describat rem, cujus non satis fuerit peritus. *Belinus*, servata lectione vulgari, recedens a *Gesneri* interpretatione, quam intelligere se negat, sub *ὕψεσι πάνυ ἀποτόμοις* intelligit *pilas transversarias*, des *éperons* que l'on applique aux murs de terrasse. Mihi quidem non liquet. Hoc autem certum habeo, omnino verba *ὕψεσι — κρατυνάμενος* non esse cum *Guyeto* pro insititiis habenda. LEHM.

Ead. l. 5. *Πυλῶν μὲν ὑψηλὸς*) Consuetudo fere et sensus communis virorum insignium tutos ab reprehensione facit hos interpretes, dum *πυλῶνα* vertunt *vestibulum*: ita ubique id fieri deprehendo. Sed quae similitudo Graeci *πυλῶνος* ad Romanum vestibulum? et maxime hujus, qui dicitur fuisse *ὑψηλὸς*, et *ἀναβάσεις ἔχων*, et *ὕπτιος μᾶλλον ἢ ὄρθιος*, quae omnia ab Romano vestibulo sunt alienissima. Res ipsa clamat. Sequentia sic distinguenda sunt: *ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων (βαλανείῳ δ' οὖν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα) χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις*. Et verte: *ad laevam vero conclavium ad delicias comparatorum (quippe et haec balneo aptissima) venusti et multa luce fulgentes recessus.* Vulgo enim vides arenas sine calce. Et sicut nunc *οἰκήματα* non vertimus *aediculas*, (ut inepte interpretes, et jam alibi monere debuimus) sed *conclavia*, sic quoque *οἶκος*, quae vox frequenter ab Luciano in hac descri-

ptione usurpatur, non *domus* aut *habitatio* verti debuit, (et quaeso quot ab illis domus hic supponuntur? sed cubiculum aut conclave, aut *oecos*, ut eam vocem in ista significatione propriam sibi vindicarunt Latini architecti, quod et ipsum passim non observatur. Denique cum dicit εἰκόνες λίθου λευκοῦ, utique non sufficit, si cum Salmuriensi reddas *marmoreae imagines*, (an credidit, marmor non esse nisi candidum?) sed potius cum *Obsopoeo*, *ex albo lapide*. GRON.

Ead. l. 7. *Εἰσιόντα δὲ τοῦτο*) Intellige ἄνθρωπον. Ἄνθρωπον εἰσιόντα τοῦτον τὸν πυλῶνα ἐκδέχεται οἶκος etc. GUYET.

Ead. l. 8. *Οἶκος*) *Oecos Plinius* etiam et *Vitruvius* vocant. Vid. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. p. 224. SOLAN.

Ead. l 9. *Ἐν ἀριστερᾷ δὲ*) Oecus ille, (vid. Noster περὶ τοῦ οἴκου) atrium illud magnum et commune, ita constitutum est, ut sinistrum sit conclavium, sive, quod eodem redit, ad dextram ingredientium per vestibulum habeat conclavia illa voluptuaria. De his conclavibus primo dicit auctor, ea decere balneum, deinde laudat a jucunditate et multa luce. Nempe eadem sunt, nisi fallor, οἰκηματία et ὑποχωρήσεις, quae non recte distinxit doctissimus *Gronovius*, bene alioqui de hoc loco meritus. GESN. Satisfecit mihi omnino *Gesnerus*, nisi quod in vocabulo πυλῶν reddendo non obsecutus, quem jure laudat, *Gronovio* usus est voce *vestibulum*, minus profecto illa ab h. l. aliena. Vid. omnino quae de hac voce dixi Tom. III. p. 400. sq. LEHM.

Ead. l. 9. *Τῶν ἐς*) Aut hic aliquid deest, aut legendum τὰ ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένα οἰκήματα. GUYET. Adsentior *Guyeto*, aut ex praemisso iterum intelligendum ἔχων διατριβήν, quo facto, vulgatum nondum rejicio, meliorem tamen lectionem quaero, quia διατριβὴ non satis convenit alteri huic membro. REITZ. Audi *Gesnerum*. LEHM.

Pag. 287. l. 2. *Τῆς ἀρχαίας ἐργ.*) Sic supr. Rhet. Praec. c. 9. SOLAN.

Ead. l. 3. *Εἰσελθόντας δὲ ὑποδέχεται*) Cum videatur non continuare descriptionem oeci, in quo adhuc versatus est, sed ad novum membrum transire; velim legeretur in libro bono ἐξελθόντας. *Exeuntes* ex oeco adhuc descripto *excipit* etc. Si hoc non placeat, certe εἰσελθόντας significare debet, *progressos* ad interiora: et hoc secuti sumus. GESN. Nihil varietatis invenio: nam si ἐξελθ— reperirem, lubentissime id cum *Gesnero* reciperem; quod enim paullo ante dixit εἰσιόντα δὲ τοῦτον ἐκδέχεται, alia ratio est. REITZ.

Ead. l. 9. *Ἐπὶ τούτῳ*) *Supra hanc. Post.* GUYET. I. e. *Benedictus* dederat, *supra hanc*, quod *Noster* recte corrigit,

post hanc, sive quae deinceps sequitur. Nam *ἐπὶ* cum casu dandi saepissime *τὸ* sequens notare qui nescit, adeat *Homer.* Il. H, 163. — 64. 65. ubi vel quater ita positum est, *Τῷ δ' ἔπι Τυδείδης ὦρτο — Τοῖσι δ' ἔπ' Αἴαντες — Τοῖσι δ' ἔπ' Ἰδομενεύς* · — et 367. *Τοῖσι δ' ἔπ' Εὐρύπυλος* — addatque notata ad Nostri Asin. c. 11. REITZ.

Ead. l. 11. *Ἐγκυλίσασθαι*) Non jacebant tantum nudi, sed et volutabantur. Nunc etiam in oriente a balnei ministro artus fricantur, extenduntur, premuntur, et quassantur. Quod ab eruditiss. Syro Theochari Dadichi, nunc Hagae comitum (ann. MDCCXXII. desinente) sitim orbis visendi explente; a quo viro aliquando, si Deus vitam et post labores tot itinerum studiorumque exantlatos requiem concesserit, magna orbi literato et curiosa exspectanda sunt, quibus et veterum scriptis lux magna accedat, et artes historiaque recentiorum seculorum excolantur. SOLAN.

Ead. l. 13. *Νομάδι λίθῳ διακεκολλημένος*) Sic vertit *Obsopoeus: Nomadio lapide coagmentatus.* De Nomade lapide in Latinis auctoribus nihil legi. *Numidico lapide* debebat, credo, vertere; nam Numidae dicuntur Graece *Νομάδες*. Tum *διακεκολλημένος* male vertitur *exstructus;* melius, si *incrustatus* dixisset. PALM.

Ead. l. 15. *Πυέλους*) Conf. supra Ver. Hist. II. c. 11. f. SOLAN.

Pag. 288. l. 6. *Ἀρχομένους ἔργου*) *Pindar.* Ol. VI, 4. SOLAN. Ubi in Ed. *Steph.* lego — *ἀρχομένου δ' ἔργου* etc. quod idcirco addo, ut adpareat, non male marg. *A. W.* habere *ἀρχομένου*, modo jam addas *δ'*, ex quo male picto, in *Luciani* quodam Codice, vulgatum *ἀρχομένους* forsan est natum. Nec alienum est *ἀρχομένου* sic absolute poni, ut *ἄρχεται ἐνιαυτὸς, annus incipitur*, vel *incipit se.* Vel *ἀπὸ νυκτὸς ἀρχομένης, ab incipiente usque nocte*, sive *prima de nocte*, ut (monente *Steph.*) interpretatur *Cicero.* Cui addo *Theogn.* v. 586. *Ποῖ σχήσειν μέλλει, πρήγματος ἀρχομένου.* Sed quia accusandi casus ad *χρὴ* relatus, non est absurdus, nihil sine auctoritate Lucianeorum Codicum immutarim. REITZ.

Ead. l. 7. *Τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τῆς αὐτῆς μάλιστα*) Cur sic potissimum loquatur auctor, et non maluerit *ἐκ τοῦ αὐτοῦ*, plane non capio, cum nihil vel praecedat, vel sequatur, unde istud femininum dependeat. Sed est vitium, legendumque *ἐκ τῆς αὐτῆς*, orto errore, ut videtur, ex Codice majusculis literis scripto, et illic confuso charactere *T* et *Γ*. GRON. Ubi legitur, *τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τῆς αὐτῆς μάλιστα, καὶ τοῦ φόγγους*, sagacissime pro *αὐτῆς* vidit *Gronovius* corrigendum esse

αὐγῆς. Utique *αὐγῆς* clare habet Ed. *Fl.* Sequitur continuo, *καὶ τῶν φωθαγωγῶν*· corrige *φωταγωγῶν*, ut itidem recte *Flor.* Post paullo, *τὸν μὲν ψυχροδόχον οἶκον, εἰς βορὰν προκεχωρηκότα ἐποίησεν*, repone *βορέαν*, (vel *βορρᾶν*, siquidem et *βορρᾶς* dicitur) *fecit conclave frigori excipiendo aptum, in boream spectans.* Quod hic *εἰς βορέαν προχωρεῖν*, id infra in De Syria Dea c. 28. *ἐς ἄνεμον βορέην ἀποκεκρῖσθαι* dicitur. JENS.

Ibid. Τῆς αὐτῆς) Lege *τῆς αὐγῆς*. GUYET.

Ead. l. 8. *Φωταγωγῶν*) Quod *Jens.* monet sic scribendum, id praeter *Fl.* etiam recte habebat *J. Hag. Par.* aliaeque. REITZ.

Ead. l. 10. *Βορέαν*) *Jens.* Prave antea in omnibus *βορὰν* legebatur. SOLAN. Non potui, quin hoc invitis Edd. mutarem. *Βορὰ* enim *esca* est. *Long.* Past. II. pag. 74. *ἀλλ' ὑμᾶς βορὰν ἰχθύων θήσω.* Vel *opsonia*, ut vertit *Hemsterh.* Tim. cap. 8. med. REITZ.

Ibid. Οὐκ ἄμοιρον οὐδὲ τοῦ μεσημβρ.) Ut nempe non quiescens aër esset, sed copiose a Septentrionibus adfluens, angustum versus meridiem exitum haberet, eaque ratione ventilatus esset salubrior. GESN.

Pag. 289. l. 9. *Ἀμφόδων*) *Fl.* Ed. et Schol. *ἀφόδων.* Mox L. et *B.* 2. *δυσὶν* pro corrupto ceterorum *δυσσὶν*. SOLAN. *Ἀφόδων μὲν ἀναγκαίων*) Non tam Scholiastae auctoritas me movet, quamquam illa quoque, ut legendum sine dubio putem *ἀφόδων μὲν ἀναγκαίων δυσὶν ἀναχωρήσεσιν*· quam attentior loci ipsius atque rei consideratio. *Bivium*, quod adhuc dederunt, plane *ἀπροσδιόνυσον*. *Circuitus* forte possit applicari ad balneum: sed repugnat, quod *ἀναγκαῖαι* vocantur, quod *ἀναχωρήσεις*. Architecti laus non minima (*Cic.* de nat. Deor. II, 56.) *avertere ab oculis et naribus dominorum ea, quae profluentia necessario tetri aliquid essent habitura.* Sed res est manifesta, et quae subolere unicuique potest. Nec minus *δυσὶν* legendum esse, non *δυσσὶν*, quod libros occupavit. GESN. Ego cum Schol. *ἀφόδων* legendum censeo, qui recte de secessibus ad exonerandam alvum interpretatur, idque suadet additum *ἀναγκαίων*· quo, tanquam honestiore vocabulo, significari solere alvi dejectionem, notum arbitror ex *Epict.* Sent. 88. p. 134. *καί τι τῶν ἀναγκαίων ποιήσαντα, ἀπονίζειν ἐκεῖνα τὰ μέρη.* Adde *Diod. Sic.* IV. p. 297. pr. *χρεία ἀναγκαία*, ubi *Wess.* et illa *Epicteti* addidit. REITZ.

Ead. l. 10. *Ἐξόδοις τε πολλαῖς τεθυρωμένον*) Non notant haec verba, ut credidit *Benedictus*, *multis januarum egressibus munitum*, (et quaeso, quid est *muniri egressibus januarum*

rum? sed ut recte *Obsopoeus*, *multarumque januarum egressibus patens*. GRON.

Ead. l. 10. *Τεθυρωμένον*) *Pervium*. GUYET. Bene; nam *θυρόω* est *januam* vel *januas facio*. *Aristoph.* Av. 614. — *οὐδὲ θυρῶσαι χρυσαῖσι θύραις*. REITZ.

Ibid. *Ὁρῶν*) Corrige *ὡρῶν* GUYET. Idem *Jens.* quoque monet in Lectt. Lucian. p. 362. Et vel sine librorum auctoritate sic edi curassem, adeo res est manifesta. REITZ. *Ὡρῶν — μυχήματος*) Non igitur simplex clepsydra hic indicatur, sed operosior et magis artificiosa machinatio Ctesibiana, de quo genere *Vitruvius* IX, 9. ubi inter *multa deliciarum genera etiam horologiorum ex aqua comparationes* memorat, in quibus praeter caetera etiam *buccinae canunt*, qui est ipse *μυχηθμός*, bubulae vocis imitatio. GESN.

Ead. l. 11. *Δι' ὕδατος καὶ μυχήματος*) Qua ratione haec horologia aquatica fuerint constructa, ut murmure ac sonitu simul horas indicarent, adcurate exponere nequeo, nec festinatio sinit addere, aut examinare, quae super his adnotavi. Quare videat curiosus lector *Pancirol.* memorab. ab *H. Salmuth* conversa, T. 2. Tit. X. de *horologiis*, figurasque clepsydrarum antiquarum ap. *Peraltium* in Vitruv. Gallico. Item *Casaub.* ad *Athen.* IV. c. 17. pag. 294. *Philip. Carol.* animadv. 2. in *A. Gell.* III. c. 3. *Salmas.* ad *Solin.* a p. 447. ad 458. atque alibi; aliosque, quos indicat *Pinellus* in additamentis T. IX. Thesauri *Graev.* insertis p. 514. f. et seq. De horolog. Solari Romae in foro, *Memoir.* de *Literat.* T. II. pag. 271. ac *Bargaeum* de obeliscis, Thes. *Graev.* T. IV. p. 1905. et potissimum p. 1922. Et interpretes *Petron.* ad Sat. 26. fin. et 71. fin. Ut alios omittam. Sonitum etiam excitatum fuisse a calculo singulis horis in pelvim decidente, cum *Pancirollo* Tit. X. de horologiis, probabile credo. REITZ.

Pag. 290. l. 1. *Εἰ δὲ θεὸς παράσχοι* etc.) *Si les Dieux vous accordent jamais la faveur de vous y baigner*, vertit *Belinus*, intellecto *ὑμῖν* post *παράσχοι*· rectius quam *Gesnerus*, qui — *ut lavare quandoque hic possim*. BIP. Temerariam hanc *Gesneri* interpretationem temere *Wielandius* secutus, non est veritus ipsum Lucianum cum hac male capta sententia risui exponere. At in *παράσχοι* nec *μοι*, nec cum *Belino ὑμῖν*, ita cogitandum, ut excludantur alii omnes. Sed omnino accipienda sententia de omnibus, quibus haec copia quandoque dari possit. *Θεὸς παρέχει λούσασθαι* est: *per deum licet jam lavari, copia jam est lavacro utendi*. Sic fere etiam *Fritzsch.* Quaestst. p. 200. sq. quamquam paullo confusius disserens, hanc rem proponit. LEHM.

Ead. l. 2. *Πολλοὺς καὶ ἄλλους*) Male posteriora in *Fl.* esse omissa, testatur *Luciani* consuetudo. Conf. supra Philops. c. 19. ubi et *καὶ* ante *ἄλλο*. *Τί οὖν καὶ ἄλλο ποιοῦντα ὁρᾶτε;* sed *πολλοὺς καὶ ἄλλους*, plane uti hic, in Rhet. Praec. cap. 11. ipso init. ac saepe alibi. Item in Tab. *Cebet.* statim in pr. *ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωροῦμεν.* Reitz.

IN BACCHUM.

Pag. 291. l. 14. *Ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς*) Etsi *περὶ*, quod *Solan.* vult, usitatius, tamen *ὑπὲρ* verum credo, quod reliquorum *ὑπὸ* idem suadeat, et *περὶ* longius a literarum ductu recedit, quod potius cum *παρὰ* confundi amat. Sed recte *ὑπὲρ* pro *περὶ* usurpari, adeoque et hoc nomine nihil opus esse correctione, vid. supra dicta ad Gall. c. 18. med. Quin et *Homer. ὑπὲρ* cum accus. pro *περὶ*, Iliad. Z, 524. — *Οὐθ' ὑπὲρ σέθεν αἴσχε' ἀκούω, quando de te probra audio.* Sed praeter exempla ad Gall. l. d. adlegata, non longe quoque abit hoc *Epicteti* p. 149. Ed. Rel. *ἄμεινον ὑπὲρ ὑμῶν βεβούλευται*, quod etsi *super nobis consuluit* recte ad verbum reddas, tamen revera *ὑπὲρ* in talibus significat, id quod ad nos spectat, et ita eund. sensum haec Luciani admittunt. Reitz. Infra c. 5. *ὅ, τι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ.* Verum res non potest amplius incerta esse. Lehm.

Pag. 292. l. 2. *Ἀσίδηρα*) Contra *Diod. Sicul.* III. c. 64. sit, ferrum latuisse sub hedera. Sed quis in hujusmodi fabulis consensum requirat? Reitz.

Ead. l. 4. *Ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον*) Interpositio (*ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον καὶ τὰ τύμπανα.*) Marcil.

Ead. l. 5. *Νεανίσκους*) *Τοὺς Σατύρους, Satyros.* Guyet.

Ead. l. 6. *Οὐρὰς ἔχοντας κεράστας*) *Οὐρὰς ἔχοντας καὶ κέρατα.* Marcil. In L. *καὶ κέρατα*, uti volebat vir clarissimus; sed ego vulgatam genuinam puto: sic enim iterum infra Conc. Deor. cap. 4. f. de iisdem Satyris, *κεράσται οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα ὑποφύεται.* Sic autem loqui amat Noster. Vide De Dips. c. 3. *ὑμενόπτερον δὲ, οἷα ταῖς — νυκτερίσι τὰ πτερά.* Solan. Vereor, ut vera sit, quam *Marcilius* hic, ex librone, an ex ingenio? profert, lectio, *καὶ κέρατα* et ob id ipsum vereor, quia nimis facilis est, quam nemo librarius in alteram, quae libros obtinet, mutaturus fuerat. *Κεράστας* jungendum cum accusativis reliquis: *οἷα* per synesin, s. syllepsin dicere malis, aut ellipsin adeo, (omnia enim ista nomina huic figurae accommodari videas) refertur

ad *κέρατα*, quae in *παράσας* latent: id qui concoquere non poterant, mutationem susceperunt. Gesn. Optime judicat *Gesnerus*, sanum esse vulgatum; tacite enim respicitur ad *κέρατα* intellectum, qualibus gaudent Graeci pariter ac Latini. *Cic.* vel durius ad Fam. XII, 1. *Ut ego quidem et urbi et otio diffiderem urbano; sed ita* COMPRESSA EST, *ut videamur — tuti futuri.* Ubi post *compressa est* intelligitur turba vel seditio, cujus tamen nulla praecessit nec sequitur expressa mentio. *Philostr.* I. XXV. pag. 536. pr. *Πατρὶς Ἡράκλεια — ἐπαινοῦντες. Noster* Tim. c. 9. ad *Ἀττικὴν* refert *αὐτοῖς*. Adde *Hemst.* ad Nigr. c. 1. pr. Nos ad 2. Ver. Hist. c. 37. ubi *πλοῖα κολοκύνθινα* sequente *αὐτήν*. Pro Imag. c. 9. Et *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I, 93. No. 4. et XI, 25. No. 65. Ac mirare *Stephanum* et *Rhodom.* talia corrigentes. Reitz. Cf. ad Hermot. c. 45. Tom. IV. p. 429. sq. Lehm.

Ead. l. 10. *Μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον ἐν πορφυρίδι*) Fieri non potuit, quin, dum haec sic junguntur ab interpretibus, in iis intelligendis errarent. Et tamen quam ingeniose ista verterunt, *mitra purpurea comam revinctum?* Sed duo praedicantur ab auctore, cujus verba sic distingue, *ἀναδεδεμένον, ἐν πορφυρίδι*, et verte *mitra comam revinctum, purpurea in veste.* Gron.

Ead. l. 11. *Ἐν πορφυρίδι*) Interpres: *mitra purpurea comam revinctum.* Verte: *in veste purpurea et aureo cothurno.* Guyet.

Ead. l. 12. *Βραχὺν πρεσβύτην*) Sileni imaginem et descriptiones persequitur, neque hoc loco praetermisso, *Perizonius* ad *Aelian.* V. H. 3, 18. Gesn. Ne suspicere, *τραχὺν* melius esse, quod barbatus senex intelligatur; nam id paullo post sequitur. Et quis demum ignorat, brevitatem corporis in bello contemtui haberi solitam, qui *Tacitum, Curtium* ac *Caesarem* legerit? quare unum hoc tantum ex *Caes.* 2. B. Gall. c. 30. adferam: *quibus viribus, praesertim homines tantulae staturae, (nam plerisque hominibus Gallis, prae magnitudine corporum suorum*, brevitas *nostra contemtui est). tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent?* Ubi et Graecus interpres priora reddidit, *ἄλλως τε βραχύτατοι ἄνδρες*. Sic *τεῖχος βραχὺ Thucyd.* VII. c. 29. Reitz.

Ead. l. 12. *Πρεσβύτην*) *Σειληνόν.* Guyet.

Ibid. *Ὦτα μεγάλα* etc.) Cauda non instruxit hunc Bacchi nutritorem *Lucianus*, quod tamen facit *Diod. Sic.* III. cap. 71. ubi id observat *Wess.* eumque rarius conspici in nummis et gemmis ait. Sed si hoc tanti est, adderem, conspici in marmoribus. At cum plurimum asino insideat, cauda non adparet.

Ceterum formae Sileni, Panis, ac Satyrorum, descriptionem vid. etiam infra Deor. Conc. c. 4. et 5. Et supra Deor. Dial. XXII. Reitz.

Pag. 293. l. 2. *Ἀπιθανὸν*) In omnibus libris nostris antea legebatur *πιθανὸν*, nullo aut absurdo sensu. Certissima est emendatio haec nostra: nihil enim tali legato *absurdius*. Solan. *Πιθανὸν*) Lubens dedissem *ἀπιθανὸν*, si ullus Cod. aut Ed. praeiret. Jam potest ironice intelligi, etsi paullo aegrius ita accipiam, quia primarium ducem aperte contemtum inducit, adeoque et alterum serio despectum proponi verisimile est. Reitz. Quid igitur impedit, quo minus intelligas *probabilem*, *dignum*, *congruum*, *convenientem* summi ducis, qualem jam novimus, personae ducem inferiorem? Et sic *Belinus*. Lehm.

Ibid. *Ἕτερον δὲ*) *Τὸν Πᾶνα*. Guyet.

Ibid. *Τριάσιον ἄνθρωπον*) Sic infra Conc. Deor. c. 5. *γελοίους θεοὺς καὶ τριασίους*. Solan.

Ead. l. 4. *Κέρατα*) Cornua Pani ab antiquis afficta putat *Polyaenus*, quia is cornuum in exercitu inventor, Strat. I. pag. 9. Solan. De Baccho cornuto vid. *Diod. Sic.* I. III. aliquoties. Reitz.

Ibid. *Ὀργίλον*) Sic de eodem Pane *Theocr.* I, 17. *ἐντέγε πικρὸς, Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται*. Gesn.

Ead. l. 8. *Ἐοῖ — δεσπότην*) Omissa viris summis *Bochartо* atque *Huetio* observatio, quam aeque facile ipsis fuisset exornare, ac reliquas conjecturas, quas proponunt, ille in Canaan I, 18. hic Demonstr. Evang. Prop. 4, 4, 3. Nempe ipsum nomen יהוה hic latere dicerent, tetragrammatum et ipsum, solis vocalibus et spiritibus constans, cui respondet apud septuaginta interpretes *κύριος*. Qui diviserunt hanc vocem, et *εὖ οἶ*, vel *εὖ οἰ*, scripsere, quod factum video in editis, qui mihi patent, omnibus; illi votum forte, *Bene illi!* interpretati sunt, qua ratione cum nobili illo הושיעה — conveniret, quod in Judaica illa thyrsophoria (*Βακχεῖον* et hanc vocat *Plutarchus* Sympos. 4, 5.) ingeminatum novimus. Gesn. *Εὖ οἱ*) Vid. *Redi* in notis ad Dithyramb. p. 17. la Croze. Junctim h. l. haud dubie scribendum erat *εὐοῖ*, non, ut vulgo factum, disjunctim *εὖ οἱ*, aut utcunque malis, quia de *nomine* imperatoris cogitaverant Indi, quod ita esse non posset, si faustam haberemus acclamationem duarum vocum. Lehm.

Ibid. *Τοῦτο δ' εἰκάζειν καλεῖσθαι αὐτῶν τὸν δεσπότην*) Miror, cur vertant, *quo nomine earum dominum vocari conjicio*, cum non moneat vel jubeat auctor, sed narret, speculatores conjicere ita vocari earum dominum. Gron.

Ead. l. 14. *Ἀλλ' εἶπεν*) *Ἀλλ' ἦπερ*. Guyet. Imo *εἶπερ*.

Et εἶπερ ἄρα est celebris illa ellipsis, quam bene h. l. in interpretatione explevit *Gesnerus*. LEHM.

Ead. l. 13. *Θηλύμιτρον*) Hinc emendandus *Suidas*, apud quem suo ordine *θηλύμιτρος* leg. pro *θηλύμητρος*. Conf. Conc. Deor. c. 4. SOLAN. Mitram ut effeminatum quid rex Jarbas quoque exprobrat Aeneae ap. *Virg.* Aen. IV, 215. *Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu Maeonia mentum mitra subnixus.* — REITZ. In *Suida* pro vulg. *θηλύμητρις* non *θηλύμιτρις*, sed transpositis vocalibus *θηλυμίτρης*, corrigendum *Solani* enim vox, etsi h. l. confirmari videatur, mere est barbara. Cf. Varr. Lectt. LEHM.

Pag. 294. l. 9. *Ἐγχαλινώσαντες*) Absurda haec omnino; nec, cum haec scriberet, aut elephantem viderat, aut usum rationemve regendi fando audiverat. SOLAN.

Pag. 295. l. 5. *Τύμπανα ἐπαταγεῖτο*) Alibi *πλαταγεῖν* dicitur; vid. *Lampe* de cymbalis vett. c. 9. L. I. pag. 48. seqq. Sed alias non utebantur veteres tympanis in bello; verum quia adparatus est Bacchicus, etiam Bacchica instrumenta ad pugnam adhibentur, cymbalis enim ac tympanis in festo Cybeles et Bacchi utebantur: et sic *Terentius*, ridiculam aedium expugnationem describens, coquum cum peniculo etiam inducit. REITZ.

Ead. l. 7. *Τὸ Ὀρθιον*) Conf. supra notata ad Bis Accus. c. 11. ubi *Pell. τὸν ὄρθιον* volebat, quod *νόμον* intelligatur; sed quia et *μέλος* potest intelligi, et saepius neutro gen. ab *Nostro* ponitur *ὄρθιον*, nihil mutandum. REITZ.

Ead. l. 7. *Σειληνοῦ*) Quamquam haec ad risum movendum comparata leviore cura sint tractanda; vid. tamen *Plut.* 646, 2. *σαλπιγξιν οὐ χρῶντας τὸ παράπαν, ὡς ὄνῳ φθεγγομένους ἐμφερές.* SOLAN.

Pag. 296. l. 4. *Οἰόμενοι — ἀκούεσθαι*) Quae ista est connexio, *dum putant a nobis audiri ridicula, talia credunt?* quis, inquam, sic loquitur de una quadam re, *dum putant, credunt?* Corrupta haec esse, mihi non est dubium, ac lenissima mutatione unius prope apicis posse restitui, *ἀϊόμενοι, dum audiunt* ex aliis, ut illi Indi ex suis exploratoribus, *credunt*. Quae audiunt, ab invidis forte sparsa, iis nimis temere assentiuntur. Audacter recipi inter indubia Luciani verba suaderem, si praesto esset vel libri unius auctoritas, vel succurreret saltem, Lucianum aut alium bonum scriptorem verbo *ἄϊομαι*, pro *ἀΐω*, quod ipsum poëticum est, usum esse. Sed ideo non damno conjecturam; cum facile observationem eorum, qui Lexicis scribendis poliendisve operam dedere, et meam, qui pauca nimis adnotare consuevi, fugerit. Praesto etiam causa

est, ob quam verbo alio, quam ἀκούειν, usus esse potest Lucianus; quia statim sequitur ἀκούεσθαι. Ipsa deinde raritas verbi fecit, ut in οἰόμενος mutaretur. GESN. At nimia profecto haec est raritas, tanta adeo in Luciano, ut ipsum activum ἀΐω, quod facilius ferri possit, nonnisi in poëticis quibusdam locis, ab auctore insertis, occurrat. Ceterum minus *Gesnerus*, quam par erat, respexisse videtur discrimen verborum οἴεσθαι et πεπιστευκέναι, quod ejusmodi est, ut propter incertam nec omnino probam conjecturam non videatur vulgata lectio rejicienda esse. LEHM.

Ead. l. 6. Ἀκούεσθαι) Ego vulgatum servo; nec enim Florentina semper supra ceteras sapit, sed infra Musc. Enc. cap. 6. vel male, fatente ipso *Solano*, ἀποκρούεται habet, pro ἀποκρούεται. Nexus autem ipse satis docet, ἀκούεσθαι bene procedere. Sed οἰόμενος suspectum. REITZ. Ἀκούεσθαι vel propterea minus h. l. aptum, quod, ut e seqq. patet, comprehenduntur hac sententia etiam ii, qui deinceps commemorantur, qui scilicet plane non veniant audituri. LEHM.

Ead. l. 6. Οὐκ οἶδ' ὅτι δόξαν) Leviculum est mendum, cui similia jam in superioribus notavimus. Inde tamen factum, ut interpres quoque parem dederit versionem, hoc est, mendosam. Vertit ille, *nescio, quod ita illis de me visum esset.* Sed rescribendum οὐκ οἶδ' ὅ, τι etc. ac vertendum, *nescio, quid illis de me visum fuerit*; nescio, quid illi de me senserint, opinati sint. JENS.

Ead. l. 7. Οἱ μὲν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀφικνοῦνται) Interpretes, *alii ne principium quidem attingunt:* qui si esset Luciani sensus, saltem scripsisset ἐς τὴν ἀρχήν. Sed innuit, *alii omnino non veniunt.* Et sic rectius attenderunt in Fugitivis cap. 15. ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ τὸν ἔλεγχον δέχονται. Et in Symposio cap. 28. fin. ὥστε οὐδὲ τὴν ἀρχὴν πειρᾶσθαι ἠξίου. GRON.

Ead. l. 9. Καταβάντας ἀπὸ τῶν ἑλεφ.) Cum allusione ad Indos intelligit, superbo quodam fastidio quosdam venire nolle ad audiendas suas recitationes vel declamationes. GESN.

Ead. l. 11. Ἐπαινεῖν τολμῶσι) Non est hic sermo de laudibus ac plausu, sed simpliciter de audiendi studio. Videtur senex Lucianus forte ad primam fortunam Rhetoris, ex procuratore partis Aegypti, relapsus, (quod idem suadet proxima praefatio s. Hercules) denuo studia audientium hac praefatione excitare voluisse. Queritur, quosdam, audito, ludicra a se dici, plane non venire: alios, qui ludicra audiendi consilio veniant, seriis praeter spem turbatos, non audere... quid exspectamus? *laudarene* an *redire? Redire* profecto, nisi vehementer me fallit animus. Illud unum agit hic, ut inauditum

se contemni deprecetur. Legendum ergo pro *ἐπαινεῖν* levi discrimine *ἐπανιέναι*, vel *ἐπανεῖναι*. Infiniti enim circumflexi, quale esset *ἐπανιεῖν*, quod vix apice distaret ab *ἐπαινεῖν*, exemplum desidero. Certe sine fraude fuerit interpretationem dedisse, quae non ex *ἐπαινέω*, sed ex *ἐπάνειμι* tracta sit. Reditum hic peti, ex frequentiore reditu demum laudem sperari, sequentia satis declarant. GESN. Nec ego plane illud *ἐπαινεῖν* concoquo. Nihilominus *ἐπανιέναι* — hoc enim unum e tribus illis vocibus commendari aliquo jure potuit — pro certo aut probabilissimo omnium recipere dubitabam. LEHM.

Pag. 297. l. 6. *Οὐχ ἃ πρὸς τὸν Διόνυσον*) *Οὐκ ἀπροσδιόνυσον* hic omnino legendum videtur. GUYET. *Οὐκ ἀπροσδιόνυσον*, ita ut ego ante conjeceram, Cod. L et *Bas.* Reliquae corrupte *οὐχ ἃ πρὸς τὸν Διόνυσον.* SOLAN. *Οὐχ ἃ πρὸς τὸν Διόνυσον*) Miror, qui sustinere se ita diu potuerit tam absurda lectio et *ἀπροσδιόνυσος*. Ausim ego vel contra omnes libros restituere, quod vix dubito, quin in aliquo supersit, *ἀπροσδιόνυσον*. Verbum jam *Ciceronis* aetate, (vid. Att. 16, 13.) ne de *Athenaeo* dicamus, notam adagii habebat: hic unice convenit, cum quae *sequitur narratio, non minus*, quam quae praecessit, ad Bacchi comites et opera pertineat. GESN.

Ead. l. 7. *Οὐδ' ὧν ποιοῦμεν ἀλλότριον ἐν Ἰνδ.*) *Οὐδ' ὧν ποιοῦσιν ἀλ. ἐν Ἰνδ.* Patescit narratione sequenti. MARCIL.

Ibid. Ἐν Ἰνδοῖς) Conf. *Hemsterh.* ad Nigr. §. 5. ubi pauca quaedam de Bacchi expeditione ad Indos exorsus, plura hic dicere minabatur; sed quae ille vir futurus erat, ego non attingam. Potest interim curiosis adiri *Diod. Sic.* non uno loco. REITZ.

Ibid. Τοῖς Μαχλαίοις) Ignorabile nomen Geographis: non puto tamen a Nostro confictum. GESN.

Pag. 298. l. 9. *Τορὸν*) *Perçant.* GUYET. Conf. supra Gall. sub init. *διάτορον* eodem modo. REITZ.

Ead. l. 11. *Αὐτὸν*) Sic omnes libri. Recte olim legendum putabam *αὐτοῦ*· sed nunc ita alibi etiam a Nostro usurpari animadverto, ut in libris legitur. Vid. Jov. Trag. c. 17. SOLAN.

Ead. l. 13. *Νιφάδεσσι*) *Hom.* Il. *Γ*, 222. SOLAN.

Ead. l. 15. *Τετιγυῖᾶδές τε* etc.) *Hom.* Iliad. *Γ*, 151. SOLAN. Quales Ucalegon et Antenor *Homer.* Il. *Γ*, 151. *Ἀγορητὰ ἐσθλὸ τετίγεσαν ἐοικότες*, κ. τ. λ. GESN.

IN HERCULEM.

Pag. 300. l. 6. Ὄγμιον) Haec vox Graeca est, contra quam multi censent, ab ὄγμῳ *sulco*. Sic *Aelian.* V. H. IV, 8. p. 320. τὸ Ὦχον οἱ Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ὄνον ἐκάλουν. LA CROZE. *Coel. Rhodig.* L. VI. pag. 278. haec omnia ad verbum descripsit, addita hic illic de suo vocula. Pluraque de variis Herculis nominibus praemisit. REITZ. *Toupius* Opp. Critt. Tom. II. p. 263. Lips. maluit ὁμόγνιον, deum gentilitium atque adeo cognatum, bene refutatus a *Belino* in vers. Tom. IV. p. 241. LEHM.

Ead. l. 2. Εἶδος — γράφουσι) Hanc imaginem non ad solius vim eloquentiae, sed ad hanc, et ad rem militarem simul repraesentandam referunt auctores historiae literariae Galliae *Benedictini* I, 1. pag. 7. et commode huc referunt locum ex *Catonis* originum secundo, laudatum *Charisio* l. II. p. 181. extr. Putsch. *Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem, et argute loqui.* GESN.

Ead. l. 7. Πάντα μᾶλλον ἢ Ἡρ.) Sic supra Deor. Dial. XVIII, 1. καὶ ὅλως παντὶ μᾶλλον ἐοικὼς ἢ σοί. REITZ.

Ead. l. 9. Καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆπται τὴν τοῦ λέοντος) *Ut qui leonis exuviis sit indutus*, bene interpres. Nec rejicio hanc scripturam. Nam et sic alibi loquitur *Lucianus*. Non frustra tamen in antiquo Codice Ms. legitur ἐνεῖται. Nam sicut apud *Homerum* est εἶται *indutus est*, sic et ἐνεῖται hic accepit, si haec ejus manus est, *Lucianus*. Nam poëticis verbis saepe, sed suo loco, uti hunc scriptorem, nemini latet. GRAEV.

Pag. 301. l. 3. Ὅλως Ἡρακλῆς) *Junt.* καὶ ὅλως, Ἡρακλῆς ἐστι. At supra Dial. Mort. XVI. §. 1. ὅλως Ἡρακλῆς ἐστιν, et Necyom. 1. Μειράκους ὅλους. Adeoque ei hic suspicari liceret ὅλος scribendum. Sed adeo indifferens est, et utrumque sanum, ut, quidnam praeferendum, non liqueat. *Liban.* Epist. 113. pr. χαίρει γὰρ οὗτος καλούμενος, pro οὕτω, quod non prorsus immerito ibi malit *Wolf.* Sed notum est, modo adjectivis, modo adverbiis uti Graecos aeque ac Latinos, in hujusmodi locutt. Sic infra Adv. Indoct. cap. 9. ὅλος περιλαμπόμενος, ubi multae Edd. ὅλως. Adde supra Philops. cap. 6. ubi πεφυλαγμένως pro πεφυλαγμένος, si proba lectio; qua occasione tamen plura dedimus. Sed potius adi Hermot. §. 2. ubi similiter in ὅλος et ὅλως variatur, et utrumque probum esse *Jensius* docet. REITZ.

Ead. l. 4. Ἑλληνίων) Miror, nullam Ed. habere Ἑλληνικῶν, non quod sic velim, sed quia facilis est aberratio. At

vulgatum recte habet. *Aelian.* V. H. XII. 1. ante med. *Θεοὺς πάντας ἐκάλει Ἕλληνίους καὶ Ἐλευθερίους τοὺς αὐτούς·* atque alibi; quare plura non addam, nisi quod et *Ἑλλάνιος Ζεὺς* erat. V. *Aristoph.* Eq. 1250. REITZ.

Pag. 302. l. 7. *Ταῖς σειραῖς*) Obscura constructionis ratio, propter quam aliquando optabam legi *τῆς σειρᾶς*. Sed plurali numero ante extulit: et potest dativus hic intelligi positus pro genitivo. Certe non opus esse putabam, interpretationem ad hanc difficultatem accommodari. GESN.

Pag. 303. l. 5. *Λόγος ἐν γήρᾳ*) Huc facit locus *Plutarchi*, laudatus a *Belino*, (imo *Toupio* l. l.). *Προϊὼν γε τῷ χρόνῳ ὁ Ἡρακλῆς ἔοικε μαντικώτατος ὁμοῦ καὶ διαλεκτικώτατος. Plut.* EI apud Delph. Opp. T. VII. p. 522. Ed. *Reisk.* BIP.

Ead. l. 6. *Ὅττι μὲν* etc.) *Homer.* Il, *Γ*, 108. SOLAN.

Ead. l. 8. *Τὸ δὲ γῆρας ἔχει*) *Eurip.* Phoen. 533. SOLAN. Immo si *τὸ δὲ γῆρας* absolveris, quod male in unum versum compactum est in *Par.* in aliis plane non distinctum; tum senarius erit Euripideus, ut jam edi curavimus. REITZ.

Ead. l. 10. *Νέστορος — γλώττης*) *Hom.* Il. A, 249. Et quod sequitur vid. *Γ*, 152. SOLAN.

Ead. l. 11. *Λειριόεσσαν*) Respicit ad Il. *Γ*, 152. ubi, quod ad finem praecedentis opusculi jam vidimus, laudantur Ucalegon et Antenor senes, comparanturque cicadis, *οἵ τε καθ' ὕλην Δένδρῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἰεῖσι.* Proxime itaque cicadis tribuit *λειριόεσσαν* vocem. Non puto autem, generatim *ἄνθος* esse *λείριον*, sed, ut recte hic *Eustathius*, *εἶδος ἄνθους*, et speciatim *lilium*. GESN.

Pag. 304. l. 1. *Ταύτῃ*) I. e. *hac parte*, scil. *τῇ γλώττῃ*. GUYET

Ead. l. 3. *Τοῖς γὰρ λάλοις*) *Τοῖς γὰρ λάλοισιν ἐξ ἄκρου Ἡ γλ.* etc. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. 203. SOLAN. Facile suis pedibus restitues laborantes versiculos, si ita legas — *τοῖς γὰρ λάλοισιν ἐξ ἄκρου Ἡ γλῶττα πᾶσιν ἐστὶ τετρυπημένη.* GESN.

Ead. l. 4. *Ἡ γλῶττα — τετρυπημένη*) Senarius cum dimidio, sic forte legendus:

Τοῖς λάλοις
Γὰρ ἐξ ἄκρου
Ἡ γλῶσσα πᾶσίν ἐστι τετρυπημένη. GUYET.

Ead. l. 10. *Παρόδου*) Conf. supra Alex. c. 48. *εὐδοκιμοῦντα πάροδον.* SOLAN. *Πάροδον* etiam esse *aditum*, vid. *Diod. Sic.* III. c. 20. et XI. c. 12. pr. REITZ.

Ead. l. 17. *Ἐπιπλήξει*) Non ausim damnare hic futurum indicativi: sed melius cohaeret cum superioribus, et verbo *δόξαιμι*, aoristus optativi *ἐπιπλήξαι*. Versus ex Il. *Θ*, 103. seq.

laudasse videtur ex memoria: prioris enim hemistichium posterius apud *Homerum* ita se habet, *χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει*. Usus sum horum versiculorum versione *Obsopoeiana*, qua meliorem a me dari posse desperabam. GESN.

Pag. 305. l. 1. *Συὶ δὲ βίη λέλυται* etc.) *Hom.* Il. Θ, 103. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ἐς τοὺς πόδας*) *Ἐς τὰς πολιὰς* emendabat *Belinus*, vertendo, *pour railler mes cheveux blancs*. BIP.

Ead. l. 9. *Εἰσιδών με*) An *εἰσιδών μου ὑποπόλιον γένειον*. Vel sic potius, *εἰσιδών με ὑποπόλιον*, ita ut *τὸ γένειον*, quod glossema videtur, ejiciatur. Sed *ἐπέχω*. Lectio certe vulgata non placet. GUYET. Si *τὸ γένειον* legeretur, forsan non quaesisset mutationem *Guyetus*, planior enim foret sententia, *κατὰ* intelligi. Verum anne eod. modo construi poterit absente articulo? quem tamen facile admitterem, si alicubi invenirem. REITZ.

Ead. l. 9. *Χρυσοφαέννων*) Senarius ex *Anacreonte* aut alio quodam poëta. *Χρυσῷ φαεννῶν εἰ βεβούληται πτερῶν*. Sed a *Luciano* interpolatus videtur. GUYET. *Anacreontis* esse satis indicat, cum Tejum poëtam vocat, sed nullibi apud eum in iis, quae supersunt, reperio. Vid. *Eur.* (pag. 230. A. B.) Hipp. 1276, de Cupidine dictum *χρυσοφαής*. SOLAN. *Χρυσοφαέννων — πτερύγων*) Non apparet, quomodo hic locus sit genitivo. Fuit, credo, apud *Anacreontem πτερύγων χρυσοφαέννοιν*· sic enim respondet dativus dativo *ἀετοῖς*. GESN. Non legitur in carminibus *Anacreontis*; sed ad fragmenta retulit doctiss. *Anacreontis* editor *J. C. de Pauw*, legendumque suspicatur *χρυσοφαέννοις πτέρυξι*, quod et ego malim, ac reciperem, si libri addicerent; vel potius *χρυσοφαέννοιν* cum *Gesnero*. Sed, quod addit, *ἦ* ex Ionismo oriri potuisse, pro *ἀήριος* nempe aliquem notasse *ἠέριος*, adeoque pro *ἦ ἀετοῖς* quoque legendum *ἀέριος*, nondum video. Florentinae *χρυσοφαέων*, modo vox proba sit, aptius ad senarium foret, si certum esset, versum referri ab *Luciano*, quod minus credibile, quia nimia de suo intermiscet. REITZ. *Χρυσοφαὴς* probissima vox, occurrit *Eurip.* Hecub. c. 633. et saepius. Nihilominus abstinui me a mutando hoc loco poetico, quia non liquet, quantum servaverit Lucianus ipsa poetae verba, quantum mutaverit. Proverbium de Hippocelide vide etiam in fine Apolog. pro merc. Cond. LEHM.

Ead. l. 15. *Αὐτῷ*) *Τῷ λόγῳ* scilicet. GUYET.

Pag. 306. l. 7. *Οἵην ἐκ*) *Homer.* Odyss. Σ, 73. SOLAN. Aliter hic versus apud ipsum *Homerum* explicandus, quam hic fit a nostro scriptore. vid. *Schäfer.* ad *L. Bos* Ellipss.

p. 253. Melius hoc negotium *Schäfero* cessisse, quam *Luciano*, mirari quem posse dicit *Fritzsch.* Praef. ad Ed. Alex. p. XXV. Mihi vero nemo mirari illud posse videtur, qui quidem utrumque recte norit. LEHM.

IN DE ELECTRO SEU CYCNIS.

Pag. 307. l. 1. *ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚ. Η ΤΩΝ ΚΥΚ.*) Praefatiuncula est orationis alicujus habitae a Luciano in judicio, priusquam rhetoris sive causidici persona deposita, induisset sophisticam. De qua versione palliī narrat historiam ipse in bis accusato. Propterea que orationem illam ipsam suppressit, ne inter declamationes et dialogos illa exstaret, quasi inter aviculas noctua, et pristinae causidicinae vestigium. Dicta vero illa apud Praesidem provinciae causa videtur, et concilium eius coronamque populi circumstantis. Atque inde in numeris personarum evariatio illa in fine praefationis, cum modo ut multos, modo ut unum affatur. Multos, ut *ὑμεῖς ἐλπίσαντες, ὁρᾶτε* etc. unum, ut *ὦγτε ὅρα* etc. *ἐλπίσας* etc. *σαυτόν*. Judicialem vero distinctionem fuisse, etiam illud arguit *ἤδη οὖν σοι προλέγω ἐχέας τὸ ὕδωρ* etc. Respicit nempe ad clepsydram. Signanter vero, non dixit *ἐγχέας*, sed *ἐχέας*. MARCIL. Nescio quid in mente fuerit viro docto, cum ista scriberet. Est *προσλαλιὰ* caeteris similis, tota sophistica. Illud de clepsydra infra videbimus. GESN.

Ead. l. 10. *Ἠλέκτρου*) Vide *Herodot.* III. pag. 128. f. et *Plin.* XXXVII. SOLAN. Vid. si lubet, *Olear.* ad *Philostr.* Icon. l. p. 780. REITZ.

Ibid. Ἡμᾶς) Ita L. et *Ven.* utroque, recte. In reliquis *ὑμᾶς*. SOLAN. Etsi *ὑμᾶς* quoque *Par.* tamen ejus interpres Obsop. *nobis fidem fecit* dederat. Et sic solet in hoc pronomine sequi, quod verum existimat, licet Graeca aliter edantur, quod non ubique repetemus. REITZ. Verum non esse potest *ἡμᾶς*, vel propter oppositionem sequentium *ἀμέλει καὶ αὐτὸς*, quam patet nullam fore aut omni vi carentem, si *ἡμᾶς* legatur. Quod quum bene monuisset *Belinus*, restituit *Schmiederus*, quod unice verum est. LEHM.

Ead. l. 14. *Καὶ ἀποστάζειν — δάκρυον*) Confer supra Deor. Dial. XXV. f. SOLAN. Sed ibi legas, *ἤλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρύουσαι*. Re quidem eodem redeunte, nihil tamen ad verba probanda faciente: nam suspicio hic possit esse, *δάκρυα* legendum, cum et mox bis ter plur. numero efferatur; sed nihil opus est; nam *electrum* ipsum vocatur *δάκρυον*, eodem

modo, ut alibi *gummi* audit. Magis, si quid mutandum, ferret animus legere *τούτων δακρύων*, ut constructio invertatur, et *ἤλεκτρον* fiat nominativus, plane ut infra c. 6. med. *οὐκ ἤλεκτρον, ἀλλὰ χρυσᾶς αὐτὸς ἀποστάζει τῶν λόγων.* Reitz.

Ead. l. 17. *Ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ*) Culpa tua factum est, Luciane, ut tua te spes falleret. Legisses *Plinium* 37, 3. et alia te docuisset. Quin tuum consuluisses *Herodotum*, qui 2, 115. jam monuerat, esse qui dicant, *Ἠριδανὸν καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδόντα ἐς τὴν θάλασσαν τὴν πρὸς βορέην ἄνεμον* (loquitur autem de extremis Europae) *ἀπὸ τοῦ τὸ Ἤλεκτρον φοιτᾷν λόγος ἐστὶ κ. τ. λ.* Probabile est, in illa vicinia litorum Prussicorum, ubi invenitur hodieque succinum, fuisse appellationem, quae ob similitudinem qualemcunque soni locum narrationi de *Eridano* faceret. Ac memini me legere *Radaunae* vel simile nomen, quod jam quaerere non vacat. Caeterum in Eridani arenis inveniri *ἤλεκτρον αὐτόματον*, ita simpliciter dicit *Pausanias* Eliac. I. p. 159, 39, ut videri possit ipse quoque hujus erroris, cujus se accusat Lucianus, non immunis fuisse. Quod ut fatemur, sic depellendam censuimus injuriam, qua affecit illum Gallicus interpres, cum e Latina versione, male intellecta, illum confudisse insimulat electrum s. succinum gemmam, cum electro metallo facticio. Vid. *Act. Erud. Lips.* 1733. p. 109. seqq. Gess. Fabulam, *μῦθον*, a se narrari, ipse satis clare profitetur auctor. Non hujus igitur, sed *Gesneri*, culpa factum est, ut docendum putaret *Gesnerus* eum, qui hac doctrina vixdum opus haberet. Sic fere *Wielandius* vindicat Lucianum. Lehm.

Pag. 508. l. 3. *Ἦεσαν*) In omnibus libris nostris antea *ἦσαν* legebatur. Ego sic necessario mutandum duxi. Solan. Distinctione mutata, quomodo praescribit *Fritzschius* Quaestst. p. 21. sq. jam alia nulla opus erit mutatione. Lehm.

Ead. l. 4. *Αἰγείρους*) *Populos nigras* etiam recte vertitur in *Diodor. Sic.* V. cap. 23. in quas illas mutatas is quoque refert, totamque fabulam enarrat, quam tamen et ipse contemnit. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἐκδιδούσας*) Male *Fl.* hoc omittere, adpinxerat *Solanus noster*. At quis dixerat adeo male omissum? nam quia satis ante jam dixerat, has arbores electrum *δακρύειν*, et *ἀποστάζειν*, forsan id jam per ellipsin vult intelligi, aut *ἐχούσας* tacite supplendum, quod frequentissime omitti, abunde ostenum supra. Vid. Gall. cap. 14. *ὁ τὰ πεντρά*· Bis Acous. c. 9. et 20. *ἢ τὰ ποικίλα*· notasque ad Mort. Dial. X. §. 4. Reitz. Etsi per se haec non male sunt observata,

praesertim quum Codex Gorl. cum Ed. *Fl.* consentiat: tamen directa haec interrogatio, cui nihil ejusmodi in confabulatione ista praecessit, requirit, si recte sentio, necessario participium vulgatum. Alioqui *nimis obscure τὰς τὸ ἥλεκτρον* ad nautas istos dictum fuisset. LEHM.

Ead. l. 14. *Ἡμῖν*) Ita L. et *Ven.* utraque optime. Vid. notam nostram ad §. 1. In reliquis *ὑμῖν*. SOLAN. Neque hoc loco cum *Solano* et *Reitzio* facio, licet hic *Schmiederum* videam hos secutum esse auctores. Recta est oratio, quod declarat vox *ἔφην*. Et *ἡμεῖς δὲ* etc. c. 3. in. refertur ad *παρ' ὑμῖν*, ad *ἡμῖν* non facile potest.

Pag. 309. l. 5. *Οἷς ἐξῆν πλουτεῖν, ἀναλέγοντας*) Transitus ille ab dativo ad accus. etiam est in *Diod. Sic.* XI. c. 9. p. 410. f. *τούτοις παρήγγειλε ταχέως ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾄδου δειπνησομένους*, quod frustra suspectum esse *Stephano* et *Rhodomano* docet *Wessel.* ex *Plutarch.* Apopht. p. 225. iisdem plane verbis utente. Adde *Thucyd.* IV. c. 2. *εἶπον δὲ τούτοις — παραπλέοντας ἐπιμεληθῆναι.* Ubi *Duker.* ex *Aristoph.* Eq. 1391. *σοι παραδίδωμι — ἰέναι λαβόντα*, tum et hoc *Luciani* adfert. Sed, ut verum fatear, non est semper ejusmodi dissimilis casus anomalus, quando duo verba adsunt, quae diversum casum admittunt: ita *οἷς* hic regitur ab *ἔξεστι*, et *ἀναλέγοντας* ab infinito *πλουτεῖν*, propter conjunctionem omissam, i. e. *ὥστε ἀναλέγοντες πλουτῶσι* (an *πλουτοῦσι*; *Lehm.*). Idque patet itidem ex hoc *Lysiae* pro Corinth. Sociis, p. Ed. *Lond.* 28. *Ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκείνων μεμνῆσθαι, ὑμνοῦντας μὲν ἐν ταῖς ᾠδαῖς, λέγοντας δ' ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν μνήμαις, τιμῶντας* etc. Merentur interim talia observari, quia et continuatur alias dativus praemissus, ut ead. Orat. p. seq. *μόναις δ' αὐταῖς οὐκ ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρτημένων μαθούσαις περὶ τῶν λοιπῶν ἄμεινον βουλεύεσθαι.* REITZ.

Ead. l. 17. *Ἀπόλλωνος παρέδρους*) Cygnorum fabulam vulgo aliter narrant: prae luctu enim Phaëthontis *mutatos* ferunt. Vid. *Ovid.* Met. II, 367. et *Virgil.* Aen. X, 186. Vid. *Plat.* Phaed. p. 387. g. et *Stob.* serm. CXIX. p. 607. *Cic.* Tusc. I, 30. et *Davis.* not. SOLAN.

Ibid. Παρέδρους) Addendi hi *πάρεδροι* illis, quos magna diligentia, nec sine felicis ingenii speciminibus collegit *Ge. Arnaldus*, forte c. 5. aut 25. GESN.

Pag. 310. l. 12. *Ἐνι*) Recte habere vulgatum, vix operae erit multis docere, adeo id est frequens. Noster supra Paras. §. 17. *οὔτε γὰρ αὐλεῖν ἔνι. Aristoph.* Plut. 348. *ἔνι γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι*, ubi *Spanhem.* ex *Demosth.* aliis-

que idem adfert, quem etiam ad partes vocat *J. Elsn.* ad *Galat.* III, 28. *οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος — οὐκ ἔνι δοῦλος* etc. Adde *Theogn.* v. 1000. — *ἐν προμάχοισιν ἔνι*, et frequenter alibi. Ita *ἔνι* pro *ἔνεστι* vel *ἔξεστι Ael.* V. H. XII, 21. Item *Diod. Sic. Athen.* et *Plato*, quos adlegat *Periz.* in Addend. ad *Ael.* pag. 981. Ed. minor. REITZ.

Pag. 311. l. 5. *Τὸ δὲ ἐμὸν ὁρᾶτε ἤδη ὁποῖον ἁπλοϊκὸν καὶ ἄμυθον, οὐδέ τις ᾠδὴ πρόσεστιν*) *Mea vero dicendi ratio quam sit simplex, et a fabulis aliena, videtis, neque ipsi insit modulatio.* Haec est versio Salmuriensis. Sed in Ms. est *ἄμουσος* pro *ἄμυθος*, quod magis probo, et verto, *mea videtis oratio quam sit simplex et inerudita*, sic sua ipse per modestiam elevat, *et quam nihil in ipsa sit canori.* Sic enim recte verti puto *ᾠδή*. Ut Crassus apud *Cic.* III. de orat. de C. Carbone: *Profluens quiddam habuit Carbo, et canorum.* Et *Gellius* de eodem in Bruto de claris oratoribus: *L. Gellius, qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat, canorum oratorem, et volubilem* etc. *fuisse dicebat.* Ubi *volubilis* est, cui facile profluit oratio. *Plutarchus* de auditione, sic circumscribit: *τὴν φωνὴν ἐμμελίαις τισὶ καὶ μαλακότησι καὶ περιάσεσιν ἐφηδύνειν, vocem accuratis quibusdam sonis ac mollitie et modulationibus edulcare. Μῦθοι* pertinent ad poëtas, non ad oratores. Quoniam tamen Sophistae suis orationibus adspergebant fabulas, non contendam, si quis pro vulgata stet acrius. GRAEV.

Ead. l. 9. *Σκιᾶς — αὐγὴν*) Non satis opticarum rationum, etiam in quantum illa aetate erant cognitae, peritum fuisse Nostrum, non negaverim. Sed nec obesse illi debet usus horum nominum. Nempe *σκιὰ* est species in oculos incurrens, praesertim, cui nihil solidi subest, ut illa *εἴδωλα* tum Opticorum, tum quae apud manes, quas etiam Latine *umbras* vocari notum est: *αὐγὴ* sunt radii varie reflexi et refracti, quibus augetur illa umbra, illa species. Sic posuit *αὐγὰς Euclides*, vel quisquis est, in principio Opticorum: *εἴδωλον* autem et *ἔμφασιν* hic pariter et Heliodorus Larissaeus dicunt eam, quae hic *σκιὰ* est. *Plin.* XXXVI, 26. f. 67. imaginem, quam reddit Obsidianus lapis, *umbram* vocat, et magis diserte *Isidor.* Orig. XVI, 4. *imaginum umbras.* GESN.

Ead. l. 11. *Ἐχείας τὸ ὕδωρ*) Nihil minus, quam ad judicialem clepsydram, hoc pertinet: quod cum putaret *Marcilius*, profecto dormitarit necesse est. Dixerat, quae sub aqua sint, ea apparere majora: ac simili ratione judicare quosdam de operibus ingenii. Jam subjicit, se hac ingenua de se

professione, velut aquam illam effundere, quae hominum judiciis officere posset, et nudum se praebere spectandum. GESN.

IN MUSCAE ENCOMIUM.

Pag. 312. l. 7. *Ἔμπλεα καὶ κώνωψι*) Non inveniebam diversa nomina horum insectorum. Utrumque culicis genus esse video. *Muscellas*, quod dederunt interpretes, vel *musculas*, quo nomine Augustinus *κώνωπας* Aegyptiorum reddit, muscis adscribendas, *tabanos*, *asilos*, *oestros*, muscarum genera ipsa quoque esse, putabam. Igitur contentus fui, *culicum genera* indiscretim dicere. Caeterum magnificentius aliquanto encomium futurum erat, si nostri aevi praesidiis, et *Leeuwenhoeckio* aliquo vel *Reaumurio* praemonstratore usus esset *Lucianus*, v. g. in oculorum numero et admirabili structura, in proboscide. GESN.

Ead. l. 9. *Ἐπτέρωται δὲ οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς τοῖς μὲν ἀπανταχόθεν κομᾷν τοῦ σώματος, τοῖς δὲ οἰκυπτέροις χρῆσθαι*) Non accuratus satis fuit interpres in hisce vertendis hoc modo: *est autem alata non eo modo, quo ceteras volucres, quarum aliae pennas in toto habent corpore, aliae pernicibus alis utuntur.* Posteriorum verborum hic est sensus: *ut aliis pennis ab omni parte ornatum habeat corpus, aliis in volando utatur.* Ita *L. Bos* in schedis Mss. Plura in Obs. Crit. pag. 64. f. et 65. REITZ.

Ibid. Κατὰ τὰ αὐτὰ) Male *Fl.* omisisse *τὰ*, patet ex cap. 3. ubi et ipsa cum cett. *κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐλέφασι*. REITZ.

Ead. l. 10. *Ὡς τοῖς μὲν — χρῆσθαι*) Haec insititia videntur. GUYET. Mox pro *pennas* esse vertendum *plumas*, monuit idem. REITZ.

Ead. l. 11. *Κατὰ τὰς ἀκρίδας*) Confer *Nostrum* infra Dipss. cap. 3. KUSTER.

Ead. l. 12. *Μελίττας*) Dele punctum. KUSTER. Non hoc tantum, sed dele etiam *μὲν* cum *Fl.* quod in reliquis odiose (otiose?) occurrit, et sensum perturbat. SOLAN.

Ibid. Ἔστι μὲν) Recte abesse *μὲν* in *Fl.* adlevit *Solan.* idque in *J.* delerat. Ego etsi abesse posse credo, nondum tamen deleo, cum in al. Codd. non deleatur, atque et alibi implendae orationis gratia abundet, et vel hic durior sit pronuntiatio, si *μὲν* deleas. Abundat similiter *μὲν* apud *Long.* Past. IV. p. 147. (vere 139.) Ed. *Moll. Λίγε καὶ ἄρρεν μὲν παιδίον ὑπέθηκαν, καὶ θυγάτριον γενόμενον δεύτερον.* Neque

opus esse, ut δέ semper sequatur, patet etiam ex *Aristophan.* Pl. 58. ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοι — vid. reliqua. Non dissimile etiam est hoc *Diod. Sic.* XI. cap. 59. τοὺς λόγῳ μὲν συμβουλεύσοντας κατὰ τὸ παρὸν μὴ τειχίζειν τὴν πόλιν etc. ubi δέ quoque non sequitur, nisi post aliquot periodos, nec ad illud μὲν pertinens. Nec Apostoli in *Act.* c. XXVII, 21. ἔδει μέν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, ubi nec adversativa sequitur, sed tacite intelligitur, in opposito verbo κερδῆσαι mox adjuncto. *Herodian.* I, 4, 2. ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς — θαυμαστὸν οὐδέν, et sic bis ter alibi. Interdum etiam simpliciter μέν pro adseverationis nota poni, notum arbitror ex *Ael.* V. H. IV, 10. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. Quin et μέν praemisso μέν habuimus haud semel, ut Paras. c. 15. et 21. Nec tamen adeo abundare hic videtur, quin augeat aliquantum, ut Latinum *vel*, quando dicimus, ille *vel major est*, *vel centies*, et simil. Ita et apud eosdem τὸ *quidem* nullo sequente *sed* adhiberi, hodie vix quemquam fugit, licet id male negarit *Sanctius* L. III. pag. 514. f. quem permultis testimoniis probe refutavit *Perizon.* Reitz.

Pag. 313. l. 8. Ἀπηνοῦς) Sic necessario corrigendum fuit, propter sequens οἷα. Legebatur enim in omnibus ἀπηνεῶς. Solan. Etiamsi ἀπηνεῶς, quod nullo modo corruptum est, tueris, tamen vel sic scribendum οἷα, non οἷα. refertur enim ad ψόφῃ. Cf. *Fritzsch.* Quaestst. p. 173. Lehm.

Ead. l. 13. Οὐ συμπεφυκυῖα ὥσπερ ἡ τῶν ἀκρίδων) Vertunt, *non cervici affixum, ut est locustarum;* quod unde potuerunt effingere? De cervice nihil est in Luciano. Et qualis, quaeso, cervix locustarum? Certe Lucianus ullam esse prorsus per has voces negat, quae verti debent, *non agnata* reliquo corpori, *ut est locustarum*, non est continuus tractus corporis a capite ad caudam, ut in locustis, sed post caput est velut intervallum, ita tamen, ut tenui fauce caput reliquo corpori annectatur, et sic possit converti alia parte corporis immota et quieta. Paulo post etiam potuit vocem φολίδας lenius interpretari, quam per vocem *cortices*, praecipue cum loricas squammatas dixerint, et laminas ex ferro in eis agnoverint. Tum et οὐ κατὰ τὸ ὀρθοπάγιον reddidit inscite, *non aculeo*, quasi vocis hujus significatio et discrimen, quod inter muscam et alia insecta notat auctor, respiceret formam, et non potius locum, ubi situs ejus, in extrema nempe parte diversa, quam est in vespis et apibus. Gron.

Pag. 314. l. 8. Ὀδοὺς) Florentinam recte ὀδόνς habere, adpinxit *Solan.* nescio quare; nam si dentis significatum retinere voluit, cur scripturam apud omnes receptam novare-

mus? Et cum dentes etiam vocentur aculei furcarum, quae ideo *tridentes* ac *bidentes* audiunt, nec τριόδους de fuscina Neptuni Graecis ignotum, item pinnae rastrorum, dentes vocantur; quid obstat, quo minus et proboscidem muscae aculeatam dentis nomine insigniret Noster? Ita et vertebram primam colli ὀδόντα vocari *Hippocrati*, monet *Poll.* L. 2. S. 131. quem tamen refellit *Foës.* in Oecon. Hipp. secundam Hippocrati hoc nomine insigniri docens; sed nihil hic refert, dum a similitudine dentis canini aculeati tamen traxisse nomen fatetur. Et quamquam ὀδόντα quoque adspirate habet Ms. unum *Pollucis*, editores id recte spreverunt. Apud LXX. 1 *Sam.* 13, 21. ὀδόντες adhibentur de dentibus *falcium*; (nam dentatae falces veterum) aut de furcis, ut alii verterunt, (*Lutherus* omisit) Nostri *limas dentatas* dedere ex Hebraeo, quam recte, non inquiro. REITZ.

Pag. 315. l. 4. *Καὶ ἀποτίκτει σκώληκα*) Non satis ex fide historiae. MARCIL.

Ead. l. 9. *Πολιτεύεται*) Vertunt, *obversatur*. Verte, *negotiatur*. GUYET. Idem addit, *ὑπέπιπτε subsidit* esse vertendum, ac dein pro *contractae*, *subsidentes*. REITZ.

Ibid. Νυκτὸς δὲ εἰρήνην ἄγει, καὶ οὔτε πέτεται, οὔτε ᾄδει) Pugnat secum ipse fine encomii: nam cis pauca dicturus est, eam *πᾶσι τοῖς κοιμωμένοις τοῦ ὕπνου φθονεῖν* etc. nempe quia turbat eis somnum morsu et cantu. Sed dici potest, generatim accepto muscae nomine, et muscas et culices contineri, et somni turbationem referri ad culices, noctis quietem ad muscas alias. MARCIL. Num nocte solum dormiunt homines?

Ead. l. 11. *Ἀτρεμεῖ*) Supra Prometh. §. 7. (jam §. 11.) SOLAN.

Ead. l. 15. *Ἀνδρίαν*) Si *Rhodomanno* credimus in Addend. ad *Diod. Sic.* *ἀνδρεία* semper scribendum, et sic *Diod. Sic.* XI. c. 4. Sed cum ibid. cap. 6. bis legatur *ἀνδρίαν*, atque alibi frequenter, nihil et hic in orthographia mutandum. *Ἀνδρεία Herodianus* ubique, item *οἱ* LXX. *Aelian. Epictet. Thucyd.* etiam plerumque; sed et *ἀνδρία* idem III. c. 82. Ac *Noster* de Salt. cap. 12. ubi *ἀνδρίας* quoque ex Edd. optimis servavimus. Ut igitur frustra *Rhodomannus* contendit, *ἀνδρεία* semper scribendum, ita jam minus etiam certam habeo observationem *Stephani* contrarium docentis: sed utrumque inveniri in editis libris video; *ἀνδρείαν* tamen multo frequentius. REITZ. Vid. Varr. Lectt. ad Hermot. c. 7. Tom. IV. p. 13. adde etiam De Salt. c. 12. f. LEHM.

Ead. l. 16. *Ἀλλ' ὁ μεγαλοφωνότατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος*) *Ὑποσόλοικον* fuisset enim *ἀλλὰ τὸν μεγαλοφωνότατον τῶν*

ποιητῶν ὁ Ὅμηρος τὸν γὰρ etc. Ὀλίσθημα stili properantis. MARCIL. Vid. *Marcilii* notam, cui subscribo, quamquam delendo sequens γὰρ consuli sententiae possit. SOLAN.

Ead. l. 17. Τὸν γὰρ ἄριστον) Atqui Menelaum ibi laudat *Homerus*, ne cum *Luciano* erres, non Achillem; quod *Barnesium*, ibi de *Luciano* aliquid monentem, fugit. Turbatque is nonnihil, dum tragici c. 11. allata verba pro his affert, et apponit ad rem quidem suam ibi facientia, sed minime indicantia ad hunc *Homeri* locum a *Luciano* allusum. SOLAN.

Pag. 316. l. 1. Τῷ θάρσει τῆς μυίας) *Hom.* Il. P, 570. SOLAN.

Ead. l. 2. Οὐδὲ γὰρ θράσος, ἀλλὰ θάρσος) Firmat itaque etiam *Lucianus* discrimen inter θράσος et θάρσος, idque ait antiquissimum esse, et *Homero* jam observatum Il. P, 570. ubi Menelao Minerva μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἔθηκεν, κ. τ. λ. quam accurate, non dixerim. Certe ad *Euripidis* Alcestin 604. observat *Barnesius*, non nimis religiose id esse poëtis notatum, defenditque poëtam suum contra reprehensionem veteris Scholiastae ad Medeae v. 469. ubi θάρσος vocatur παράστημα τῆς ψυχῆς μετὰ λογισμοῦ, θράσος δὲ ἡ ἀλόγιστος τόλμη. His similia *Eustath.* ad Il. E, 3. ubi Diomedi Minerva δῶκε μένος καὶ θάρσος· it. ad Od. Ξ. pag. 547. 28. *Bas.* et *Pollux* III, 135. atque *Ammonius* h. v. Cumque θάρρος sit plane idem, quod θάρσος, huc pertinet etiam auctor περὶ ἑρμηνείας, vulgo *Demetrius Phal.* s. 114. ubi παράκειται, ait, φαῦλά τινα ἀστείοις τισὶν οἷον θάρρει μὲν τῷ θράσος, ἡ δὲ αἰσχύνη τῇ αἰδοῖ. Observavit hoc discrimen *Thucydides*, qui I, 121. θράσει ἀπίστῳ ἐπαίρεσθαι dicat, *fallaci audacia*, et nobile illud II, 40. ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει· contra ea VI, 68. θάρσος παρασχεῖν de honesta fiducia. Observavit *Aristophanes*, et, puto, ut quisque est accuratissimus. Ista paullo copiosius non ad lucem modo *Luciani*, sed ad emendandum *Plutarchum*, apud quem in comparatione Periclis et Fabii Maximi prope finem sic legitur, in ipsa quoque splendidissima *Briani* Ed. pag. 414. Μία γὰρ ὡς ἔοικεν ἀπειρία καὶ θράσος γεννᾷ, καὶ θράσος ἀφαιρεῖται. Nulla ratione dubito, quin legendum sit, καὶ θάρσος ἀφαιρεῖται. Pulchre sententiam expressit interpres, *una temeritatem gignit, et eripit audaciam imperitia.* Eadem plane sententia, cum *Hippocrates* in Νόμῳ extr. ἡ ἀπειρίη, inquit, κακὸς θησαυρὸς — δειλίης τε καὶ θρασύτητος τιθήνη. Sic praeclare nuper ven. *Wolfius* apud *Liban.* Ep. 1036. b. No. 4. in varietate librorum, θράσος τῷ θάρσει praetulit. Ne quid

supersit apud *Plutarchum* dubitationis, ponamus utrum alterumque locum ex ipsa vita Fabii. De Minucio ejusque insolentia ait p. 321. extr. *H. Steph.* ὁ δὲ μᾶλλον εἰς φρόνημα καὶ θράσος ἀνειμένος. De eodem p. 325. post med. αὐτόν τε μεγαλαυχίας ἀμέτρου, καὶ θράσους τὸ στρατιωτικὸν ἐμπεπλησώς. Denique p. 328. extr. αὐτοῦ τε τοῦ Μινουκίου τὸ θράσος κατακέκλαστο. Contra de vera fortitudine p. 332. extr. τοῦτο τοῖς Καρχηδονίοις ἰδοῦσι θάῤῥος παρέστη. Sed nimium forte diligentiae in re non dubia. Gesn. Vid. *Diod. Sic.* V. c. 29. ubi *Wessel.* etiam profert distinguentem inter θράσος et θάρσος *Gregor. Naz.* Or. IV. pag. 113. qui ait: ὅτι θάρσος καὶ θράσος, κἂν εἰ τοῖς ὀνόμασι πλησιάζοι, πλεῖστον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχώρισται — τὸ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τολμητέοις θαῤῥεῖν ἀνδρείας ἐστίν. — οὐ δὲ πλείων ὁ κίνδυνος ὁμόσε χωρεῖν καὶ ὠθίζεσθαι — θράσους. Sed quia Gesn. hoc diligenter egit, plura non addo. Reitz.

Ead. l. 6. Οὐχ ἅπαξ — μέμνηται etc.) Il. *B*, 469. *Π*, 641. *Δ*, 130. Solan.

Ead. l. 13. Ἀδινὰς προσεειπών) *Hom.* Il. *B*, 469. Solan. Vaga admodum est notio hujus epitheti. *Eustath.* Od. Ψ, 326. p. 817, 35. *Bas.* ad verba poëtae Σειρήνων ἀδινάων, Ἔνθα φασὶν οἱ παλαιοὶ τὸ ἀδινάων ἀντὶ τοῦ ἡδυφώνων, ὡθικῶς. παρὰ τὸ ᾄδειν, ἢ μᾶλλον παρὰ τὸ ἡδύ. πέντε γάρ φασι τὸ ἀδινὸν σημαίνει. ἀθρόον, ὡς ἐν τῷ μελισσάων ἀδινάων. οἰκτρὸν, ὡς ἐν τῷ ἀδινὸν στοναχῆσαι. ἡδιον, ἤγουν ἡδὺ γλυκὺ, ὡς ἐν τῷ σειρήνων ἀδινάων. πυκνὸν καὶ ἰσχνὸν, οἷοι ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ καὶ ἠρέμα, ὡς ἐν τῷ ἀδινῶς ἀνενείκαιο φώνησέν τε. Inter haec ipse *Eustathius* ad locum, quem tractat *Lucianus*, nempe Il. *B*, 469. p. 194, 48. *Bas.* eligit ἢ τὰς λεπτὰς, ἢ τὰς πυκνὰς καὶ ἀθρόον πετομένας. Posterior intellectus ad Luciani mentem aptior: nisi tamen malis *canoras*, quod praeferrem, nisi de fortitudinis laude ageretur, cujus etiam est densare ordines. Gesn.

Pag. 317. l. 5. Ἀποτμηθεῖσα) Papilionem memini capite amputato ultra septiduum vitae signa dedisse, motis, cum tangebatur, alis pedibusque humo firmiter haerentem. Adde, quae *Aelianus* de testudinis marinae capite similia profert de Anim. IV, 28. Solan.

Ead. l. 9. Τέφρας ἐπιχυθείσης ἀνίσταται) Narravit etiam *Aelian.* de Anim. L. II, 29. Μῦα ἐμπεσοῦσα εἰς ὕδωρ, καὶ γὰρ εἰ (malim καὶ γὰρ καὶ) ζώων ἐστὶ θρασυτάτη — καὶ διὰ ταῦτα ἀποπνίγεται. εἰ δὲ αὐτῆς ἐξέλοις τὴν νεκρὸν, καὶ τέφραν ἐμπάσοις, καὶ καταθήσοις ἐν ἡλίου αὐγῇ, ἀναβιώσεις τὴν μυῖαν. Cretae inspersione idem fieri, omnes norunt, quo citius hu-

mor exsiccetur; alioqui et sine hac inspersione id contingit ad solem et fornacem. Sed fors. et τὸ νεκρὸν legendum. Nisi ex *Genes.* 23, 4. prius probes. REITZ.

Ead. l. 9. *Παλιγγενεσία*) Vocabulam hoc in Epist. *ad Tit.* III, 5. occurrens, hoc *Luciani* alioque *Josephi.* testimonio probantem vid. *J. Elsnerum* in Obs. Phil. ad N. T. T. 2. pag. 327. Adderem, si quid opus, *Long.* Past. III. p. 94. *ἐκ θανάτου παλιγγενεσία.* REITZ.

Ead. l. 14. *Ἑρμοτίμου*) De eo *Plin.* VII, 52. et *Plut.* 1051, 2. ubi corrupte *Hermodorus* pro *Hermotimo* legitur. Historiam habet *Apollonius Dyscolus* cap. 3. et *Orig.* c. Cels. p. 129. f. SOLAN. De hoc, et aliis, qui revixisse narrantur apud antiquos, quaerere volentem juvabunt, quae ad *Plin.* VII, 52. s. 53. dedit *Harduinus:* copiose inprimis id jam egit *Huetius* demonstr. Evang. Prop. 9. c. 142. GESN.

Pag. 318. l. 5. *Ἡ ἀνθρώποις*) Antea in omnibus legebatur *καὶ* quod cum ferri non posset, mutavi. SOLAN. Nihili est, quod *Piersonus* ad Moerid. p. 281., vulgato *καὶ* immanens, reddit: *Apis maxime muscis et hominibus mella facit.* Imo certissima mihi quidem videtur esse *Solani* emendatio. De Superlativo autem loco Comparativi posito complures egerunt, quos enumeratos vide ap. *Spohn.* ad *Isocrat.* Paneg. c. 7. LEHM.

Ead. l. 10. *Ἐπανῃρημένη*) An *ἐπανῃρμένη*, sublato altero *η;* certe sic debet, si ab *αἴρω* compositum est: ita *τοὺς ἐξῃρμένους* ab *ἐξαίρω extollo,* apud LXX. in *Syr.* XVI, 10. et *ἐπῃρμένος elatus Diod. Sic.* II. c. 34. p. 147. f. et 1. *Maccab.* 8, 5. Contra *ἀφῃρημένα* ab *ἀφαιρέω,* in 1. *Reg.* V, 4. Et *ἀφῃρημένος, Esai.* XVI, 2. Quid multis? simplex *αἱρέομαι* facit *ἠρημένος,* vid. *Herodian.* V, 5, 3. et VIII, 7, 6. Sed *αἴρω, ἦρμαι, ἠρμένος,* vid. *Aelian.* VI, 1. Ceterum *ἐπαναιρεῖσθαι φιλίαν* habuimus etiam in Tox. c. 8. at hoc aliud quid est. REITZ. *Suscipere* est in utroque loco. Cf. etiam Bis Acc. c. 1. Neque itaque mutatione, licet facillima, opus erit. LEHM.

Ead. l. 16. *Ἀντερασθῆναι*) Include *κατὰ τὸ αὐτὸ ἀμφοτέρας* parenthesi, ut aliquatenus sensui consulas. SOLAN.

Pag. 319. l. 10. *Ποιήτρια*) De Myia poëtria et hoc ipso loco Luciani vid. *Olear.* Diss. de poëtriis Graecis §. 48. p. 166. editionis, quam debemus elegantissimi atque honestissimi ingenii, doctrinae autem solidae, viro, *Jo. Christ. Wolfio,* qui etiam cum *Menagii* libello de mulieribus philosophis Muscae Pythagoricae vitam reddidit, non ille quidem *cineribus adspersis,* quod de vulgaribus muscis Lucianus modo dicebat, sed sale candido atque puro. Caeterum versiculus comici ita legendus est, *Ἡ Μυῖ᾽ ἔδακνεν αὐτὸν ἄχρι καρδίας.* GESN.

Auctorem hujus versus *Belinus* facit *Aristophanem*, non tamen allato ipso Comici loco. Quod dum factum fuerit, incertus maneat et auctor, et versus forma, quamquam Gesnerus satis felix fuisse videtur in ea definienda LEHM.

Ead. l. 17. *Δεινὸν*) *Eurip.* haec sapere videntur. SOLAN.

Pag. 320. l. 1. *Μυίας τῆς Πυθαγ.*) Pythagorae haec filia, de qua consule *Menag.* de mul. Phil. et *Phot.* Cod. CCXLIX. Meminit *Jamblichus* in catalogo p. 218. C. Milonis uxor. *Porphyr.* etiam No. 4. et *Anonym.* No. 2. Miror, a Luciano omissum, quod de muscis Pisatidibus ab *Aeliano* traditur de Anim. V, 17. supra feminas enim ille intelligentes facit. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ἐν τῷ μέρει*) Pro *vicissim*, saepe utitur Noster; vid. ad Gym. c. 19. Adde notam *Hemst.* p. 45. Ed. Luciani minoris, qui et aliorum testimonia addidit; nam non inseruit eadem huic Ed. Vid. tamen Dial. Mort. XII, 1. *οὐκοῦν ἐν μέρει ἑκάτερος εἰπάτω.* REITZ. Legitur nota illa cum additis nonnullis hujus Ed. Tom. II. p. 551. sq. LEHM.